



Iste liber est domini Symonis scribe de Ossy [illegible] p. q. [illegible]

S. Augustini Tractatus
Varij



Incipit epistola Aurelii Augustini episcopi de libro retractacionum secundo capitulo q° .i. libro de doctrina xpiana

Libros de doctrina xpiana cum in-
pfectos comperissem pficere malui
quam eis sic relictis ad alia retrac-
tanda transire Complevi ergo
tercium qui scriptus fuerat usque ad eum
locum ubi commemoratum est ex evan-
gelio testimonium de muliere que ab-
scondit fermentum in tribus mensuris
farine donec totum fermentaretur.
Addidi etiam novissimum librum et qua-
tuor libris opus illud implevi Quo-
rum primi tres adiuvant ut scripture in-
telligantur Quartus autem quomodo
que intelligimus proferenda sint. In secundo
sane libro de auctore libri quem plures
vocant Sapientiam Salomonis quod
etiam ipsum sicut Ecclesiasticum Jhesus
filius Syrach scripsit et non ita consta-
re ut dixi postea didici et omnino
probabilius comperi non esse hunc eius
auctorem Ubi autem dixi hiis quadra-
ginta quatuor libris testamenti veteris
terminatur auctoritas ex consuetudine qua
iam loquitur ecclesia vetus testamentum
appellatur. Apostolus autem non videtur
appellare testamentum vetus nisi quod
datum est in monte Syna. Et in eo quod
Ambro = de temporum historia sanctum Ambrosium
solvisse questionem tamquam coetanei
fuerint Plato et Jeremias me fefellit memo-
ria Nam quid ille episcopus de hac re dixerit
in libro eius legitur quem de sacramentis
sive de philosophia scripsit Hoc opus sic
incipit Sunt precepta quedam

Incipit prohemium Augustini in libro de doctrina xpiana

Sunt precepta quedam tractan-
darum scripturarum que studiosis earum
video non incommode posse tradi ut non
solum legendo alios qui divinarum
litterarum aperta aperuerint sed etiam ipsi
ipsi aperiendo proficiant. Hec tradere in-
stitui volentibus et valentibus discere si deus
ac dominus noster ea que de hac re cogi-
tanti solet suggerere etiam scribenti mi-
chi non deneget Quod antequam exordiar

videtur michi respondendum esse hiis qui
hec reprehensuri sunt aut reprehensuri
essent si eos non ante placaremus
Quod si nonnulli et post ista reprehen-
derint saltem alios non movebunt nec
ab utili studio ad imperitie pigritiam revo-
cabunt quos movere possent nisi pre-
munitos preparatosque invenirent Quidam
enim reprehensuri sunt hoc opus nostrum
cum ea que precepturi sumus non in-
tellexerint. Quidam vero cum intellectis uti vo-
luerint conati quod sint scripturas divinas
secundum hec precepta tractare nec valuerint
aperire atque explicare quod cupiunt vanum
me laborasse arbitrabuntur. Et quia ipsi
non adiuvabuntur hoc opere nullum posse
censebunt adiuvari. Tercium genus est
reprehensorum qui divinas scripturas vel
re vera bene tractant vel bene tractare
sibi videntur. Qui quoniam nullas observationes
huiusmodi lectis quales nunc tradere institui
facultatem exponendorum sanctorum librorum
se assecutos vident vel putant nemini
esse ista precepta necessaria sed potius to-
tum quod de illarum litterarum obscuritatibus
laudabiliter aperitur divino munere fieri
posse clamitabunt. Quibus omnibus bre-
viter respondens illis qui hec que scribimus
non intelligunt hoc dico ita me non
esse reprehendendum quia hec non intelligunt
veterem vel novam sydus vel aliquod mi-
nime clarum vellent videre quod ergo
intento digito demonstrarem illis Nec
ad ipsum digitum meum sufficiens acies videndum
esset oculorum nimirum propterea michi succen-
sere deberent. Illi vero qui etiam istis pre-
ceptis cognitis atque perceptis ea que in
divinis scripturis obscura sunt intueri
nequiverint arbitrentur se digitum
quidem meum videre posse sydera
vero quibus demonstrandis intenditur
videre non posse. Et illi ergo et isti re-
prehendere me desinant et lumen oculorum
divinitus sibi prebeat deprecentur. Non enim
si possum membrum meum ad aliquid de-
monstrandum movere possum oculos
etiam accendere quibus vel ipsa demo-
stracio mea vel etiam illud quod volo
demonstrare cernatur. Iam vero eorum ca^m scdm
qui divino munere exultant et sine ista

libus preceptis qualia nunc tradere institui in se sanctos libros intelligere atque tractare gloriantur, et propterea me noluisse scribere superflua existimant, sic est lenienda commotio, ut quamvis magno dei dono iure letentur, recordentur se tamen per homines didicisse vel litteras. Nec propterea sibi ab Antonio sancto et perfecto viro egyptio monacho insultari debere, qui sine ulla sciencia litterarum scripturas divinas et memoriter audiendo tenuisse, et prudenter cogitando predicatur intellexisse, aut ab illo servo barbaro christiano, de quo a gravissimis fideque dignissimis viris nuper accepimus, qui litteras quoque ipsas nullo docente homine in plenam noticiam orando ut sibi revelarentur accepit triduanis precibus impetrans, ut etiam codicem oblatum stupentibus qui aderant legendo percurreret, aut si hec falsa esse arbitrantur, non ago pugnaciter. Certe cum quoniam cum christianis nobis res est, qui se scripturas sanctas sine duce homine nosse gaudent, ut si ita est, vero et non mediocri gaudent bono, concedant necesse est unumquemque nostrum et ab ineunte puericia consuetudine audiendi linguam suam didicisse, et aliquam aliam vel grecam vel ebream vel quamlibet ceterarum aut similiter audiendo aut per hominem preceptorem accepisse. Iam ergo si placet moneamus omnes fratres, ne parvulos suos ista doceant, quia momento uno temporis adveniente spiritu sancto apostoli repleti omnium gentium linguis locuti sunt, aut qui talia non provenerit non se arbitretur esse christianum aut spiritum sanctum accepisse se dubitet. Immo vero et quod per hominem discendum est sine superbia discat, et per quem docetur alius sine superbia et sine invidia tradat quod accepit. Neque temptemus eum cui credidimus, ne talibus inimici astuciis et perversitate decepti, ad ipsum quoque audiendum evangelium atque discendum nolimus ire in ecclesias, aut codicem legere aut legentem predicantemque hominem audire

et expectemus rapi usque in tercium celum sive in corpore sive extra corpus, sicut dicit apostolus, et ibi audire ineffabilia verba, que non licet homini loqui, aut ibi videre dominum Ihesum Christum et ab illo potius quam ab hominibus audire evangelium. Caveamus tales iii temptationes superbissimas et periculosissimas, magisque cogitemus et ipsum apostolum Paulum, licet divina et celesti voce prostratum et instructum, ad hominem tamen missum esse ut sacramenta perciperet atque copularetur ecclesie, et centurionem Cornelium quamvis exauditas orationes eius elemosinasque respectas ei angelus nunciaverit, Petro tamen traditum imbuendum, per quem non solum sacramentum perciperet, sed quid credendum, quid sperandum, quid diligendum esset audiret. Et poterant utique omnia per angelum fieri, sed abiecta esset humana condicio si per homines hominibus deus verbum suum ministrare nolle videretur. Quomodo enim verum esset quod dictum est: Templum enim dei sanctum est quod estis vos, si deus de humano templo responsa non redderet, et totum quod discendum hominibus tradi vellet de celo atque per angelos personaret. Deinde ipsa caritas, que sibi homines invicem nodo unitatis constringit, non haberet aditum refundendorum et quasi miscendorum sibimet animorum, si homines per homines nichil discerent. Et certe illum spadonem qui Ysayam prophetam legens non intelligebat, neque ad angelum apostolus misit, neque per angelum quod non intelligebat expositum, aut divinitus in mente sine homine ministerio revelatum est, sed potius suggestione divina missus est ad eum sedensque cum eo Philippus qui noverat Ysayam prophetam, ei humanis verbis et lingua quod in scriptura illa tectum erat aperuit. Nonne cum Moyse deus loquebatur, cum tamen consilium regendi ac ministrandi tam magni populi a socero suo alienigeno stilicet homine et maxime

prudens et minime superbus accepit. Nocuerat enim vero ille quacumque ab alio verum consilium percepisset? non ei sed illi qui est veritas incommutabilis deo esse tribuendum. Postremo quisquis se nullis preceptis instructum divino munere quecumque in scripturis obscura sunt intelligere gloriatur, bene quidem credit et verum est non esse illam suam facultatem quasi a se ipso existentem, sed divinitus traditam. Ita enim gloriam dei querit et non suam. Sed cum legit et nullo sibi homine exponente intelligit, cur ipse aliis exponere affectat ac non potius eos remittit deo, ut ipsi quoque non per hominem, sed illo intus docente intelligant? Sed videlicet timet ne audiat a domino: Serve nequam, dares pecuniam meam nummulariis. Sicut ergo hii ea que intelligunt produnt ceteris vel loquendo vel scribendo, ita ego certe si non solum ea que intelligo sed etiam in intelligendo que observent prodidero, culpari ab eis profecto non debeo. Quamquam nemo debeat aliquid sic habere quasi suum, nisi forte mendacium. Nam omne verum ab illo est qui ait: Ego sum veritas. Quid enim habemus quod non accepimus? Quod si accepimus, quid gloriamur quasi non acceperimus? Qui legit audientibus litteras quas agnoscit, enunciat; qui autem ipsas litteras tradit, hoc agit ut alii quoque legere noverint; uterque tamen id insinuat quod accepit. Sic etiam ea que in scripturis intelligit exponit audientibus tamquam litteras quas agnoscit pronunciat lectoris officio; qui autem precipit quomodo intelligendum sit, similis est tradenti litteras, hoc est precipienti quomodo sit legendum, ut quomodo ille qui legere novit alio lectore non indiget cum codicem invenit a quo audiat quid in scriptum sit, sic iste qui precepta que conamur tradere acceperit, cum in libris aliquid obscuritatis invenerit, quasdam regulas velud litteras tenens intellectorem alium non requirat, per quas

sibi coopertum est retexitur, sed quibusdam vestigiis indaginis ad occultum sensum sine ullo errore ipse perveniat, aut certe in absurditatem prave sentencie non incidat. Quamquam igitur et in ipso opere satis apparere possit huic officio laboris nostri non recte aliquem contradicere, tamen si huiusmodi prohemio quibuslibet obsistentibus conveniens videtur esse responsum, hinc nunc quam in hoc libro ingredi volumus tale nobis occurrit exordium. Explicit prohemium.

Incipit liber primus de doctrina christiana

Due sunt res quibus nititur omnis tractatio scripturarum: modus inveniendi que intelligenda sunt et modus proferendi que intellecta sunt. De inveniendo prius, de proferendo postea disseremus. Magnum onus et arduum, et si ad sustinendum difficile, vereor ne ad suscipiendum temerarium. Ita sane si de nobis ipsis presumeremus. Nunc vero cum in illo sit spes peragendi huius operis a quo nobis in cogitatione multa iam tradita tenemus, non est metuendum ne dare desinat cetera cum ea que data sunt ceperimus impendere. Omnis enim res que dando non deficit, dum habetur et non datur, nondum habetur quomodo habenda est. Ille autem ait: Qui habet, dabitur ei. Dabit ergo habentibus, id est cum benignitate utentibus eo quod acceperunt, adimplebit atque cumulabit quod dedit. Illi quinque et illi septem erant panes antequam inciperent dari esurientibus. Quod ubi fieri cepit, cophinos et sportas satiatis tot hominum milibus impleverunt. Sicut ergo ille panis dum frangeretur accrevit, sic ea que ad hoc opus aggrediendum iam dominus prebuit, cum dispensari ceperint, eo ipso suggerente multiplicabuntur, ut in hoc nostro ministerio non solum nullam patiamur inopiam, sed de mirabili etiam habundancia gaudeamus. Omnis doctrina vel rerum est vel signorum, sed res per signa discuntur. Proprie autem nunc res appellavi que non ad significandum aliquid adhibentur, sicuti est lignum, lapis, pecus atque huiusmodi

quippe

explicit prohemium

modi cetera. Sed non illud lignum quod in aquas amaras Moysen misisse legimus ut amaritudine carerent. Nec ille lapis quem Iacob sibi ad caput posuerat. Nec illud pecus quod pro filio immolavit Abraham. Hec namque res ita sunt ut aliarum etiam signa sint rerum. Sunt autem alia signa quorum omnis usus in significando est, sicuti sunt verba. Nemo enim utitur verbis nisi aliquid significandi gratia. Ex quo intelligitur quid appellem signa, res eas videlicet que ad significandum aliquid adhibentur. Quamobrem omne signum etiam res aliqua est. Quod enim nulla res est omnino nichil est. Non autem omnis res etiam signum est. Et ideo in hac divisione rerum atque signorum, cum de rebus loquimur, ita loquimur ut etiam si earum alique adhiberi ad significandum possint, non impediant partitionem qua prius de rebus, postea de signis disseremus.

Res que sit et que intelligi[?] Memoriterque teneamus id nunc in rebus considerandum esse quod sunt, non quod aliquid etiam preter se ipsas significant.

VI Res ergo alie sunt quibus fruendum est, alie quibus utendum, alie que fruuntur et utuntur. Ille quibus fruendum est nos beatos faciunt. Istis quibus utendum est tendentes ad beatitudinem adiuvamur et quasi adminiculamur, ut ad illas que nos beatos faciunt pervenire atque his inherere possimus. Nos vero qui fruimur et utimur, inter utrasque constituti, si eis

utendum quibus utendum est frui voluerimus, impeditur cursus noster et aliquando etiam deflectitur, ut ab hiis rebus quibus fruendum est obtinendis vel retardemur, vel etiam revocemur, inferiorum amore prepediti.

VII Quid est inter frui et uti — Frui est enim amore inherere alicui rei propter se ipsam. Uti autem quod in usum venerit ad id quod amas obtinendum referre, si tamen amandum est. Nam usus illicitus abusus potius vel abusio nominandus est. Quomodo ergo si essemus peregrini qui beate vivere nisi in patria non possemus, eaque peregrinatione utique miseri et miseriam finire cupientes in patriam redire vellemus, opus esset vel terrestribus vel marinis vehiculis quibus utendum esset ut ad patriam qua fruendum erat pervenire valeremus. Quod si amenitates itineris et ipsa gestatio vehiculorum nos delectaret, et conversi ad fruendum hiis quibus uti debuimus, nollemus cito viam finire, et perversa suavitate implicati alienaremur a patria, cuius suavitas faceret beatos: sic in huius mortalitatis vita peregrinantes a domino, si redire in patriam volumus ubi beati esse possimus, utendum est hoc mundo, non fruendum, ut invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciantur, hoc est ut de corporalibus temporalibusque rebus eterna et spiritualia capiamus.

IX Pater et filius et spiritus sanctus res est fruendi — Res igitur quibus fruendum est pater et filius et spiritus sanctus, eademque trinitas, una quedam summa res communisque omnibus fruentibus ea, si tamen res et non rerum omnium causa sit, si tamen et causa. Non enim facile nomen quod tante excellentie conveniat inveniri potest, nisi quod melius ita dicitur trinitas hec unus deus ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ita pater et filius et spiritus sanctus, et singulus quisque horum deus, et simul omnes unus deus; et singulus quisque horum plena substantia, et simul omnes una substantia. Pater nec filius est nec spiritus sanctus; filius nec pater est nec spiritus sanctus; spiritus sanctus nec pater nec filius. Sed pater tantum pater, et filius tantum filius, spiritus sanctus tantum spiritus sanctus. Eadem tribus eternitas, eadem incommutabilitas, eadem maiestas, eadem potestas. In patre unitas, in filio equalitas, in spiritu sancto unitatis equalitatisque concordia. Et tria hec unum omnia propter patrem, equalia omnia propter filium, connexa omnia propter spiritum sanctum. Diximusne aliquid et sonuimus aliquid dignum deo? Immo vero nichil me aliud quam dicere voluisse sentio. Si autem dixi, non est hoc quod dicere volui. Hoc unde scio nisi quia deus ineffabilis est? Quod autem a me dictum est, si ineffabile esset dictum non esset. Ac per hoc

ne ineffabilis quidem dicendus est deus. Quia et hoc cum dicitur aliquid dicitur et fit nescio que pugna verborum. Nam si illud est ineffabile quod vel dici potest non est ineffabile quod dici potest que pugna verborum silencio cavenda pocius quam voce pacanda est. Et tamen deus cum de illo nichil digne dici possit admisit humane vocis obsequium et verbis nostris in laude sua gaudere nos voluit. Nam inde est et quod deus. Non enim re vera in strepitu istarum duarum sillabarum ipse cognoscitur sed tamen omnes latine lingue scios cum aures eorum sonus iste tetigerit movet ad cogitandam excellenciam quandam et mortalemque

XI naturam. Nam cum ille unus cogitatur deus deorum ab his etiam qui alios et suspicantur et nominant et colunt deos sive in celo sive in terra ita cogitatur ut aliquid quo nichil sit melius atque sublimius illa cogitacio conetur attingere. Sane quia diversis movetur bonis partim eis que ad corporis sensum partim eis que ad animi intelligenciam pertinent illi qui dediti sunt corporis sensibus aut ipsum celum aut quod in celo fulgentissimum vident aut ipsum mundum deum deorum esse esse arbitrantur aut si extra mundum ire contendunt aliquid lucidum ymaginantur idque vel infinitum vel ea forma que optima videtur inani suspicione constituunt aut humani corporis figuram cogitant si eam ceteris anteponunt. Quod si unum deum deorum esse non putant et potius multos aut innumerabiles equales ordinis deos etiam tamen prout cuique aliquid corporis videtur excellere ita figuratos animo tenent. Illi autem qui per intelligenciam pergunt videre quod deus est omnibus eum naturis visibilibus et corporalibus intelligibilibus vero et spiritualibus omnibus mutabilibus preferunt. Omnes tamen certatim pro excellencia dei dimicant nec quisquam inveniri potest qui hoc deum credat esse quo est aliquid melius. Itaque omnes hoc deum esse consenciunt quod ceteris rebus omnibus anteponunt.

XII Et quoniam omnes qui de deo cogitant omnes vivum aliquid cogitant illi soli possunt non absurda et indigna existimare de deo qui vitam ipsam cogitant et quecumque illis occurrerit corporis forma eam vita constituunt vivere vel non vivere vivemque non vivente preponunt eamque ipsam viventem corporis formam quantalibet luce prefulgeat quantalibet magnitudine premineat quantalibet pulchritudine ornetur aliud esse ipsam aliud vitam qua vegetatur intelligunt eamque illi que vegetatur et animatur dignitate incomparabili preferunt. Deinde ipsam vitam pergunt inspicere et si eam sine sensu vegetantem invenerint qualis est arborum preponunt ei sencientem qualis est pecorum et huic rursus intelligentem qualis est hominum. Quam cum adhuc mutabilem viderint etiam huic aliquam incommutabilem coguntur preponere illam scilicet que non aliquando desipit aliquando sapit sed est pocius ipsa sapiencia. Sapiens enim mens id est adepta sapienciam antequam adipisceretur non erat sapiens. At vero ipsa sapiencia nec fuit umquam insipiens nec umquam esse potest. Quam si non viderent nullo modo plena fiducia vitam incommutabiliter sapientem commutabiliter vivere anteponerent. Ipsam quippe regulam veritatis qua illam clamant esse meliorem incommutabilem vident nec usquam vident nisi supra suam naturam quandoquidem se mutabiles vident.

XIII Nemo enim tam inprudenter insulsus est qui dicat unde scis incommutabiliter sapientem vitam mutabili esse preferendam. Id ipsum enim quod interrogat unde sciam omnibus ad contemplandum communiter atque incommutabiliter presto est. Et qui hoc non videt ita est quasi cecus in sole cui nichil prodest quod eius palpebris oculorum tam clare et presenti luce fulgor infunditur. Qui autem videt et refugit consuetudine umbrarum carnalium in sua luce mentis aciem debilitavit. Pravorum quasi contrariis flatibus a patria repelluntur homines posteriora atque inferiora sectantes quam id quod esse melius atque prestancius confitentur.

XIIII Quapropter cum illa veritate perfruendum sit que incommutabiliter vivit et in ea trinitas deus auctor et conditor universitatis

rebus quas condidit consulat, purgandus est animus ut et perspicere illam lucem valeat et inherere perspecte. Quam purgationem quasi ambulationem quandam et quasi navigationem ad patriam esse arbitremur. Non enim ad eum qui ubique presens est locis movemur, sed bono studio bonisque moribus.

xv Quod non possemus nisi sapientia tante etiam infirmitati nostre congruere dignaretur et vivendi nobis preberet exemplum non aliter quam in homine quia et nos homines sumus. Sed quia nos cum ad illam venimus sapienter facimus, ipsa cum ad nos venit ab hominibus superbis quasi stulte fecisse putata est. Et quoniam nos cum ad illam venimus convalescimus, ipsa cum ad nos venit quasi infirma existimata est. Sed quod stultum est Dei sapientius est hominibus et quod infirmum est Dei fortius est hominibus. Cum ergo ipsa sit patria, viam se quoque nobis fecit ad patriam.

xvi Et cum sano et puro interiori oculo ubique sit presens, eorum qui oculum illum infirmum immundumque habent oculis etiam carneis apparere dignata est. Quia enim in sapientia Dei non poterat mundus per sapientiam cognoscere Deum, placuit Deo per stultitiam predicationis salvos facere credentes. Non ergo per locorum spacia veniendo sed in carne mortali mortalibus apparendo venisse ad nos dicitur. Illuc ergo venit ubi erat quia in hoc mundo erat et mundus per eum factus est. Sed quoniam cupiditate fruendi pro ipso creatore creatura homines conformati huic mundo et mundi nomine congruentissime vocati non eum cognoverunt, propterea dixit evangelista: Et mundus eum non cognovit. Itaque in sapientia Dei non poterat mundus per sapientiam cognoscere Deum. Cur ergo venit cum hic esset nisi quia placuit Deo per stultitiam predicationis salvos facere

xvii credentes. Quomodo venit nisi quod verbum caro factum est et habitavit in nobis. Sicuti cum loquimur ut id quod animo gerimus in audientis animum per aures carneas illabatur, fit sonus verbum quod corde gestamus et locutio vocatur, nec tamen in eundem sonum cogitatio nostra convertitur, sed apud se manens integra formam vocis qua se insinuet auribus sine aliqua labe sue mutationis assumit: ita verbum Dei non commutatum caro tamen factum est ut habi-

xviii taret in nobis. Sicut autem curatio est ad sanitatem, sic ista curatio peccatores sanandos reficiendosque suscepit. Et quemadmodum medici cum alligant vulnera non incomposite sed apte id faciunt, ut vinculi utilitatem quedam pulchritudo etiam consequatur, sic medicina sapientie per hominis susceptionem nostris est accommodata vulneribus, de quibusdam contrariis curans et de quibusdam similibus. Sicut etiam ille qui medetur vulneri corporis adhibet quedam contraria sicut frigidum calido vel humidum sicco vel si quid aliud huiusmodi, adhibet etiam quedam similia sicut linteolum vel rotundum vulneri rotundo vel oblongum oblongo, ligaturamque ipsam non eandem membris omnibus sed similem similibus coaptat: sic sapientia Dei hominem curans se ipsam exhibuit ad sanandum, ipsa medicus, ipsa medicina. Quia ergo per superbiam homo lapsus est, humilitatem adhibuit ad sanandum. Serpentis sapientia decepti sumus, Dei stultitia liberamur. ~~liberamur~~ Quemadmodum autem illa sapientia vocabatur, erat autem stultitia contempnentibus Deum, sic ista que vocatur stultitia sapientia est vincentibus diabolum. Nos immortalitate male usi sumus ut moreremur, Christus mortalitate bene usus est ut viveremus. Corrupto femine animo ingressus est morbus, integro corpore femine processit salus. Ad eadem contraria pertinet quod etiam exemplo virtutum eius vitia nostra

xix curantur. Jam vero similia quasi ligamenta membris et vulneribus nostris adhibita illa sunt, quod per feminam deceptos per feminam natus, homo homines, mortalis mortales, morte mortuos liberavit. Multaque alia diligentius considerantibus quos instituti operis necessitas peragendi non rapit vel

vel contrariis vel similibus medicine xpi que apparet instructa. Jam vero credita a mortuis domini resurrectio et in celum ascensio magna spe fulcit nostram fidem. Multum enim ostendit quam voluntarie pro nobis animam posuit qui eam sic habuit in potestate resumere. Quanta ergo fiducia spes credentium consolatur considerantibus quantus quanta pro nondum credentibus passus est. Cum vero iudex de celo vivorum atque mortuorum expectatur magnum timorem incutit negligentibus ut se ad diligentiam convertant eumque magis bene agendo desiderent quam male agendo formident. Quibus autem verbis dici aliqua cogitatione capi potest premium quod ille daturus est in fine, cum ad consolationem huius itineris de spiritu suo tantum dedit ut in adversis huius vite tantam fiduciam caritatemque tantam eius quem nondum videmus habeamus, et dona distributa unicuique ad edificationem ecclesie sue ut id quod ostendit esse faciendum non solum sine murmure sed etiam cum delectatione

xx faciamus. Est enim ecclesia corpus eius sicut apostolica doctrina commendat, que coniux etiam eius dicitur. Corpus ergo suum multis et diversis officia gerentibus membris nodo unitatis caritatisque tamquam sanitatis astringit. Exercet autem hoc tempore et purgat medicinalibus quibusdam molestiis ut erutam de hoc seculo in eternum sibi copulet coniugem ecclesiam non habentem maculam neque rugam

xxi aut aliquid huiusmodi. Porro cum in via simus nec via ista sit locorum sed affectuum quam intercludebat quasi sepes quedam spinosa preteritorum malicia peccatorum, quid liberalius et misericordius facere potuit qui se ipsum nobis qua rediremus substernere voluit nisi ut omnia donaret peccata conversis et crucifixus pro nobis tam fixa retro reditus nostri interdicta evelleret.

xxij Has igitur claves dedit ecclesie sue ut que solveret in terra soluta essent in celo et que ligaret in terra ligata essent in celo, scilicet ut quisquis in ecclesia eius peccata sibi dimitti non crederet non ei dimitterentur; quisquis autem crederet seque ab his correptus averteret in eiusdem ecclesie gremio constitutus eadem fide atque correctione sanaretur. Quisquis enim non credit dimitti sibi posse peccata fit deterior desperando quasi nihil illi melius quam malum esse remaneat ubi de fructu sue conversionis infidus est.

Jam vero sicut anime quedam mors est vite prioris relictio morumque que fit penitendo, sic etiam corporis mors est animationis pristine resolutio. Et quemadmodum anima post penitentiam qua priores mores perditos interimit reformatur in melius, sic etiam corpus post istam mortem quam vinculo peccati omnes debemus credendum atque sperandum est tempore resurrectionis in melius commutari, ut non caro et sanguis regnum celorum possideant quod fieri non potest, sed corruptibile hoc induat incorruptionem et mortale hoc induat immortalitatem, nullam faciens molestiam quia nullam patietur indigentiam, a beata et perfecta anima cum summa quiete vegetatum. xxiii

Cuius autem animus non moritur huic seculo neque incipit configurari veritati, in graviorem mortem morte corporis trahitur nec ad commutationem celestis habitudinis sed ad luenda supplicia resurget. Hoc itaque fides habet atque ita esse credendum est neque animum neque corpus humanum omnimodum interitum pati, sed impios resurgere ad penas inestimabiles, pios autem ad vitam eternam. xxiiii

In his igitur omnibus rebus ille tantum sunt quibus fruendum est quas eternas atque incommutabiles commemoravimus; ceteris autem utendum est ut ad illarum perfructionem pervenire possimus. xxv

Nos itaque qui fruimur et utimur aliis rebus res aliquae sumus. Magna enim quedam res est homo factus ad ymaginem et similitudinem dei, non in quantum mortali corpore includitur sed in quantum bestias rationalis anime honore precedit. Itaque magna questio est utrum frui se homines debeant an uti an utroque. Preceptum est enim nobis ut diligamus invicem xxvi

Quod non est fruendum hominibus. ca. xxii

Sed quaeritur utrum propter se homo ab homine diligendus sit an propter aliud. Si enim propter se, fruimur eo; si propter aliud, utimur eo. Videtur autem mihi propter aliud diligendus. Quod enim propter se diligendum est, in eo constituitur beata vita, cuius etiam si nondum res, tamen spes eius nos hoc tempore consolatur. Maledictus autem homo qui spem suam ponit in homine. Sed nec se ipso quisquam frui debet, si liquido advertas, quia nec se ipsum debet propter se ipsum diligere, sed propter illum quo fruendum est. Tunc est quippe optimus homo, cum tota vita sua pergit in incommutabilem vitam et toto affectu inhaeret illi. Si autem se propter se diligit, non se refert ad deum, sed ad se ipsum conversus non ad incommutabile aliquid convertitur. Et propterea iam cum defectu aliquo se fruitur, quia melior est cum totus haeret atque constringitur incommutabili bono quam cum inde vel ad se ipsum relaxatur. Si ergo te ipsum non propter te diligere debes, sed propter illum ubi dilectionis tuae rectissimus finis est, non succenseat aliquis homo si etiam ipsum propter deum diligis. Haec enim regula dilectionis divinitus constituta est: Diliges, inquit, proximum tuum sicut te ipsum, deum vero ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente, ut omnes cogitationes tuas et omnem vitam et omnem intellectum tuum in illum conferas a quo habes ea ipsa quae confers. Cum autem ait toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitae nostrae partem reliquit quae vacare debeat et quasi locum dare ut alia re velit frui, sed quidquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur quo totus dilectionis impetus currit. Quisquis ergo recte proximum diligit, hoc cum eo debet agere ut etiam ipse toto corde, tota anima, [tota mente] diligat deum. Sic enim eum diligens tamquam se ipsum totam dilectionem sui et illius refert in illam dilectionem dei quae

Proximus illis diligendus sicut ... toto [partly illegible]

Quae non sunt diligenda caritate

nullum a se rivulum duci extra patitur, cuius derivatione minuatur. Non autem omnia quibus utendum est diligenda sunt, sed ea sola quae aut nobiscum societate quadam referuntur ad deum, sicut est homo vel angelus, aut ad nos relata beneficio dei per nos indigent, sicuti est corpus. xxiii Nam utique martyres non dilexerunt scelus persequentium, quo tamen usi sunt ad promerendum deum. xxiiii Cum ergo quattuor sint diligenda, unum quod supra nos est, alterum quod nos sumus, tertium quod iuxta nos est, quartum quod infra nos est, de secundo et quarto nulla praecepta danda erant. Quantumlibet enim homo excidat a veritate, remanet illi dilectio sui et dilectio corporis sui. Fugax enim animus ab incommutabili lumine omnium regnatore id agit, ut ipse sibi regnet et corpori suo; et ideo non potest nisi et se et corpus suum diligere. Magnum autem aliquid adeptum se putat, si etiam sociis, id est aliis hominibus, dominari potuerit. Inest enim vitioso animo id magis appetere et sibi tamquam debitum vindicare quod uni proprie debetur deo. Talis autem sui dilectio melius odium vocatur. Iniquum enim est, quod sibi vult servire quod infra se est, cum ipse superiori servire nolit. Rectissime quippe dictum est: Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Et ideo fit infirmus animus et de mortali corpore cruciatur. Necesse est enim ut illud diligat et eius corruptione praegravetur. Immortalitas enim et incorruptio corporis de sanitate animi existit. Sanitas autem animi est firmissime inhaerere potiori, hoc est incommutabili deo. Cum vero etiam eis qui sibi naturaliter pares sunt, hoc est hominibus, dominari affectat, intolerabilis omnino superbia est. Nemo ergo se odit. Et hinc quidem nulla cum aliqua secta quaestio fuit. Sed nec corpus suum quisquam odit. Verum est enim quod ait apostolus: Nemo umquam carnem suam odio habuit. xxv Et quod nonnulli dicunt malle se omnino sine corpore esse, omnino falluntur. Non enim corpus suum, sed corruptiones eius et pondus oderunt. Non itaque nullum corpus sed incorruptum

et asserunt nullum corpus volunt. Haec sed putant
nullum corpus esse sed tale putant quod hoc
aliquid esse animam putant. Sed autem
continentia quadam et laboribus qui
persequi videntur corpora sua qui hoc
faciunt recte non id agunt ut non
habeant corpus sed ut habeant subiuga
tum et paratum ad opera necessaria. Li
bidines enim male utentes corpo
re consuetudines et inclinationes ani
mae fruendum inferioribus per ipsius cor
poris laboriosam quandam malici
am extinguere affectant. Nam non
se interimunt et curam suae valitudinis
gerunt. Qui autem perverse id agunt
quasi naturali corpori suo inimico bel
lum ingerunt. In quo fallit eos quod le
gunt: Caro concupiscit adversus spiritum,
spiritus autem adversus carnem. Haec
enim invicem adversantur. Dictum est
enim hoc propter indomitam carnalem
consuetudinem adversus quam spiritus
concupiscit, non ut interimat corpus
sed ut concupiscentia eius id est mala consue
tudine edomita faciat spiritui subiuga
tum quod naturalis ordo desiderat. Quia enim
hoc erit post resurrectionem ut corpus om
nino cum quiete summa spiritui subdi
tum in immortalitate vigeat. Hoc etiam in hac
vita meditandum est ut consuetudo
carnalis mutetur in melius nec inor
dinatis motibus resistat spiritui. Quod donec
fiat caro concupiscit adversus spiritum et
spiritus adversus carnem. Non per odium re
sistente spiritu sed per principatum quia magis
quod diligit vult subditum esse melioni
nec per odium resistente carne sed per con
suetudinis vinculum quod a parentum et
propagine inveteratum naturae lege
inolevit. Id ergo agit spiritus ~~ut subiuget~~
in domanda carne ut solvat malae
consuetudinis quasi pacta perversa
et faciat pacem consuetudinis bonae. Ve
rumtamen nec isti qui falsa opinione deprava
ti corpora sua detestantur parati essent
oculum unum vel sine sensu doloris
amittere etiam si in altero tantum cerne
ndi sensus remaneret quantus erat
in duobus nisi aliqua res quae prae
ponenda esset urgeret. Isto atque huiusmodi

documentis satis ostenditur eis qui sine
pertinacia verum requirunt quam
certa sit sententia apostoli ubi ait: Nemo
enim umquam carnem suam odio habuit.
Addidit etiam: sed nutrit et fovet
eam sicut et Christus ecclesiam. Modus — xxx de dilectione corporis sui
ergo diligendi praecipiendus est
homini id est quomodo se diligat ut prosit
sibi. Quin autem se diligat et pro
desse sibi velit dubitare dementis est.
Praecipiendum etiam quomodo corpus suum
diligat ut ei ordinate prudenterque
consulat. Nam quod diligat etiam
corpus suum idque salvum habere atque
integrum velit aeque manifestum est.
Aliquid itaque amplius diligere aliquis
potest quam salutem atque integri
tatem corporis sui. Nam multi et
dolores et amissiones nonnullorum
membrorum voluntarie suscepisse
inveniuntur sed ut alia quae amplius
diligebant sequerentur. Non
ergo propterea quisque dicendus est non
diligere salutem atque incolumi
tatem corporis sui quia plus aliquid
diligit. Nam et avarus quamvis
pecuniam diligit tamen emit sibi
panem. Quod cum facit dat pecu
niam quam multum diligit et augeri
desiderat, sed quia pluris aestimat
salutem corporis sui quae illo pane ful
citur. Supervacaneum est de re tam — dulcius
manifesta disputare quod tamen plerum
que nos facere cogit error impiorum.
Ergo cum praecepto non opus est ut — xxxi
se quisque et corpus suum diligat, id est
id quod sumus et id quod infra nos ad
nos tamen pertinet, inconcussa naturae
lege diligimus quae in bestias etiam
promulgata est. Nam et bestiae se atque
corpora sua diligunt, restabat ut et
de illo quod supra nos est et de illo quod iuxta
nos est praecepta sumeremus. Diliges — de dilectione dei
inquit dominum deum tuum ex toto corde
tuo et ex tota anima tua et ex tota men
te, et proximum tuum sicut te ipsum. In
his duobus praeceptis tota lex pendet
et prophetae. Finis itaque praecepti est dilectio
et ea gemina id est dei et proximi. Quod si te
totum intellegis id est animum et corpus et proxi
mum totum id est animum et corpus eius. Nullo

enim quamvis constat et corpore nullum rerum diligendarum genus in his duobus praeceptis praetermissum esse. Cum enim praecurrat dilectio dei eiusque modus praescriptus appareat ita ut cetera in illum confluant, de dilectione tua nihil dictum videtur. Sed cum dictum est diliges proximum tuum tamquam te ipsum, simul et tui abs te dilectio praetermissa non est.

xxxi — de ordine dilectionis

Ille autem iuste et sancte vivit qui rerum integer aestimator est. Ipse est autem qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligat quod non est diligendum, aut non diligat quod diligendum est, aut amplius diligat quod minus diligendum est, aut aeque diligat quod minus vel amplius diligendum est.

quod ut amplius diligendus est — xxxii

Omnis peccator inquantum peccator non est diligendus, et omnis homo inquantum homo est diligendus propter deum. Deus vero propter se ipsum. Et si deus omni homine diligendus amplius est, quisque eum debet amplius diligere quam se ipsum.

de ordine dilectionis

Item amplius alius homo diligendus est quam corpus nostrum, quia propter deum omnia ista diligenda sunt, et potest nobiscum alius homo deo perfrui, quod non potest corpus, quia corpus per animam vivit qua fruimur deo. Homines autem aeque diligendi sunt, sed cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est qui pro locorum et temporum vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadam sorte iunguntur. Sicut enim si tibi abundaret aliquid quod dari oporteret ei qui non haberet, nec duobus dari posset, si tibi occurrerent duo quorum neuter alium vel indigentia vel aliqua erga te necessitudine superaret, nihil iustius faceres quam ut sorte legeres cui dandum esset quod dari utrique non posset; sic in hominibus quibus omnibus consulere nequeas, pro sorte habendum est prout quisque tibi temporaliter colligatius adhaerere potuit.

xxxiii (faint)

xxxiiii

Omnium autem qui nobiscum frui possunt deo, partim eos diligimus quos ipsi adiuvamus, partim eos a quibus adiuvamur, partim quorum et indigemus adiutorio et indigentiae subvenimus, partim quibus nec ipsi conferimus aliquid commodi nec ab eis ut nobis conferatur attendimus. Velle tamen debemus ut omnes

quare deus vult diligi a nobis

nobiscum diligant deum, et totum quod vel eos adiuvamus vel adiuvamur ab eis ad unum illum finem referendum est. Si enim in theatris nequitiae qui aliquem diligit histrionem et tamquam magno vel etiam summo bono eius arte perfruitur, omnes diligit qui secum diligunt illum, non propter illos sed propter eum quem pariter diligunt; et quanto est in eius amore ferventior, tanto agit quibus modis potest ut a pluribus diligatur, et tanto pluribus eum cupit ostendere; et quem frigidiorem videt excitat eum quantum potest laudibus illius; si autem contrarium invenerit, odit in illo vehementer odium dilecti sui et quibus modis valet instat ut auferat; quid nos in societate dilectionis agere convenit dei, quo perfrui beate vivere est et a quo habent omnes qui eum diligunt et quod sunt et quod eum diligunt, de quo nihil metuimus ne cuiquam possit cognitus displicere, et qui se vult diligi non ut sibi aliquid sed ut eis qui diligunt aeternum praemium conferatur, hoc est ipse quem diligunt? Hinc efficitur ut inimicos etiam diligamus nostros. Non enim eos timemus, qui nobis quod diligimus auferre non possunt, sed miseramur potius, quia tanto magis nos oderunt quanto ab illo quem diligimus separati sunt. Ad quem si conversi fuerint, et illum tamquam beatificum bonum et nos tamquam socios tanti boni necesse est ut diligant. Oritur autem in hoc loco quaestio de angelis non nulla. xxxv Illi enim fruentes illo et iam beati sunt quo et nos frui desideramus; et quanto in hac vita fruimur vel per speculum vel in aenigmate, tanto eam peregrinationem et tolerabilius sustinemus et ardentius finire cupimus. Sed utrum ad illa duo praecepta etiam dilectio pertineat angelorum non irrationabiliter quaeri potest. Nam quod nullum hominem exceperit qui praecepit ut proximum diligamus, et ipse in evangelio dominus ostendit et apostolus Paulus. Nam cum ille cui duo ipsa praecepta protulerat atque in eis pendere totam legem prophetasque dixerat, interrogaret eum dicens: Et quis est meus proximus? hominem quendam proposuit descendentem

de dilectione angelorum

Quod intelligendum est nomine proximi

Hierusalem in Iericho incidisse in latrones
et ab eis graviter vulneratum sauciatum
et semivivum esse derelictum. Quis ei pro-
ximus esset non docuit nisi qui erga
illum recreandum atque curandum mi-
sericors exstitit, ita ut hoc qui in-
terrogaverat ipse fateretur. Cui dominus
ait: Vade et tu fac similiter. Ut videlicet
eum esse proximum intelligamus cui
vel exhibendum est officium misericordie si in-
diget vel exhibendum esset si indigeret.
Ex quo est iam consequens ut etiam
ille a quo nobis hoc vicissim exhi-
bendum est proximus noster sit. Proximi
enim nomen ad aliquid est nec quisquam
iam esse proximus nisi proximo potest.
Nullum autem exceptum esse cui misericordie
denegetur officium quis non videat
quando usque ad inimicos etiam por-
rectum est eodem domino dicente: Dilig-
ite inimicos vestros, benefacite hiis qui
vos oderunt. Ita quoque Paulus apostolus
docet cum dicit: Nam non adulterabis,
non homicidium facies, non furaberis, non
concupisces rem proximi tui, et si
quod est aliud mandatum, in hoc sermone
recapitulatur: Diliges proximum tuum
sicut te ipsum. Dilectio proximi malum
non operatur. Quisquis ergo arbitratur
non de omni homine apostolum precepisse
cogitur fateri quod absurdissimum et sce-
leratissimum est, visum fuisse apostolo non
esse peccatum si quis aut non christiani
aut inimici adulterasset uxorem aut eum
occideret aut eius rem concupisceret.
Quod si dementis est dicere, manifestum
est omnem hominem proximum esse depu-
tandum, quia erga neminem operandum
est malum. Iam vero si vel cui prebendum
vel a quo nobis prebendum est officium miseri-
cordie proximus dicitur, manifestum est
hoc precepto quo iubemur diligere pro-
ximum etiam sanctos angelos contineri
a quibus nobis tanta misericordie impenduntur
officia. Quanta multis scripturarum divi-
narum locis animadvertere
facile est. Ex quo et ipse deus et dominus
noster proximum se nostrum dici voluit.
Nam et seipsum significat dominus
Ihesus Christus opitulatum esse semivivo
iacenti in via afflicto et relicto a la-

Quod Christus est proximus noster

tronibus. Et propheta in oratione ait: Sicut proximum
sicut fratrem nostrum ita complacebam.
Sed quia excellentior ac super naturam nostram
est divina substantia, preceptum quo
diligamus invicem a proximi dilectione
distinctum est. Ille enim nobis prebet
misericordiam propter suam bonitatem, nos autem no-
bis invicem propter illius. Idem ille
nostri miseretur ut se perfruamur, et nos nos-
tri invicem miseremur ut illo perfru-
amur. Quapropter adhuc ambiguum xxxvi
videtur cum dicimus ea re nos
frui quam diligimus propter seipsam
et ea re nobis fruendum esse tantum qua
efficimur beati, ceteris vero utendum. Di-
ligit enim nos deus et multum nobis
dilectionem eius gratia nobis divina scriptura
commendat. Quomodo ergo nos diligit, ut
nobis utatur an fruatur? Sed si fruitur,
eget bono nostro. Quod nemo sanus Quomodo deus nos diligit
dixerit. Omne enim bonum nostrum
vel ipse vel ab ipso est. Cui autem ob-
scurum vel dubium est non egere lucem
harum rerum quas ipsa illustraverit?
Dicit apertissime etiam propheta: Dixi
domino: deus meus es, quoniam
bonorum meorum non eges. Non ergo
fruitur nobis sed utitur. Nam si neque fru-
itur neque utitur, non invenio quem ad-
modum diligat. Sed neque sic utitur
ut nos. Nam nos res quibus xxxvii
utimur ad id referimus ut dei bo-
nitate perfruamur. Deus ad suam
bonitatem usum nostrum refert. Quia
enim bonus est sumus, et in quantum
sumus boni sumus. Porro etiam
quia iustus est, non impune ma-
li sumus. Et in quantum mali sumus,
in tantum etiam minus sumus. Ille
enim summe ac primitus est
qui omnino incommutabilis est et
qui plenissime dicere potuit: Ego sum
qui sum, et Dices eis: qui est misit
me ad vos, et cetera que sunt et nisi
ab illo esse non possunt et in tantum
bona sunt in quantum acceperunt
ut sint. Ille igitur usus qui dicitur
dei quo nobis utitur non ad eius
sed ad nostram utilitatem refertur,
ad eius tantummodo bonitatem.
Cum autem nos miseremur et cui con-
sulimus, ad eius quidem utilitatem
hoc facimus eamque intuemur.

sed nescio quomodo nostra sit consequens cum eam in illam qua impendimus opere et sine mercede non relinquit deus. Hec autem merces summa est ut ipso perfruamur et omnes qui in eo fruimur nos etiam invicem in ipso perfruamur.

xxxviii Nam si nobis id facimus remanemus in via et spem beatitudinis nostre in homine aut in angelo collocamus. Quod et homo superbus et angelus superbus arrogant sibi atque in se aliorum spem gaudent constitui. Sanctus autem homo et sanctus angelus et fessos nos et cupientes in se acquiescere et remanere cupientes reficiunt potius ex eo sumptu quem propter nos aut illo etiam quem propter se acceperunt atque ita refectos in illum ire compellunt quo fruentes pariter beati sumus. Nam et apostolus clamat Numquid paulus crucifixus est pro vobis aut in nomine pauli baptizati estis. Et neque qui plantat est aliquid neque qui rigat est aliquid sed qui incrementum dat deus. Et angelus se adorantem hominem monet ut illum potius adoret sub quo ei etiam domino ipse conservus est. Cum autem homine in deo frueris illo enim frueris deo potius quam homine frueris quo efficeris beatus et ad eum pervenisse letaberis in quo spem ponis ut venias. Inde ad philemonem paulus Ita frater inquit ego te fruar in domino. Quod si non addidisset in domino et te fruar tantum dixisset in eo constituisset spem beatitudinis sue. Quamquam etiam vicinissime dicitur frui cum delectatione uti. Cum enim adest quod diligitur adest etiam delectationem secum necesse est gerat per quam si transieris eamque ad illud ubi permanendum est retuleris uteris et abusive non proprie diceris frui. Si vero inheseris atque permanseris finem in ea ponens leticie tue tunc vere et proprie frui dicendus es. Quod non faciendum

xxxix nisi in illa trinitate id est summo et incommutabili bono. Vide quemadmodum cum ipsa veritas et verbum per quod facta sunt omnia caro factum sit ut habitaret in nobis tamen ait apostolus Et si noveramus christum secundum carnem sed iam non novimus. Ille quippe qui non solum pervenientibus possessionem sed etiam viam se voluit prebere venientibus ad principium viarum voluit carnem assumere. Unde etiam est illud Dominus creavit me in principio viarum suarum ut inciperent inde qui vellent venire. Apostolus igitur quamvis adhuc ambularet in via et ad palmam superne vocationis sequeretur vocantem deum tamen ea que retro sunt obliviscens et in ea que ante sunt extentus iam viarum principium transierat. Hoc est eo non indigebat a quo tamen aggrediendum et exordiendum iter est omnibus qui ad veritatem pervenire et in vita eterna permanere desiderant. Sic enim veritas ait Ego sum via veritas et vita hoc est per me venitur ad me pervenitur in me permanetur. Cum enim ad ipsum pervenitur etiam ad patrem pervenitur quia per equalem ille cui est equalis agnoscitur vinciente et tamquam agglutinante nos sancto spiritu quo in summo atque incommutabili bono permanere possimus. Ex quo intelligitur quam nulla res in via tenere nos debeat quando nec ipse dominus in quantum via nostra esse dignatus est tenere nos voluit sed transire ne rebus temporalibus quamvis ab illo pro salute nostra susceptis hereamus infirmiter sed per eas potius curramus alacriter ut ad eum ipsum qui naturam nostram a temporalibus liberavit et collocavit ad dexteram patris provehi atque pervenire mereamur. xl

Omnium igitur que dicta sunt ex quo de rebus tractamus hec summa est ut intelligatur legis et omnium divinarum scripturarum plenitudo et finis esse dilectio rei qua fruendum est et rei que nobiscum ea re frui potest quia ut se quisque diligat precepto non opus est. Hoc ergo ut nossemus atque possemus facta est tota pro salute nostra per divinam providentiam dispensatio temporalis qua debemus uti non quasi mansoria

quadam dilectione et delectatione sed
transitoria potius tamquam uie tan-
quam uehiculorum uel aliorum
quorumlibet instrumentorum aut
xlj si quid congruentius dici potest ut ea
quibus ferimur propter illud ad quod
ferimur diligamus. Quisquis igitur
scripturas diuinas uel quamlibet
earum partem intellexisse sibi uidetur
ita ut eo intellectu non edificet
istam geminam caritatem dei et proxi-
mi nondum intellexit. Quisquis
uero talem inde sententiam duxerit
ut huic edificande caritati sit u-
tilis nec tamen hoc dixerit quod ille
quem legit eo loco sensisse probabitur
non perniciose fallitur nec omnino mentitur.
Inest quippe in mentiente uoluntas
falsa dicendi. Et ideo multos inue-
nimus qui mentiri uelint qui autem
falli neminem. Cum igitur hoc sciens
homo faciat hoc nesciens patiatur satis id
satis apparet in una eademque re illum
qui fallitur eo qui mentitur esse me-
liorem quia quidem pati melius est
iniquitatem quam facere. Omnis
autem qui mentitur inique agit. Et si cui
quando uidetur utile aliquando esse men-
dacium potest uideri utile esse iniqui-
tatem. Nemo enim mendax in eo quod
mentitur seruat fidem. Nam hoc utique
uult ut cui mentitur fidem sibi habeat
quam tamen ei mentiendo non seruat. Omnis
autem fidei uiolator iniquus est.
Aut igitur iniquitas aliquando est utilis
quod fieri non potest aut mendacium semper
inutile est. Quisquis in scripturis aliud
semper sentit quam ille qui scripsit illis
non mentientibus fallitur. Sed tamen
ut dicere ceperam si ea sententia fallitur
qua edificet caritatem que finis
precepti est non fallitur. At si quisquam
errore deserens uiam eo tamen per
agrum pergit quo etiam uia illa
perducit. Corrigendus tamen est et quam
sit utilius uiam non deserere demon-
strandum est ne consuetudine de-
uiandi etiam in transuersum aut peruersum
xliiij ire cogatur. Asserendum tamen te-
mere quod ille non sensit quem legit
plerumque incurrit alia que illi sententie
non contexere nequeat. Que si uera
et certa esse consentit id non possit uera

esse quod senserat fitque in eo nescio quomodo
ut amando sententiam suam scripture inci-
piat offensior esse quam sibi. Quod
si malum si serpere sinit euertetur ex eo.
Per fidem enim ambulamus non per speciem.
Titubabit autem fides si diuinarum scripturarum
uacillat auctoritas. Porro fide titu-
bante caritas languescit. Nam si a fide
quisque ceciderit a caritate etiam cadat
necesse est. Non enim potest diligere quod esse non
credit. Porro si et credit et diligit agen-
do et preceptis bonorum morum obtempe-
rando efficit ut etiam speret se ad id quod di-
ligit esse uenturum. Itaque tria hec sunt
quibus et scientia omnis et prophetia mili-
tat fides spes caritas. Sed fidei succe- xliij
dit species quam uidebimus et spei succedet
beatitudo ipsa ad quam peruenturi sumus
caritas autem istis etiam decedentibus
augebitur potius. Si enim credendo di-
ligimus quod nondum uidemus quanto
magis cum uidere ceperimus. Et si sperando
diligimus quo nondum peruenimus quan-
to magis cum peruenerimus. Inter temporalia Differentia inter eterna et temporalia
quippe et eterna hoc interest quod temporale
aliquid plus diligitur antequam
habeatur uilescit autem cum aduenerit.
Non enim satiat animam cui uera est et certa
sedes eternitas eternum autem ardentius
diligitur adeptum quam desideratum.
Nulli enim desideranti conceditur plus
de illo existimare quam se habet ut ei
uilescat cum minus inuenerit sed quan-
tum ueniens existimauerit plus
perueniens inuenturus est. Homo xliiij
itaque fide et spe et caritate subnixus eaque
inconcusse retinens non indiget scrip-
turis nisi ad alios instruendos. Itaque
multi per hec tria etiam in solitudine
sine codicibus uiuunt. Unde in illis arbi-
tror iam impletum esse quod dictum est siue
prophetie euacuabuntur siue lingue cessa-
bunt siue scientia euacuabitur. Quibus
tamen quasi machinis tanta fidei et spei et
caritatis in eis surrexit instructio ut
perfectum aliquid tenentes ea que sunt ex par-
te non querant. Perfectum sane quantum perfectio duplex
in hac uita potest. Nam in compara- uita
tione future uite nullius iusti et sancti
uita ista perfecta. Ideo manet inquit
fides spes caritas tria hec maior autem

autem horum est caritas. Quia et cum quisque
ad eterna pervenerit duobus istis dece
dentibus caritas auctior et certior permane
xlv bit. Quamobrem cum quisque cognoverit
finem precepti esse caritatem de puro
corde et conscientia bona et fide non ficta
omnem intellectum divinarum scripturarum
ad ista tria relaturus ad tractationem
librorum illorum securus accedat. Cum
enim dixisset caritatis addidit
de puro corde ubi nichil aliud quam
id quod diligendum est diligitur. Con
scientiam vero bonam coniunxit propter spem.
Ille enim se ad id quod credit et diligit
perventurum esse desperat cui male con
scientie scrupulus inest. Tertio et si
de non ficta inquit. Si enim fides nostra
mendacio caruerit tunc et diligimus
quod est diligendum et recte vivendo
id speramus ut nullo modo spes nostra
fallatur. Propterea de rebus continentibus fi
dem quantum pro tempore satis arbitratus
sum dicere volui quia in aliis vo
luminibus sive per alios sive per nos iam
multa dicta sunt. Quibus itaque sit
iste liber iste finis, de signis autem
domino dante disseremus. Explicit

Liber primus de doctrina christiana
Incipit secundus

Quoniam cum de rebus scriberem premi
j si commonens ne quis in eis atten
deret nisi quod sunt non etiam
si quid aliud preter se significant
vicissim de signis disserens hoc
dico ne quis in eis attendat quod sunt
sed potius quod signa sunt id est quod
Diffinicio signi significant. Signum est enim res preter
speciem quam ingerit sensibus aliud
aliquid ex se faciens in cogitationem veni
re sicut vestigio viso transisse anima
lium cuius vestigium est cogitamus et
fumo viso ignem subesse cognoscimus
et voce animantis audita affectionem
animi eius advertimus et tuba
sonante milites vel progredi se vel regredi
et si quid aliud pugna postulat oportere no
Divisio signorum verunt. Signorum igitur alia sunt naturalia alia
data. Naturalia sunt que sine vo
luntate atque ullo appetitu significandi
preter se aliquid aliud ex se cognosci
faciunt sicuti est fumus significans
ignem. Non enim volens significare
id facit sed rerum expertarum animadversio
ne et notatione cognoscitur ignem subesse

quae sunt signa

etiam si fumus solus appareat. Sed
et vestigium transeuntis animantis ad
hoc genus pertinet et vultus irati seu
tristis affectionem animi significat etiam
nulla eius voluntate qui aut iratus
aut tristis est. aut si quis alius mo
tus animi vultu indice proditur etiam
nobis non id agentibus ut prodatur. Sed de
hoc toto genere nunc disserere non est propo
situm. Quoniam tamen incidit in partitione
nostram preteriri omnino non potuit atque hac
tenus notatum esse sufficerit. Data ij
ta vero signa que sunt sibi queque invicem
viventia dant ad demonstrandos
quantum possunt motus animi sui vel
sensa aut intellecta quelibet. Nec ul
la causa est nobis significandi id est
signi dandi nisi ad depromendum et
traiciendum animi id quod ani
mo gerit qui signum dat. Horum igitur
signorum genus quantum ad homines
attinet considerare atque tractare statuimus
quia et signa divinitus data que scri
pturis sanctis continentur per homines nobis
indicata sunt qui ea conscripserunt. Ha
bent etiam bestie quedam inter se signa
quibus produnt appetitum animi sui.
Nam et gallus gallinaceus reperto
cibo dat signum vocis galline ut
accurrat. Et columbus gemitu columbam
vocat vel ab ea vicissim vocatur.
Et multa huiusmodi animadverti
solent. Utrum sicut vultus aut dolentis
clamor sine voluntate significandi
sequantur motum animi aut vere ad
significandum dentur alia questio
est et ad rem que agitur non pertinet
et hanc partem ab hoc opere tamquam
non necessariam removemus. Signo
rum quibus inter se homines sua sensa iij
communicant quedam pertinent ad oculorum
sensum, pleraque ad aurium, paucissima
ad ceteros sensus. Nam cum innuimus
signum oculis eius quem volumus per hoc
signum voluntatis nostre participem face
re. Et quidam motibus manuum plerique
significant et histriones omnium
membrorum motibus dant signa
quedam scientibus et cum oculis eorum
quasi fabulantur. Et vexilla draco
nesque militares per oculos insinuant
voluntatem ducum. Et sunt omnia quasi
quedam verba visibilia. Aurium autem
que pertinent ut dixi plura sunt
in verbis maxime. Nam et tuba et tibia

Quare littere reperte sunt

rarie dant plerumque non solum suavem sed etiam significantem sonum. Sed omnia signa verbis comparata paucissima sunt. Verba enim prorsus inter homines obtinent principatum significandi quecumque animo concipiuntur si ea quisque prodere velit. Nam et odore unguenti dominus quo perfusi sunt pedes eius signum aliquod dedit. Et sacramento corporis et sanguinis sui significavit quod voluit. Et cum mulier tangendo fimbriam vestimenti eius salva facta est nonnihil significat. Sed innumerabilis multitudo signorum quibus suas cogitationes homines exerunt in verbis constituta est. Nam illa signa omnia quorum genera breviter attigi potui verbis enuntiare, verba vero illis signis nullo modo possem. Sed quia verberato aere statim transeunt nec diutius manent quam sonant, instituta sunt per litteras signa verborum.
iiij Ita voces oculis ostenduntur non per se ipsas sed per signa quedam sua. Ista igitur signa non potuerunt communia esse omnibus gentibus peccato quodam dissensionis humane cum ad se quisque principatum rapit. Cuius superbie signum est erecta illa turris in celum, ubi homines impii non solum animos sed etiam voces dissonas habere meruerunt.
v Quo factum est ut etiam scriptura divina qua tantis morbis humanarum voluntatum subvenitur, ab una lingua profecta qua oportune potuit per orbem terrarum disseminari, per varias interpretum linguas longe lateque diffusa innotesceret gentibus ad salutem. Quam legentes nihil aliud appetunt quam cogitationes voluntatemque illorum a quibus conscripta est invenire et per illas voluntatem dei secundum quam tales homines locutos credimus.
vi Sed multis et multiplicibus obscuritatibus et ambiguitatibus decipiuntur qui temere legunt, aliud pro alio sentientes. Quibusdam autem locis quid vel falso suspicentur non inveniunt, ita obscure dicta quedam densissimam caliginem obducunt. Quod totum provisum esse divinitus non dubito ad domandam labore superbiam et intellectum a fastidio revocandum, cui facile investigata plerumque vilescunt.

Quare sacra scriptura in aliquibus locis est obscura

Quid enim est queso quod si quisquam dicat sanctos esse homines atque perfectos, quorum vita et moribus Christi ecclesia de quibuslibet superstitionibus precidit eos qui ad se veniunt et imitatione bonorum sibimet quodam modo incorporat, qui boni fideles et veri dei servi deponentes onera seculi ad sanctum baptismi lavacrum venerunt atque inde ascendentes conceptione sancti spiritus fructum dant gemine caritatis, id est dei et proximi: quid est quod si hoc quisque dicit minus delectat audientem quam si ad eundem sensum eadem illud exponit de canticis canticorum, ubi dictum est ecclesie cum tamquam pulchra quedam femina laudaretur: Dentes tui sicut grex tonsarum ascendens de lavacro, que omnes geminos creant, et sterilis non est in illis. Numquid aliud homo discit quam cum illud planissimis verbis sine similitudinis huius adminiculo audit? Et tamen nescio quomodo suavius intueor sanctos cum eos quasi dentes ecclesie video precidere ab erroribus homines atque in eius corpus emollita duritia quasi demorsos mansosque transferre. Oves etiam iocundissime detonsas agnosco oneribus secularibus tamquam velleribus positis, et ascendentes de lavacro, id est baptismate, cunctas geminos creare, duo precepta dilectionis, et nullam videre ab hoc sancto fructu sterilem. Sed quare suavius videam quam si nulla de divinis libris talis similitudo promeretur, cum res eadem sit eademque cognitio, difficile est dicere, et alia questio est. Nunc tamen nemo ambigit et per similitudines libentius quecumque cognosci et cum aliqua difficultate quesita multo gratius inveniri. Qui enim prorsus non inveniunt quod querunt fame laborant; qui autem non querunt quia in promptu habent fastidio sepe marcescunt. In utrisque autem languor cavendus est. Magnifice igitur et salubriter spiritus sanctus ita scripturas sanctas modificavit ut locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastidia detergeret. Nihil enim fere de illis obscuritatibus eruitur quod non planissime dictum alibi reperiatur.
vii Ante omnia igitur opus est timore dei converti ad cognoscendam eius volunta-

Hic tangit septem dona spiritus sancti ascendendo

De timore

quid nobis appetendum fugiendumque precipiat. Timor autem iste cogitacionem de nostra mortalitate et de futura morte necesse est incuciat, et quasi clavatis carnibus omnes superbie motus ligno crucis affigat.

De pietate

Deinde mitescere opus est pietate, neque contradicere divine scripture, sive intellecte si aliqua vicia nostra percutit, sive non intellecte, quasi nos melius sapere meliusque precipere possimus, sed cogitare potius et credere id esse melius et verius quod ibi scriptum est, etiam si lateat, quam id quod nos per nos ipsos sapere possimus.

De sciencia

Post istos duos gradus timoris atque pietatis ad tercium venitur sciencie gradum, de quo nunc agere institui. Nam in eo se exercet omnis divinarum scripturarum studiosus, nichil in eis aliud inventurus quam diligendum esse deum propter deum et proximum propter deum, et illum quidem ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente, proximum vero sicut te ipsum, id est ut tota dilectio proximi sicut et nostra referatur in deum. De quibus duobus preceptis cum de rebus ageremus libro superiore tractavimus. Necesse est ergo ut primo se quisque in scripturis inveniat amore huius seculi, hoc est temporalium rerum, implicatum longe se esse seiunctum a tanto amore dei et tanto amore proximi quantum scriptura ipsa prescribit. Tunc vero ille timor quo cogitat de iudicio dei et illa pietas qua non potest nisi credere et cedere auctoritati sanctorum librorum cogit eum se ipsum lugere. Nam ista sciencia bone spei hominem non se iactantem sed lamentantem facit, quo affectu impetrat sedulis precibus consolacionem divini adiutorii ne desperacione frangatur,

De fortitudine

et esse incipit in quarto gradu, hoc est fortitudinis, quo esuritur et sititur iusticia. Hoc enim affectu ab omni mortifera iocunditate rerum transeuncium se extrahit, et inde se avertens convertit ad dilectionem eternorum, incommutabilem scilicet unitatem eandemque trinitatem. Quam ubi aspexerit quantum potest in longinqua radiantem suique aspectus infirmitate sustinere se illam lucem non posse persenserit,

De consilio

in quinto gradu, hoc est in consilio misericordie, purgat animam tumultuantem quodammodo atque obstrepentem sibi de appetitu inferiorum conceptis sordibus. Hic vero se in dilectione proximi strenue exercet in ea que perficitur, et plenus iam spe atque integer viribus cum pervenerit ad inimici dilectionem

De intellectu

ascendit ad sextum gradum, ubi iam ipsum oculum purgat quo videri deus potest, quantum potest ab eis qui huic seculo moriuntur quantum possunt. Nam in tantum vident in quantum moriuntur huic seculo; in quantum autem huic vivunt non vident. Et ideo quamvis iam certior et non solum tollerabilior sed etiam iocundior species lucis illius incipiat apparere in enigmate, adhuc tamen et per speculum videri dicitur, quia magis per fidem quam per speciem ambulatur cum in hac vita peregrinamur, quamvis conversacionem habeamus in celis. In hoc autem gradu ita purgat cordis oculum ut veritati ne ipsum quidem proximum preferat aut conferat; ergo nec se ipsum, quia nec illum quem diligit sicut se ipsum. Erit ergo iste sanctus tam simplici corde atque mundato ut neque hominibus placendi studio detorqueatur a vero neque respectu devitandorum quorumlibet incommodorum suorum que adversantur huic vite.

De sapiencia

Talis filius ascendit ad sapienciam que ultima et septima est, qua pacatus tranquillusque perfruitur. Inicium enim sapiencie timor domini. Ab illo enim usque ad ipsam per istos gradus tenditur et venitur.

viij

Sed nos ad illius tercii gradus consideracionem redeamus, de quo disserere quod dominus suggesserit atque tractare instituimus. Erit igitur divinarum scripturarum solertissimus indagator qui primo totas legerit notasque habuerit, et si nondum intellectu iam tamen leccione dumtaxat eas que appellantur canonice. Nam ceteras securius leget fide veritatis instructus, ne preoccupent inbecillum animum et periculosis mendaciis atque fantasmatis eludentes preiudicent aliquid contra sanam intelligenciam. In canonicis autem scripturis ecclesiarum catholicarum quamplurium auctoritatem sequatur, inter quas sane ille sint que apostolicas sedes habere et epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis ut eas que ab omnibus accipiuntur ecclesiis catholicis preponat eis quas quedam non accipiunt; in eis vero que non accipiuntur ecclesiis catholicis

De numero omnium librorum canonis

preponat eas quas quidem non accipiunt. In eis vero que non accipiuntur ab omnibus, preponat eas quas plures gravioresque accipiunt eis quas pauciores minorisque auctoritatis ecclesie tenent. Si autem alias invenerit a pluribus, alias a gravioribus haberi, quamquam hoc invenire non possit, equalis tamen auctoritatis eas habendas puto. Totus autem canon scripturarum in quo istam consideracionem versandam dicimus, his libris continetur: quinque Moysi, id est Genesi, Exodo, Levitico, Numeris, Deuteronomio, et uno libro Iesu Nave, uno Iudicum, uno libello qui appellatur Ruth, qui magis ad Regnorum principia videtur pertinere. Deinde quatuor Regnorum et duobus Paralipomenon non consequentibus, sed quasi a latere adiunctis simulque pergentibus. Hec est hystoria que sibimet annexa tempora continet atque ordinem rerum. Sunt alie que tamquam ex diverso ordine que neque huic ordini neque inter se connectuntur, sicut est Iob et Tobias et Hester et Iudith et Machabeorum libri duo et Esdre duo, qui magis subsequi videntur ordinatam illam hystoriam usque ad Regnorum vel Paralipomenon terminatam. Deinde prophete, in quibus David unus liber Psalmorum, et Salomonis tres: Proverbiorum, Cantica canticorum et Ecclesiastes. Nam illi duo libri, unus qui Sapiencia et alius qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur. Nam Iesus Sirach eos scripsisse constantissime perhibetur; qui tamen quoniam in auctoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt. Reliqui sunt eorum libri qui proprie prophete appellantur: duodecim prophetarum libri singuli, qui connexi sibimet, quoniam numquam seiuncti sunt, pro uno habentur; quorum prophetarum nomina sunt hec: Osee, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuk, Sofonias, Aggeus, Zacharias, Malachias. Deinde quatuor prophete sunt maiorum voluminum: Ysaias, Ieremias, Daniel, Ezechiel. His quadraginta quatuor libris testamenti veteris terminatur auctoritas. Novi autem: quatuor libris ewangelii, secundum Matheum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Iohannem; quatuordecim epistolis apostoli Pauli: ad Romanos, ad Corinthios duabus, ad Galathas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessalonicenses duabus, ad Colossenses, ad Thimotheum duabus, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebreos; Petri duabus; tribus Iohannis; una Iude et una Iacobi; Actibus apostolorum libro uno et Apocalipsi Iohannis libro uno. In his omnibus libris timentes Deum et pietate mansueti querunt voluntatem Dei. Cuius operis et laboris prima observacio est, ut diximus, nosse istos libros, et si nondum ad intellectum, legendo tamen vel mandare memorie vel omnino incognitos non habere. Deinde illa que in eis aperte posita sunt, vel precepta vivendi vel regule credendi, solercius diligenciusque investiganda sunt; que tanto quisque plura invenit, quanto est intellectu capacior. In his enim que aperte in scripturis posita sunt, inveniuntur illa omnia que continent fidem moresque vivendi, spem scilicet atque caritatem, de quibus libro superiore tractavimus. Tunc vero facta quadam familiaritate cum ipsa lingua divinarum scripturarum, in ea que obscura sunt aperienda et discucienda pergendum est, ut ad obscuriores locuciones illustrandas de manifestioribus sumantur exempla, et quedam certarum sentenciarum testimonia dubitacionem incertis auferant. In qua re memoria valet plurimum; que si defuerit, non potest his preceptis dari.

Duabus autem causis non intelliguntur que scripta sunt, si aut ignotis aut ambiguis signis obteguntur. Sunt autem signa vel propria vel translata. Propria dicuntur cum his rebus significandis adhibentur propter quas sunt instituta, sicut dicimus bovem, cum intelligimus pecus quod omnes nobiscum latine lingue homines hoc nomine vocant. Translata sunt, cum et ipse res quas propriis verbis significamus ad aliquid aliud significandum usurpantur, sicut dicimus bovem, et per has duas sillabas intelligimus pecus quod isto nomine appellari solet, sed rursus per illud pecus intelligimus evangelistam quem significavit scriptura interpretante apostolo dicens...

Contra ignota signa propria magnum remedium est linguarum cognicio. Et latine quidem lingue homines, quos nunc instruendos suscepimus, duabus aliis ad scripturarum divinarum cognicionem opus habent, hebrea scilicet et greca, ut ad exemplaria precedencia

[cur]ratur si qua dubitationem attulerit latinorum interpretum infinita varietas. Quamquam et hebraea verba non interpretata saepe inveniamus in libris sicut amen alleluia et racha et osanna et si qua sunt alia quorum partim propter sanctiorem auctoritatem quamvis interpretari potuissent servata est antiquitas sicut sunt amen et alleluia partim vero in aliam linguam transferri non potuisse dicuntur sicut alia duo quae posuimus. Sunt enim quaedam verba certarum linguarum quae in usum alterius linguae per interpretationem transire non possunt. Et hoc maxime interiectionibus accidit quae verba motum animi significant potius quam sententiae conceptae ullam particulam. Nam et haec duo talia esse perhibentur. Dicunt enim racha indignantis esse vocem osanna laetantis. Sed non propter haec pauca quae notare atque interrogare facillimum est sed propter diversitates ut dictum est interpretum illarum linguarum est cognitio necessaria. Qui enim scripturas ex hebraea lingua in graecam verterunt numerari possunt latini autem interpretes nullo modo. Ut enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex graecus et aliquantum facultatis sibi utriusque linguae habere videbatur ausus est interpretari. Quae quidem res plus

xv adiuvit intelligentiam quam impedivit si modo legentes non sint negligentes. Nam nonnullas obscuriores sententias plurium codicum saepe manifestavit inspectio. Sicut illud Ysaie prophetae unus interpres ait: Et domesticos seminis tui ne despexeris. Alius autem ait: Et carnem tuam ne despexeris. Uterque sibimet invicem attestatus est. Nam per alterum alter exponitur quia et caro posset accipi proprie ut se quisque ne despiceret putaretur admoneri et domesticos seminis translate possent intelligi christiani ex eodem nobiscum verbi semine spiritualiter nati. Nunc autem collato interpretum sensu probabilior occurrit sententia ad litteram praeceptum esse ne consanguineos quis despiciat quoniam domesticos seminis cum ad carnem rettuleris consanguinei potissimum occurrunt. Unde est arbitror illud apostoli quod ait: Si quo modo ad aemulationem adducam carnem meam ut salvos faciam aliquos ex illis id est ut aemulando eos qui crediderant et ipsi crederent. Carnem enim suam dixit iudaeos propter consanguinitatem. Item illud eiusdem Ysaie prophetae: Nisi credideritis non intelligetis. Alius interpretatus est: Si non credideritis non permanebitis. Quis horum verba secutus sit nisi exemplaria linguae praecedentis legantur incertum est. Sed tamen ex utroque magnum aliquid insinuatur scienter legentibus. Difficile est enim ita diversos a se interpretes fieri ut non se aliqua vicinitate contingant. Ergo quoniam intellectus in specie sempiterna est fides vero in rerum temporalium quibusdam cunabulis quasi lacte alit parvulos nunc autem per fidem ambulamus non per speciem nisi autem per fidem ambulaverimus ad speciem pervenire non poterimus quae non transit sed permanet per intellectum purgatum nobis cohaerentibus veritati propterea ille ait: Nisi credideritis non permanebitis. Ille autem: Nisi credideritis non intelligetis. Et ex xiii ambiguo linguae praecedentis plerumque interpres fallitur cui non bene nota sententia est et eam significationem transfert quae a sensu scriptoris penitus aliena est. Sicut quidam codices habent: Acuti pedes eorum ad effundendum sanguinem. Oxys enim et acutum apud graecos et velocem significat. Ille ergo vidit sententiam qui transtulit: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Ille autem alius ancipiti signo in aliam partem raptus erravit. Et talia quidem non obscura sed falsa sunt quorum alia condicio est. Non enim intelligendos sed emendandos tales codices potius praecipiendum est. Hinc est etiam illud quia moschos graece vitulus dicitur moscheumata quidam non intellexerunt esse plantationes et vitulamina interpretati sunt. Qui error tam multos codices praeoccupavit ut vix inveniatur aliter scriptum et tamen sententia manifestissima est quia clarescit consequentibus verbis. Namque adulterinae plantationes non dabunt radices altas convenientius dicitur quam vitulamina quae pedibus in terra gradiuntur et non haerent radicibus. Hanc translationem in eo loco etiam cetera contexta custodiunt.

xiiii Sed quoniam et quae sit ipsa sententia quam plures interpretes pro facultate atque iudicio quisque suo conantur eloqui non apparet nisi in ea lingua inspiciatur quam interpretantur et plerumque a sensu auctoris devius aberrat interpres...

Error vitulaminum accidit

si non sit doctissimus aut illarum linguarum ex quibus in latinam scriptura pervenit petenda cognicio est aut habende interpretaciones eorum qui se verbis nimium obstrinxerunt. Non quia sufficiant sed ut eis libertatem vel errorem diiudicemus aliorum qui non magis verba quam interpretando sentencias sequi maluerunt. Nam non solum verba singula sed eciam locuciones sepe transferuntur que omnino in latine lingue usum si quis consuetudinem veterum qui latine locuti sunt tenere voluerit transire non possunt que aliquando intellectui nichil adimunt sed offendunt tamen eos qui plus delectantur rebus cum eciam in earum signis sua quedam servatur integritas. Nam solecismus qui dicitur nichil aliud est quam cum verba non ea lege coniunguntur qua coniunxerunt qui priores nobis non sine auctoritate aliqua locuti sunt. Utrum enim inter homines an inter hominibus dicatur ad rerum non pertinet cognitorem. Item barbarismus quid aliud est nisi verbum non eis litteris vel sono enunciatum quo ab eis qui ante nos latine locuti sunt enunciari solet. Utrum autem ignoscere producta an correpta tercia sillaba dicatur non multum curat qui peccatis suis ut deus ignoscat petit quoquo modo illud verbum sonare potuerit. Quid est ergo integritas locucionis nisi aliene consuetudinis conservacio loquencium veterum auctoritate firmata. Tamen eo magis inde offenduntur quo infirmiores sunt et eo sunt infirmiores quo doctiores videri volunt non rerum scientia qua edificamur sed signorum qua non inflari omnino difficile est cum et ipsa rerum sciencia sepe cervicem erigat nisi domino reprimatur iugo. Quid enim obest intellectori quod ita scriptum est: Que est terra in qua isti insident super eam si bona est an nequam et que sunt civitates in quibus ipsi inhabitant in ipsis. Que locucio magis aliene lingue est arbitror quam sensum aliquem altiorem. Illud eciam quod iam auferre non possumus de ore cantancium populorum super ipsum autem floriet sanctificacio mea nichil profecto sentencie detrahit auditor tamen peritior mallet hoc corrigi ut non floreret

i. quid est ergo integritas locucionis

sed florebit diceretur. Nec quicquam impedit correctionem nisi consuetudo cantancium. Ista ergo facile eciam contempni possunt si quis ea cavere noluit que sano intellectui nichil detrahunt. At vero illud quod ait apostolus: quod stultum est dei sapiencius est hominibus et quod infirmum est dei forcius est hominibus. Si quis in ea greca locucione servare voluisset ut diceret quod stultum est dei sapiencius est hominum et quod infirmum est dei forcius est hominum. Non quidem vigilantis lectoris intencio in sentencie veritatem sed tamen tardior aliquis aut non intelligit aut eciam perverse intelligit. Non enim tantum mendosa locucio est in latina lingua talis verum et in ambiguitatem cadit et quasi hominum stulticia vel hominum infirmitas sapiencius vel forcius videatur esse quam dei. Quamquam et illud sapiencius est hominibus non caret ambiguo et si solecismo careat. Utrum enim hominibus ablativo quod est huic homini an hominibus ablativo quod est ab hoc homine dictum sit non apparet nisi illuminacione sentencie. Melius itaque dicitur sapiencius est quam homines et forcius est quam homines. De ambiguis autem signis post loquemur nunc de incognitis agimus. Quorum due forme sunt quantum ad verba pertinent. Nam quia aut ignotum verbum facit herere lectorem aut ignota locucio. Que si ex alienis linguis veniunt aut ignota sunt querenda ab earum linguarum hominibus aut lingue eedem si et ocium est et ingenium discende aut plurium interpretum consulenda collacio est. Si autem ipsius lingue nostre aliqua verba locucionesque ignoramus legendi consuetudine audiendique innotescunt. Nulla sane sunt magis mandanda memorie quam illa verborum locucionumque genera que ignoramus ut cum vel peritior occurrerit de quo queri possit vel talis leccio que vel ex precedentibus vel consequentibus vel utrisque ostendat quam vim habeat quidve significet quod ignoramus facile adiuvante memoria possimus advertere et discere

quam qui tantum sunt in eis consuetudinibus et ad discendum ut quae in scripturis sanctis quodam modo minus eruditi sunt malint alias locutiones mirari easque minus latinas putent quam illas quas in scripturis didicerunt licet linguae latinae auctoritatibus repperiuntur. Plurimum hic quoque iuvat interpretum numerositas collatis codicibus inspecta atque discussa tantum absit falsitas. Nam codicibus emendandis primitus debet invigilare sollertia eorum qui scripturas divinas nosse desiderant ut emendatis non emendati cedant ex uno dumtaxat interpretationis genere venientes.

De emendatione librorum

XV. In ipsis autem interpretationibus Itala ceteris praeferatur nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententiae. Et latinis quibuslibet emendandis graeci adhibeantur in quibus septuaginta interpretum quod ad vetus testamentum attinet excellit auctoritas qui iam per omnes peritiores ecclesias tanta praesentia sancti spiritus interpretati esse dicuntur ut os unum tot hominum fuerit. Qui si ut fertur multique non indigni fide praedicant singuli cellis etiam singulis separati cum interpretati essent nihil in alicuius eorum codice inventum est quod non isdem verbis eodemque verborum ordine inveniretur in ceteris quis huic auctoritati conferre aliquid nedum praeferre audeat. Si autem contulerunt ut una omnium communi tractatu iudicioque vox fieret ne sic quidem quemquam unum hominem qualibet peritia ad emendandum tot seniorum doctorumque consensum aspirare oportet aut decet. Quamobrem etiamsi aliquid aliter in hebraeis exemplaribus invenitur quam isti posuerunt cedendum esse arbitror divinae dispensationi quae per eos facta est ut libros quos gens Iudaea ceteris populis vel religione vel invidia prodere nolebat credituris per dominum gentibus ministra regis Ptolomaei potestate tanto ante proderentur. Itaque fieri potest ut sic illi interpretati sint quemadmodum congruere gentibus ille qui eos agebat et qui unum os omnibus fecerat spiritus sanctus iudicavit. Sed tamen ut superius dixi horum quoque interpretum cum

verbis tenacius inhaeserunt collatio non inutilis est ad explanandam saepe sententiam. Ut ergo dicere coeperam codices latinos veteris testamenti si necesse fuerit graecorum auctoritate emendandi sunt et eorum potissimum qui cum septuaginta essent ore uno interpretati esse perhibentur. Libros autem novi testamenti si quid in latinis varietatibus titubat graecis cedere oportere non dubium est et maxime qui apud ecclesias doctiores et diligentiores repperiuntur.

XVI. De signis translatis

In translatis vero signis si qua forte ignota cogunt haerere lectorem partim linguarum notitia partim rerum investiganda sunt. Ad aliquid enim similitudinem valet et procul dubio secretum quoddam insinuat Siloa piscina ubi faciem lavare iussus est cui oculos dominus luto de sputo facto inunxerat. Quod tamen nomen linguae incognitae nisi evangelista interpretatus esset tam magnus intellectus lateret. Sic et multa quae ab auctoribus eorundem librorum interpretata non sunt nomina hebraea non est dubitandum habere non parvam vim atque adiutorium ad solvenda aenigmata scripturarum si quis ea possit interpretari. Quod nonnulli eiusdem linguae periti viri non parvum beneficium posteris contulerunt qui separata de scripturis eadem omnia verba interpretati sunt et quid sit Adam quid Eva quid Abraham quid Moyses sive etiam locorum nomina quid sit Ierusalem vel Sion vel Iericho vel Sina vel Libanus vel Iordanis et quaecumque alia in illa lingua nobis sunt incognita nomina. Quibus apertis et interpretatis multae in scripturis figuratae locutiones manifestantur. Rerum autem ignorantia facit obscuras figuratas locutiones cum ignoramus vel animantium vel lapidum vel herbarum naturas aliarumve rerum quae plerumque in scripturis similitudinis alicuius gratia ponuntur.

De serpente

Nam et de serpente quod notum est totum corpus eum pro capite obicere ferientibus quantum illustrat sensum illum quo dominus iubet astutos nos esse sicut serpentes ut scilicet pro capite nostro quod est Christus corpus potius persequentibus offeramus ne fides christiana tamquam necetur in nobis si parcentes corpori negemus deum. Vel illud quod per angustias ca

ceratus deposita ueteri tunica incessu no
uas atque dicitur quantum conuenit
assimilandam, ipsam sponsus astucia
concedoque ueterem hominem sic ap[?]
it ut induam nouum et concedi pau
cis ipsas dicente domino Intrate paucis
stam portam Ut ergo noticia nature spe
cies illustrat multiplicibus nature similitu
dinibus quas de hoc auctum de scriptura dic
re consueuimus sic ignorancia non illorum
... quam non minus per similitudines eorum
memoriam impedit plurium in lectore
sic lapidum sic herbarum ut queque
tenentur radicibus Namque carbunculi
noticia quod lucet in tenebris ...
... illuminat eciam obscura librorum
ubicumque per similitudinem ponitur Et
ignorancia berilli uel adamantis clau
dit plerumque intelligencie fores Ne
aliam obtrum facile est intelligere
pacem specula significacionis olee ramu
lo que radiens ad archam columba
protulit, et quia nomina olee bene con
tactum non facile alieno ... cognitu
... et arbore ipsam fronde ...
... autem per ignoranciam ysopi dum
nescimus ... herbe ... ad ...
... ut dicitur ad saxa radici
bus penetrandi cum sit herba humilis
quod huius omnino in ueritate non potest quare
sit dictum Asperges me domine ysopo et m
Labor [?] ... nimia intelligere ...
non intelligit translate actus ...
inspiratus Ingenium quippe ut ...
... non potest nisi monere
... sibi ... et moyses et helyas
et dominus ipse xl diebus ieiunauit ...
... quidam ... nodus
nisi ... cognoscere et eos ...
non soluit ... denarium quater ...
cognicionem ... tribus
... et diuina et anima
... diuina ...
... medias ... noctis ...
... corporis ... anima ...
... yemalibus ... mensibus
... temporum ... dum ...
... non ... abstinendum ...
... ... temporum ...
ipsa nobis insinuet doctrina ...
... temporum et appetendo ...

... et ... aduertere ...
...

Porro autem denarius ... quater ...
... saltem ...
... est ... autem ...
... et corp[us]
Nam nulla est ... etiam toto
corde tota anima tota mente diligere
... et corpore ... manifestis
sima quatuor apparent quibus
constat elementa Iure ergo denario
... qualiter nobis insinuat ... quater
dicitur ... et continet ... temporum
... quadraginta
diebus ieiunat ... hoc lex ...
... in moyse ... cum ...
elyas ... ipse dominus noua ...
... testimonium ... et
... in montem
... uidentibus atque ...
ponitur ... Deinde ... quinqua
... quinquagenarius de quadragena
rio ... qui non mediocri
... religione ... est ...
... et quo est ductus ...
... legem ... nam tria
nomine patris et filij et spiritus sancti
... eminencius ...
... ad
... quinquaginta
... quos ... tria ...
... misisse ...
... alijs atque alijs ...
formis quedam similitudinum ...
... ponitur ... quod ...
... etiam ... sunt Non
... ignorantia ...
... et ... differentia
... aliquas ...
... non ... doctus ...
... aliquam ... legem
... non habet ...
... ipse ... ac
... si queritur non
... et ... referendo
denarium et ... distinctione
templi qui ... in ... vel
... et sex annorum ... quidem ...
... ad fabricam ...
corporis ... quam templi ... factum
... non nullos ... constet

Et cognitio magicarum artium et superstitionum non est appetenda sed fugienda

filium dei non falso sed vero corpore indutum in hymno. Et numerum quippe et musicam plerisque locis in sanctis scripturis honorabiliter posita invenimus. Non enim audiendi sunt errores gentilium superstitionum

xvii qui novem musas iovis et memorie filias esse finxerunt. Refellit eos varro quo nescio utrum apud eos quisquam talium rerum doctior vel curiosior esse possit. Dicit enim civitatem nescio quam non enim nomen recolo locasse apud tres artifices terna simulachra musarum que in templo apollinis donum poneret ut quisquis artificum pulchriora formasset ab illo potissimum electa emeret. Ita contigisse ut opera sua illi quoque artifices eque pulchra explicarent et placuisse civitati omnes novem atque omnes esse emptas ut in apollinis templo dedicarentur quibus dicit hesiodum poetam imposuisse vocabula. Non ergo iupiter novem musas genuit sed tres fabri ternas creaverunt. Tres autem non propterea illa civitas locaverat quia in sompnis eas viderat aut tot se cuiquam illorum oculis demonstraverant sed quia facile erat animadvertere omnem sonum que materies cantilenarum est triformem esse natura. Aut enim voce editur sicut eorum est qui faucibus sine organo canunt aut flatu sicut tubarum et tibiarum aut pulsu sicut in cytharis et tympanis et quibuslibet aliis que percutiendo canora sunt.

xviii Sed sive ita se habeat quod varro retulit sive non ita nos tamen non propter superstitionem profanorum debemus musicam fugere si quid inde utile ad intelligendas sanctas scripturas rapere potuerimus nec ad illorum theatricas nugas converti si aliquid de cytharis et de organis quod ad spiritualia capienda valeat disputemus. Neque enim et litteras discere non debuimus quia earum repertorem dicunt esse mercurium aut quia iusticie virtutique templa dedicaverunt et que corde gestanda sunt in lapidibus adorare maluerunt propterea nobis iusticia virtusque fugienda est. Immo vero quisquis bonus verusque christianus est domini sui esse intelligat ubicumque invenerit veritatem quam conferens et agnoscens etiam in litteris sacris superstitiosa figmenta repudiet doleatque homines atque caveat qui cognoscentes deum non ut deum glorificaverunt aut gratias egerunt sed evanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes se enim esse sapientes stulti facti sunt et immutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium.

Sed ut totum istum locum nam est maxime necessarius diligentius explicemus xix c.

duo sunt genera doctrinarum que in gentilibus etiam moribus exercentur. Unum earum rerum quas instituerunt homines alterum earum quas animadverterunt iam peractas aut divinitus institutas. Illud quod est secundum instituciones hominum partim superstitiosum est partim non est.

Superstitiosum est quidquid institutum est xx Diffinicio superstitionis

ab hominibus ad facienda et colenda ydola pertinens vel ad colendum sicut deum creaturam partemve ullam creature vel ad consultationes et pacta quedam significationum cum demonibus placita atque federata qualia sunt molimina magicarum artium que quidem commemorare potius quam docere assolent poete. Ex quo genere sunt sed quasi licentiore vanitate aruspicum et augurum libri. Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligature atque remedia que medicorum quoque disciplina condempnat sive in precantationibus sive in quibusdam notis quos caracteres vocant sive in quibusdam rebus suspendendis atque alligandis vel etiam saltandis quodammodo non ad temperationem corporum sed ad quasdam significationes aut occultas aut etiam manifestas que mitiore nomine phisica vocant ut quasi non superstitione implicare sed natura prodesse videantur sicut sunt inaures in summo aurium singularum aut de struccionum ossibus ansule in digitis aut cum tibi dicitur singultienti ut dextera manu sinistrum pollicem teneas. His adiunguntur milia inanissimarum observationum si membrum aliquod salierit si iunctim ambulantibus amicis lapis aut canis aut puer medius intervenerit. Atque illud quod lapidem calcant tamquam diremptorem amicitie minus molestum est quam quod innocentem puerum

colapho percuciunt si pariter ambulantibus
intercurrerit. Sed bellum est quod aliquando
pueri vindicantur a canibus. Nam plerumque
tam superstitiosi sunt quidam ut etiam
canem qui medius intervenerit ferire
audeant non impune. Namque a va-
no remedio cito in verum percussorem
ille suum ad verum medicum mittit.
Hinc sunt etiam illa: limen calcare
cum ante domum suam transit; redire
ad lectum si quis dum se calciat sternu-
taverit; redire ad domum si procedens of-
fenderit; cum vestis a soricibus arro-
ditur, plus tremere suspicione futuri
mali quam presens dampnum dolere.
Unde illud eleganter dictum est Catonis,
qui cum esset consultus a quodam qui
sibi a soricibus erosas caligas diceret,
respondit non esse illud monstrum sed vere monstrum
habendum fuisse si sorices a caligis
roderentur. Neque illi ab hoc genere pernicio-
se superstitionis segregandi sunt qui ge-
nethliaci propter natalium dierum consi-
derationes, nunc autem vulgo mathemati-
ci vocantur. Nam et ipsi quamvis veram
stellarum positionem cum quisque nasci-
tur consectentur et aliquando etiam pervestigent,
tamen quod inde conantur vel actiones
vel eventa predicere nimis errant
et vendunt imperitis hominibus miserabilem servitutem.
Nam quisque liber ad huiusmodi mathe-
maticum cum ingressus fuerit dat pecuniam
ut servus exeat inde aut Martis aut
Veneris, vel potius omnium siderum, quibus
illi qui primi erraverunt erroremque posteris
propinaverunt vel bestiarum propter simili-
tudinem vel hominum ad ipsos homines
honorandos imposuerunt vocabula.
Non enim mirandum est cum etiam priori-
bus recentioribusque temporibus sidus
quod appellamus Luciferum honori et nomini
Cesaris Romani dicare conati sunt. Et
fortasse factum esset atque isset in vetustatem,
nisi avia eius Venus preoccupasset hoc
nominis predium, neque iure ullo ad he-
redes traiceret quod nunquam viva possiderat aut
possidendum petiverat. Nam ubi va-
cabat locus neque alicuius priorum
mortuorum honore tenebatur, factum
est quod in rebus talibus fieri solet. Pro Quin-
tili enim et Sextili mensibus Iulium
atque Augustum vocamus de honoribus
hominum Iulii Cesaris et Augusti Cesaris

nuncupatos, ut facile qui velit in-
telligat etiam illa sidera prius sine
his nominibus celo vagata esse. Mor-
tuis autem illis quorum honorare memo-
riam vel coacti sunt homines re-
gia potestate vel placuit humana va-
nitate, nomina eorum imponentes sideri-
bus ipsos sibi mortuos in celum le-
vare videbantur. Sed quolibet vocentur ab hominibus,
sunt tamen sidera que Deus instituit
et ordinavit ut voluit. Et est certus
motus illorum quo tempora distinguuntur
atque variantur. Quem motum notare
cum quisque nascitur quomodo se habeat facile
est per eorum inventas conscriptasque
regulas, quas sancta scriptura condemp-
nat dicens: Si enim tantum potuerunt scire
ut possent estimare seculum, quomodo eius
Dominum non facilius invenerunt? Sed ex ea no-
tatione velle nascentium mores actus
eventa predicere magnus error et magna
dementia est. Et apud eos quidem
qui talia discenda didicerunt sine
ulla dubitatione refellitur hec super-
stitio. Constellationes enim quas vo-
cant notatio est siderum quomodo se habebant
cum ille nasceretur de quo isti miseri a
miserioribus consuluntur. Fit autem
ut aliqui gemini tam se sequantur ex u-
tero ut inter eos intervallum temporis
nullum possit apprehendi
et constellationum numeris annotari.
Unde necesse est nonnullos geminos
easdem habere constellationes, cum paria
rerum vel quas agunt vel quas
patiuntur eventa non habeant, sed plerumque
alius felicissimus
alius infelicissimus vivat. Sicut
Esau et Iacob geminos accepimus
natos ita ut Iacob qui posterior
nascebatur manu plantam precedentis
fratris inveniretur tenere. Horum certe di-
es atque hora nascentium notari aliter
non posset nisi amborum constellatio
esset una. Quantum autem inter utrius-
que mores facta labores atque succes-
sus sit, scriptura testis est iam ore omnium
gentium pervagata. Neque enim ad rem
pertinet quod dicunt ipsum momentum atque exi-
guum minimum temporis quod geminos
dirimit multum valere in rerum natura atque celestium
corporum rapidissima velocitate. Et

xxi Contra mathematicos et [illegible]

xxii

Ut sit astrologia [illegible]

Unde [illegible] constellationes [illegible]

si enim concedant valeat tamen in constel-
lationibus mathematicorum inveniri non potest
quibus inspectis fuisse dicunt perhibent.
Quod ergo in constellationibus non invenit
quas necesse est vanas inspiciat sive
de Iacob sive de eius fratre consulat
quod ei prodest si distat in caelo quod terrae se-
curus infamat et non distat in tabella
quam frustra sollicitus intuetur.
Quapropter istae quoque opiniones quibus-
dam rerum signis humana praesumptio-
ne institutis ad eadem illa quasi quaedam
cum daemonibus pacta et conventa referendae
xxiii sunt. Hinc enim fit ut occulto quodam
iudicio divino cupidi malarum rerum
homines tradantur illudendi et decipiendi
pro meritis voluntatum suarum illudenti-
bus eos atque decipientibus praevaricatori-
bus angelis quibus ista mundi pars infima
secundum pulcherrimum ordinem rerum
divinae providentiae subiecta est lege. Qui-
bus illusionibus et deceptionibus evenit
ut istis superstitiosis et perniciosis divina-
tionum generibus multa praeterita et futura di-
cantur nec aliter accidant quam dicuntur
multaque observantibus secundum observa-
tiones suas eveniant quibus implicati
curiosiores fiant et sese inserant magis ma-
gisque multiplicibus laqueis
perniciosissimi erroris. Hoc genus for-
nicationis animae salubriter divina
scriptura non tacuit. Neque ab ea sic de-
terruit animam ut ideo talia negaret
esse sectanda quia falsa dicuntur a
professoribus eorum sed etiam si dixerint
vobis inquit et ita evenerit ne credatis
eis. Non enim quia ymago Samuelis mortui
Sauli regi vera praenuntiavit propterea talia sa-
illa crilegia quibus ymago praesentata est
minus execranda sunt aut quia in
actibus apostolorum ventriloqua femina
verum testimonium perhibuit apostolis
domini. Ideo Paulus apostolus pepercit illi
spiritui ac non potius feminam illius
daemonii correptione atque exclusione
mundavit. Omnes igitur artes huiusmodi
nugatoriae vel noxiae superstitionis
ex quadam pestifera societate hominum
et daemonum quasi pacta infidelis et dolo-
sae amicitiae instituta penitus sunt re-
pudianda et fugienda a christiano.
Non quia idolum sit aliquid ait apostolus sed quia
quae immolant daemoniis immolant et non
deo. Nolo vos socios fieri daemoniorum.
Quod autem de ydolis et de ymmolationibus
quae honori eorum exhibentur dixit a-
postolus hoc de omnibus ymaginariis si-
gnis sentiendum est quae ad cultum
ydolorum vel ad creaturam eiusque
partes tamquam deum colendas trahunt
vel ad remediorum aliarumque observationum
curam pertinent quae non sunt divinitus
ad dilectionem dei et proximi tamquam
publice constituta sed privatis appe-
titionibus rerum temporalium corda cor-
da dissipant miserorum. In omnibus
ergo istis doctrinis societas daemonum
formidanda atque vitanda est qui
nichil cum principe suo diabolo nisi
reditum nostrum claudere atque obserare
conantur. Sicut de stellis quas condidit
et ordinavit deus humanae et deceptoriae
coniecturae ab hominibus institutae sunt
sic etiam de quibusque nascentibus
vel quodam modo divinae providentiae
administratione existentibus multi
multa humanis suspicionibus quasi
regulariter coniectata litteris mandaverunt
si forte insolite acciderint velut si
mula pariat aut fulmine aliquid
percutiatur. Quae omnia tantum valent quan-
tum praesumptione animarum quasi communi
quadam lingua cum daemonibus foe-
derata sunt quae tamen plena sunt
omnia pestiferae curiositatis cruciantis
sollicitudinis mortiferae servitutis. xxiiii
Non enim valebant animadversa sunt
sed animadvertendo atque signando
factum est ut valerent. Et ideo diversis
diverse proveniunt secundum cogitationes
et praesumptiones suas. Illi enim spiritus
qui decipere volunt talia procurant
cuique qualibus eum irretitum per suspitio-
nes et consensiones eius vident. Sicut
enim verbi gratia una figura litterae
quae decussatim notatur aliud apud
Graecos aliud apud Latinos valet non
natura sed placito et consensione signi-
et ideo qui utramque linguam novit si
homini graeco velit aliquid significare
scribendo non in ea significatione po-
nit hanc litteram in qua potuit cum
homini scribit latino. Et beta uno
eodemque sono apud Graecos litterae
apud Latinos oleris nomen est et
cum dico lege in his duabus syllabis

Et non valet [illegible] aut [illegible] est ut [illegible]
ipsi [illegible]

certus aliud aliud intelligit. sicut ergo hec omnes significationes pro sue quisque societatis animos movent, et quia diversa consensione diverse movent, nec ideo consenserunt in ea homines quia iam valebant ad significationem, sed ideo valent quia consenserunt in ea, sic etiam illa signa quibus perniciosa ipsa demonum societas comparatur pro cuiusque observationibus valent. Quod manifestissime ostendit ritus augurum, qui et antequam observent et postquam observata signa tenuerint, id agunt ne videant volatus aut audiant voces avium, quia nulla ista signa sunt nisi consensus observantis accedat.

xxv Quibus amputatis atque eradicatis ab animo christiano, deinceps videnda sunt instituta hominum non superstitiosa, id est non cum demonibus sed cum ipsis hominibus instituta. Nam omnia que ideo valent inter homines quia placuit inter eos ut valeant instituta hominum sunt, quorum partim superflua luxuriosaque instituta sunt, partim commoda et necessaria. Illa enim signa que saltando faciunt histriones, si natura, non instituto et consensione hominum valerent, non primis temporibus pantomimo saltante preco pronunciaret populis Carthaginis quid saltator vellet intelligi; quod adhuc multi meminerunt senes quorum relatu hoc solemus audire. Quod ideo credendum est, quia nunc quoque si quis theatrum talium nugarum imperitus intraverit, nisi ei dicatur ab altero quid illi motus significent, frustra totus intentus est. Appetunt tamen omnes quandam similitudinem in significando, ut ipsa signa in quantum possunt rebus que significantur similia sint. Sed quia multis modis simile aliquid alicui potest esse, non constant talia signa inter homines nisi consensus accedat. In picturis vero et statuis ceterisque huiusmodi simulatis operibus, maxime peritorum artificum, nemo errat cum similia viderit, ut agnoscat quibus sint similia. Et hoc totum genus inter superflua hominum instituta numerandum est, nisi cum interest quid eorum qua de causa et ubi et quando et cuius auctoritate fiat. Milia denique fictarum et falsitatum fabularum, quarum mendaciis homines delectantur, humana instituta sunt. Et nulla magis hominum sunt quam que a se ipsis

sunt existimanda sunt quam quecumque falsa atque mendacia. Commoda vero et necessaria hominum cum hominibus instituta sunt quecumque in habitu et cultu corporis ad sexus vel honores discernendos differentia placuit, et innumerabilia genera significationum sine quibus humana societas aut non omnino aut minus commode geritur; quecumque in ponderibus atque mensuris et nummorum impressionibus et estimationibus sua cuique civitati et populo propria sunt et cetera huiusmodi, que nisi hominum instituta essent, non per diversos populos varia essent, nec in ipsis populis singulis pro arbitrio suorum principum mutarentur. Sed hec tota pars humanorum institutorum que ad usum vite necessaria proficiunt nequaquam est fugienda christiano, immo etiam quantum satis est intuenda memorieque retinenda. p c xxvi Adumbrata enim quedam et naturalibus utcumque similia hominum instituta sunt. Eorum ea que ad societatem ut dictum est demonum pertinent repudianda sunt et detestanda; ea vero que homines cum hominibus habent assumenda in quantum non sunt luxuriosa atque superflua, et maxime litterarum figure sine quibus legere non possumus, linguarumque varietas quantum satis est de qua superius disputavimus. Ex eo genere sunt etiam note, quas qui didicerunt iam notarii proprie appellantur. Utilia sunt ista, nec discuntur illicite nec superstitione implicant nec luxu enervant, si tantum occupant ut maioribus rebus, ad quas adipiscendas debent servire, non sint impedimento.

xxvii Et quod historia valet ad intelligendum scripturas Iam vero illa que non instituendo sed aut transacta temporibus aut divinitus instituta investigando homines prodiderunt, ubicumque discantur, non sunt hominum instituta existimanda. Quorum alia sunt ad sensum corporis, alia ad rationem animi pertinentia. Sed illa que sensu corporis attingimus vel narrata credimus vel demonstrata sentimus vel experta coniectamus.

xxviii Quicquid igitur de ordine temporum transactorum indicat ea que appellatur historia, plurimum nos adiuvat ad libros sanctos intelligendos, etiam si preter ecclesiam puerili eruditione discatur. Nam et per olimpiadas et consulum nomina multa sepe queruntur a nobis, et ignorantia consulatus quo natus est dominus

et quo passus est non nullos coegit errare et ut putaret xl sex annorum etate passum esse dominum quia totidem annis edificatum esse templum a iudeis quod ymaginem dominici corporis gerebat et annorum quidem fere triginta baptizatum esse retinemus auctoritate evangelica. Sed postea quot annos in hac egit quamquam vita tota ipso actorum eius animadverti possit tamen ne aliunde aliqua dubitationis oriatur de historia gentium collata cum evangelio liquidius certiusque colligitur. Tunc enim videbitur non frustra esse dictum quod quadraginta sex annis templum edificatum sit ut cum referri ad etatem domini non potuit ad secretiorem instructionem humani corporis referatur quo indui propter nos non dedignatus est unigenitus dei filius per quem facta sunt omnia. De utilitate autem historie ut omittam grecos quantam noster Ambrosius questionem solvit calumpniantibus platonis lectoribus et dilectoribus qui dicere ausi sunt omnes domini nostri Ihesu christi sententias quas mirari et predicare coguntur de platonis libris eum didicisse quoniam longe ante humanum adventum domini platonem fuisse negari non potest. Nonne memoratus episcopus considerata historia gentium cum reperisset platonem Ieremie temporibus profectum fuisse in egyptum ubi propheta ille tunc erat probabilius esse ostendit quod plato nostris litteris potius per ieremiam fuisset imbutus ut illa posset docere vel scribere que merito laudantur. Litteras enim gentis hebreorum in quibus unius dei cultus emicuit ex quibus nostri venit secundum carnem ne ipse quidem pitagoras fuit a quo posteriores platonem theologiam didicisse isti asserunt. Ita consideratis temporibus fit multo credibilius istos potius de litteris nostris habuisse quecumque vera et bona dixerunt quam de platonis dominum Ihesum christum quod dementissimum est credere. Narratione autem historica cum preterita etiam hominum instituta narrantur historia in humana numeranda est quia transierunt iam que nec infecta fieri possunt in ordine temporum habenda sunt quorum est conditor et administrator deus. Aliud est enim facta narrare aliud docere docere facienda. Historia facta narrat fideliter atque utiliter. Libri autem aruspicum et queque similes littere facienda vel observanda intendunt docere monitoris audacia non indicis fide. Est xxix etiam narratio demonstrationi similis qua non preterita sed presentia indicantur ignotis. In quo genere sunt que de locorum situ naturisque animalium lignorum herbarum lapidum aliorumve corporum scripta sunt. De quo genere superius egimus eamque cognitionem valere ad enigmata scripturarum solvenda docuimus non ut pro quibusdam signis adhibeantur tamquam ad remedia vel machinamenta superstitionis aliquorum. Nam et illud genus iam distinctum ab hoc licito libero separavimus. Aliud est enim dicere contritam istam herbam si biberis venter non dolebit et aliud est dicere istam herbam collo si suspenderis venter non dolebit. Ibi enim comprobatur contemperatio salubris hic significatio superstitiosa damnatur. Quamquam ubi precantationes et invocationes et caracteres non sunt plerumque dubium est utrum res que alligatur aut quoquo modo adiungitur sanando corpori nature valeat quod libere adhibendum, an significativa quadam obligatione proveniat, quod tanto prudentius oportet cavere quanto efficacius prodesse videbitur. Sed ubi latet quare quid valeat quo animo quisque utatur interest dumtaxat in sanando sanandis vel temperandis corporibus sive in medicina sive in agri cultura. Syderum autem cognitio non narratio sed demonstratio est quorum perpauca scriptura commemorat. Sicut autem plurimis notus est lune cursus qui etiam ad passionem domini anniversarie celebrandum sollempniter adhibetur, sic paucissimis ceterorum quoque syderum vel ortus vel occasus vel alia quelibet momenta sine ullo sunt errore notissima. Que per se ipsa cognitio quamquam superstitionem non alliget non multum tamen ac prope nihil adiuvat tractatione divinarum scripturarum et infructuosa intentione plus impedit et quia familiaris est perniciosissimo errori fatua fata cantancium commodius honestiusque contempnitur. Habet autem preter demonstrationem

Et cognicio syderum et motuum ipsorum ortus et occasus non multum iuvat ad intellectum scripturas sed magis effugienda quam appetenda

Ca(pitulum) cognicio artium mechanicarum utilis est ad intelligendum scripturas

priam etiam preteritorum narracionem simile aliquid quia a presenti posicione motuque siderum et in preterita eorum vestigia regulariter licet recurrere. Habet etiam futuras regulares coniecturas non suspiciosas et ominosas sed ratas et certas non ut ex eis aliquid trahere in nostra facta et eventa temptemus qualia genethliaci delirant sed quantum ad ipsa pertinet sidera. Nam sicut is qui computat lunam cum hodie inspexerit quota sit et ante quotlibet annos quota fuerit et post quotlibet annos quota futura sit potest dicere sic de unoquoque siderum qui ea perite computant respondere consueverunt. De qua tota cognicione quantum ad usum eius attinet quid michi

xxx videretur aperui. Artium autem ceterarum quibus aliquid fabricatur quod remaneat post operacionem artificis ab illo effectum sicut domus et scampnum et vas aliquod aliaque huiusmodi vel que ministerium quoddam exhibent operanti deo sicut medicina et agricultura et gubernacio vel quarum omnis effectus est actio sicut saltacionum et cursionum et luctaminum harum ergo artium experiencia de preteritis facit etiam futura coniici. Nam nullus earum artifex membra movet in operando nisi preteritorum memoriam cum futurorum expectacione contexat. Harum autem cognicio tenuiter in ipsa humana vita cursimque usurpanda est non ad operandum nisi forte officium aliquod cogat de quo nunc non agimus sed ad iudicandum ne omnino nesciamus quid scriptura velit insinuare cum de his artibus aliquas

xxxi figuratas locuciones inserit. Restant ea que non ad corporis sensus sed ad racionem animi pertinent ubi disciplina regnat disputacionis et numeri. Sed disputacionis disciplina ad omnia genera questionum que in litteris sanctis sunt penetranda et dissolvenda plurimum valet tantum ibi cavenda est libido rixandi et puerilis quedam ostentacio decipiendi adversarium. Sunt enim multa que appellantur sophismata false conclusiones racionum et plerumque ita

Ca(pitulum) cognicio ... sophisticarum et disputacionum valet multum ad intelligendum scripturas

veras imitantes ut non solum tardos sed ingeniosos etiam minus diligenter attentos decipiant. Proposuit enim quidam dicens ei cum quo loquebatur: Quod ego sum tu non es. At ille consensit verum enim erat ex parte vel eo ipso quod iste insidiosus ille simplex erat. Tunc iste addidit: Ego autem homo sum. Hoc quoque cum ab illo accepisset conclusit dicens: Tu igitur non es homo. Quod genus captiosarum conclusionum scriptura quantum existimo detestatur illo loco ubi dictum est: Qui sophistice loquitur odibilis est. Quamquam etiam sermo non captiosus sed tamen habundancius quam gravitatem decet verborum ornamenta consectans sophisticus dicitur. Sunt etiam vere connexiones raciocinacionis falsas habentes sentencias que consequuntur errorem illius cum quo agitur que tamen inferuntur a bono et docto homine ut in his erubescens ille cuius errorem consequuntur eundem relinquat errorem quia si in eodem manere voluerit necesse est ut etiam illa que damnat tenere cogatur. Non enim vera inferebat apostolus cum diceret neque christus resurrexit et illud alterum inanis est predicacio nostra inanis est et fides vestra et deinceps alia que omnino falsa sunt quia et christus resurrexit et non erat inanis predicacio eorum qui hoc annunciabant nec fides eorum qui hoc crediderant. Sed ista falsa verissime connectebantur illi sentencie qua dicebatur non esse resurreccionem mortuorum. Istis autem falsis repudiatis quoniam vera erunt si mortui non resurgunt consequens erit resurreccio mortuorum. Cum ergo sint vere connexiones non solum verarum sed etiam falsarum sentenciarum facile est veritatem connexionum etiam in scolis illis discere que preter ecclesiam sunt. Sentenciarum autem veritas in sanctis libris ecclesiasticis investiganda est. xxxii

Ipsa tamen veritas connexionum non instituta sed animadversa est ab hominibus et notata ut eam possint vel discere vel docere. Nam est in rerum racione perpetua et divinitus instituta. Sicut enim qui narrat ordinem temporum non eum ipse componit et locorum situs aut naturas animalium aut stirpium aut lapidum

xxxiiij Capitulum. Aliud esse scire veritatem connexionis aliud veritatem sententiarum. Quid sit consequens quid inconsequens quid repugnans.

qui ostendit non res ostendit ab hominibus institutas. Et ille qui demonstrat siderum cursus ac motus non a se vel ab homine aliquo rerum institutum demonstrat. Sic etiam qui dicit: cum falsum est quod consequitur necesse est ut falsum sit quod precedit, verissime dicit, nec ipse facit ut ita sit, sed tantum ita esse demonstrat. Ex hac ergo regula illud est quod de apostolo commemoravimus. Precedit enim non esse resurrectionem mortuorum, quod dicebant illi quorum errorem destruere volebat apostolus. Porro illam sententiam precedentem qua dicebant non esse resurrectionem mortuorum necessario sequitur: neque Christus resurrexit. Hoc autem quod sequitur falsum est, falsum est, quia Christus resurrexit; falsum est ergo et quod precedit. Precedit autem non esse resurrectionem mortuorum; est igitur resurrectio mortuorum. Quod totum breviter ita dicitur: si non est resurrectio mortuorum neque Christus resurrexit; Christus autem resurrexit; est igitur resurrectio mortuorum. Ergo ut consequenti ablato auferatur etiam necessario quod precedit non instituerunt homines sed ostenderunt. Et hec regula pertinet ad veritatem connexionis, non ad veritatem sententiarum.

xxxiij Sed in hac causa de resurrectione cum ageretur, et regula connexionis vera est et ipsa in conclusione sententia. In falsis autem sententiis sic est connexionis veritas: si aliquis concesserit si animal est cochlea, vocem habet; hoc concesso cum probatum fuerit vocem cochleam non habere, ablato illud quod consequitur aufertur quod precedit; concluditur non esse animal cochleam. Que sententia falsa est, sed ex concesso falso vera est conclusionis connexio. Itaque sententie veritas per se valet; connexionis autem veritas cum eo qui agit opinione vel concessione consistit. Ideo autem, ut supra dictum est, infertur vera connexione quod falsum est, ut eum cuius errorem corrigere volumus peniteat concessisse precedentia quorum consequentia videt esse respuenda. Iam hinc intelligere facile est sicut in falsis sententiis vera sit, ita in veris sententiis falsas connexiones esse posse. Fac enim aliquem proposuisse: si iustus est ille, bonus est, et esse concessum; deinde assumpsisse: non autem iustus est, et hoc concesso intulisse conclusionem: non est igitur bonus.

Quod tamen si vera sint omnia, non est tamen vera regula conclusionis. Non enim sicut ablato consequenti aufertur necessario quod precedit, ita etiam ablato precedenti aufertur necessario quod consequitur. Cum enim verum est cum dicimus: si orator est, homo est; ex qua propositione si assumamus: non est autem orator, non erit consequens cum inferimus: non est igitur homo. Consequens est: si orator est, homo est; inconsequens: si homo est, orator est; repugnans: si homo est, quadrupes est. Hic ergo de ipsa connexione iudicatur. In veritate autem sententiarum ipse per se sine connexione consideranda est. Sed cum sententiis veris certisque connexione veraci incerta iunguntur, etiam ipsa certa fieri necesse est. Quidam autem sic se iactant cum didicerint connexionum veritatem quasi sententiarum ipsa sit veritas. Et rursus quidam plerumque veram tenentes sententiam male se contempnunt quia leges conclusionis ignorant, cum melior sit qui novit esse resurrectionem mortuorum quam ille qui novit consequens esse ut, si non est resurrectio mortuorum, neque Christus resurrexit.

xxxv De scientia diffiniendi, dividendi et partiendi, que etiam rebus falsis adhibetur. Item scientia definiendi, dividendi atque partiendi, quamquam etiam rebus falsis plerumque adhibeatur, ipsa tamen falsa non est neque ab hominibus instituta, sed in rerum ratione comperta. Nam et poete fabulis suis eam et opinionibus erroris sui vel falsi philosophi vel etiam heretici, hoc est falsi christiani, adhibere consueverunt. Neque enim falsum est in diffiniendo atque in dividendo et partiendo aliquid complectendum esse quod ad rem ipsam non pertinet aut aliquid quod pertinet pretereundum. Hoc verum est etiam si ea que diffiniuntur aut describuntur vera non sint. Nam et ipsum falsum diffinitur cum dicimus falsum esse significationem rei non ita se habentis ut significatur, sive aliquo alio modo; que diffinitio vera est, quamvis falsum verum esse non possit. Possumus etiam diffinire dicentes duo genera falsi esse, unum eorum que omnino esse non possunt, alterum eorum que non sunt, quamvis esse possint. Nam qui dicit septem et tria undecim esse, id dicit quod omnino esse non potest; qui vero dicit kalendis verbi gratia Ianuariis

Capitulum cognitio rethorice valet et utilis ad intelligendum scripturas sanctas

plurimisque tamen et si factum non sit, verum tamen dicit quod fieri potuit. Diffinitio quoque et divisio et partitio sit esse vera quamvis falsa ipsa vera utique non sunt. Sunt etiam quedam precepta uberioris disputationis que iam eloquentia nominatur que nichilominus vera sunt quamvis eis etiam possint falsa persuaderi.

xxxvi Sed quia et vera esse possunt non est ipsa culpabilis sed eorum male utentium perversitas. Nam neque hoc ab hominibus institutum est ut karitatis expressio conciliet auditorem aut ut facile quod intendit insinuet brevis et aperta narratio et varietas eius sine fastidio teneat intentos et cetere huiusmodi observationes que sive in falsis sive in veris causis vere sunt tamen in quantum vel sciri vel credi aliquid faciunt aut ad appetendum fugiendumque animos movent et invente potius quod ita se habeant quam institute ut ita se haberent.

xxxvii Sed hec pars cum discitur magis ut proferamus ea que intellecta sunt quam ut intelligamus adhibenda est.

Capitulum cognitio dialectice ... ad intelligendum valet

Illa vero pars diffinitionum et conclusionum et distributionum plurimum intellectorem adiuvat tantum absit error quo videntur sibi homines ipsam beate vite veritatem didicisse cum ista didicerint. Quamquam plerumque id accidat ut facilius homines res ad quas assequendas ista discuntur assequantur quam nodosissima et spinosissima illa disciplinarum precepta tamquam si quisquam precepta dare volens ambulandi moneat non esse levandum posteriorem pedem nisi cum posueris priorem deinde minutatim quemadmodum articulorum et poplitum cardines oporteat moveri describat. Vera enim dicit nec aliter ambulari potest sed facilius homines faciendo ambulant quam animadvertunt cum faciunt aut intelligunt cum audiunt. Qui autem ambulare non possunt multo minus ea curant que nec experiendo possunt attendere. Itaque plerumque citius ingeniosus videt non esse ratam conclusionem quam precepta eius capit. Tardus autem non eam videt sed multo minus quod de illa precipitur. Magisque in his omnibus ipsa spectacula veritatis sepe delectant quam ad disputandum vel iudicandum adiuvant nisi forte quod exercitatiora reddunt ingenia si etiam maligniora aut inflatiora non reddant

hoc est ut aut decipere velint similibus probationibus atque interrogationibus aut aliquid magnum quod se bonis atque innocentibus anteponant se assecutos esse putent quia ista didicerunt.

xxxviii Capitulum arismetica vera est et non est ab hominibus instituta

Iam vero numeri disciplina cuivis tardissimo clarum est quod non sit ab hominibus instituta sed potius indagata et inventa. Non enim sicut primam sillabam Italie quam breviter pronunciaverunt veteres voluit Virgilius et longa facta est ita quisquam potest efficere cum voluerit ut ter terna aut non sint aut non possint efficere quadratam figuram aut non ad ternarium numerum tripla sint ad senarium sexquialtera ad nullum dupla quia intelligibiles minores semissem non habent. Sive ergo in ipsis considerentur sive ad figurarum aut ad sonorum aliarumve motionum leges numeri adhibeantur incommutabiles regulas habent neque ullo modo ab hominibus institutas sed ingeniosorum sagacitate compertas.

xxxix Quecumque tamen omnia quisquis ita dilexerit ut iactare se inter imperitos velit et non potius querere unde sint vera que tantummodo vera esse persenserit et unde quedam non solum vera sed etiam incommutabilia que incommutabilia esse comprehenderit ac sic a specie corporum usque ad humanam mentem perveniens cum et ipsam mutabilem invenerit quod modo docta modo indocta sit constituta tamen inter incommutabilem supra se veritatem et mutabilia infra se cetera ad unius dei laudem atque dilectionem cuncta convertere a quo cuncta esse cognoscit

Capitulum cognitio

doctus videri potest esse autem sapiens nullo modo. Quamobrem videtur michi studiosis et ingeniosis adolescentibus et timentibus deum beatamque vitam querentibus salubriter precipi ut nullas doctrinas que preter ecclesiam Christi exercentur tamquam ad beatam vitam capessendam secure sequi audeant sed eas sobrie diligenterque diiudicent. Et si quas invenerint ab hominibus institutas varias propter diversam voluntatem instituentium et incognitas propter suspiciones errantium maxime si habent etiam cum demonibus initam societatem per quedam pacta atque conventa repudient penitus et detestentur. Alienent etiam studium a superfluis et luxuriosis hominum institutis. Illa vero instituta hominum

Capitulum cognitio institutorum hominum valet adiuvantium valet ad intelligendum scripturas

que ad societatem convenientium valent pro ipsa vite huius necessitate non neglegant. In ceteris autem doctrinis que apud gentes non inveniuntur preter hystoriam rerum vel preteriti temporis vel presentis ad sensus corporis pertinentium quibus etiam utilium artium corporalium experimenta et coniecture annumerantur et preter rationem disputationis et numeri nichil utile esse arbitror. In quibus omnibus tenendum est ne quid nimis et maxime in hiis que ad corporis sensus pertinentia volvuntur temporibus et continentur locis. Sicut autem quidam de verbis omnibus et de nominibus ebreis et siris et egyptiis et si qua alia lingua in scripturis sanctis inveniri potest que in eis sine interpretatione sunt posita fecerunt ut ea separatim interpretarentur. Et quod eusebius fecit de temporum hystoria propter divinorum librorum questiones que usum eius flagitant quod ergo hii fecerunt de hiis rebus ut non sit necesse christiano in multis propter pauca laborare, sic video posse fieri si quem eorum qui possunt benignam sane operam fraterne utilitati delectet impendere ut quascumque terrarum locos queve animalia vel herbas atque arbores sive lapides vel metalla incognita speciesque quaslibet scriptura commemorat ea generatim digerens sola exposita litteris mandet. Potest etiam de numeris fieri ut eorum tantummodo numerorum exposita ratio conscribatur quos divina scriptura meminit. Quorum aliqua aut tota iam facta sunt sicut multa que a bonis doctis christianis elaborata et conscripta non arbitrabamur invenimus sed sive propter turbas neglegentium sive propter invidorum occultationes latent. Et utrum de ratione disputandi fieri possit ignoro et videtur michi non posse quia per totum textum scripturarum colligata est nervorum vice et ideo magis adiuvat lectores ad ambigua solvenda et explicanda de quibus post loquemur quam ad incognita signa cognoscenda de quibus iam egimus.

xl De eo quod dixerunt philosophi si sunt vera ab eis auferenda sunt

Philosophi autem qui vocantur si qua forte vera et fidei nostre accommodata dixerunt maxime platonici non solum formidanda non sunt sed ab eis etiam tamquam ab iniustis possessoribus in usum nostrum vindicanda. Sicut enim egypcii non tantum ydola habebant et onera gravia que populus israhel detestaretur et fugeret, sed etiam vasa atque ornamenta de auro et argento et vestem que ille populus exiens de egypto sibi potius tamquam ad meliorem usum clanculo vindicavit non auctoritate propria sed precepto dei ipsis egypciis nescienter accommodantibus ea quibus non bene utebantur, sic doctrine omnes gentilium non solum simulata et superstitiosa figmenta gravesque sarcinas supervacanei laboris habent que unusquisque nostrum duce christo de societate gentilium exiens debet abhominari atque devitare, sed etiam liberales disciplinas usui veritatis aptiores et quedam morum precepta utilissima continent deque ipso uno deo colendo nonnulla vera inveniuntur apud eos. Quod eorum tamquam aurum et argentum quod non ipsi instituerunt sed de quibusdam quasi metallis divine providentie que ubique infusa est eruerunt et quo perverse atque iniuriose ad obsequia demonum abutuntur cum ab eorum misera societate sese animo separat debet ab eis auferre christianus ad usum iustum predicandi evangelii. Vestem quoque illorum id est hominum quidem instituta sed tamen accommodata humane societati qua in hac vita carere non possumus accipere atque habere licuerit in usum convertenda christianum. Nam quid aliud fecerunt multi boni fideles nostri. Nonne aspicimus quanto auro et argento et veste suffarcinatus exierit de egypto cyprianus doctor suavissimus et martir beatissimus quanto lactancius quanto victorinus optatus hylarius ut de vivis taceam quanto innumerabiles greci quod prior ipse fidelissimus dei famulus moyses fecerat de quo scriptum est quod eruditus fuerit omni sapientia egypciorum. Quibus omnibus superstitiosa gentium consuetudo et maxime illis temporibus cum christi recutiens iugum christianos persequebatur disciplinas quas utiles habebat numquam commodaret si eas in usum colendi unius dei quo vanus ydolorum cultus excinditur conversum iri suspicaretur. Sed dederunt aurum et argentum et vestem suam exeunti de egypto populo dei nescientes quemadmodum illa que dabant in christi obsequium redderentur. Illud enim in exodo factum sine dubio figuratum est ut hoc prefiguraret quod sine preiudicio alterius aut paris aut melioris intelligentie dixerim. Sed hoc modo instructus xli

divinarum scripturarum prudens et studiosus ad eas perscrutandas accedere cepit illud apostolicum cogitare non cesset. Scientia inflat caritas edificat. Ita enim sentiet quamvis de Egipto dives exeat tamen nisi pascha egerit salvari se non posse. Pascha autem nostrum immolatus est Christus. Nichil magis immolatio Christi nos docet quam illud quod clamat tamquam ad eos quos videt in Egipto sub Pharaone laborare. Venite ad me qui laboratis et onerati estis et ego vos reficiam. Tollite iugum meum super vos et discite quia mitis sum et humilis corde et invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum lene est et sarcina mea levis. Quibus nisi mitibus et humilibus corde quos non inflat scientia sed caritas edificat. Meminerint ergo illorum qui pascha illo tempore per umbras imaginarias celebrabant cum signari postes sanguine agni iuberentur ysopo fuisse signatos. Herba est humilis et mitis et nichil fortius et penetrabilius eius radicibus ut in caritate radicati et fundati possimus comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo et longitudo et altitudo et profundum. Id est crucem domini cuius latitudo dicitur in transverso ligno quo extenduntur manus. Longitudo a terra usque ad ipsam latitudinem quo a manibus et infra totum corpus affigitur. Altitudo a latitudine sursum usque ad summum quo adheret caput. Profundum vero quod terre infixum absconditur. Quo signo crucis omnis actio christiana describitur. Bene operari in Christo et ei perseveranter inherere, sperare celestia, sacramenta non profanare. Per hanc actionem purgati valebimus cognoscere etiam supereminentem scientie caritatem Christi qua equalis est patri per quem facta sunt omnia ut impleamur in omnem plenitudinem dei. Est etiam in ysopo vis purgatoria ne inflato pulmone de scientia divitiis ab Egipto ablatis superbe aliquid plenius anhelet. Asperges me ysopo et mundabor, lavabis me et super nivem dealbabor. Auditui meo dabis exultationem et leticiam. Deinde consequenter adnectit ut ostendat purgationem a superbia significari ysopo. Exultabunt ossa humiliata. Quantum autem minor est auri argenti vestisque copia quam de Egipto secum ille populus abstulit in comparatione divitiarum quas postea Ierosolime consecutus est que maxime in Salomone rege ostenduntur, tanta sit cuncta scientia que quidem est utilis collecta de libris gentium si divinarum scripturarum scientie comparetur. Nam quicquid homo extra didicerit si noxium est ibi dampnatur, si utile est ibi invenitur. Et cum ibi quisque invenerit omnia que utiliter alibi didicit multo abundantius ibi inveniet ea que nusquam omnino alibi sed in illarum tantummodo scripturarum mirabili altitudine et mirabili humilitate discuntur. Hac igitur instructione preditum cum signa incognita lectorem non impedierint mitem et humilem corde subiugatum leniter Christo et oneratum sarcina levi fundatum et radicatum et edificatum in caritate quem scientia inflare non possit accedat ad ambigua signa in scripturis consideranda et discucienda de quibus iam tertio volumine dicere aggrediar quod dominus donare dignabitur. Amen. Explicit liber 2us. Doctrina christiana incipit liber 3us.

Homo timens deum voluntatem eius in scripturis sanctis diligenter inquirit. Et ne amet certamina pietate mansuetus premunitus etiam scientia linguarum ne in verbis locutionibusque ignotis hereat, premunitus etiam cognitione quarundam rerum necessariarum ne vim naturamque earum que propter similitudinem adhibentur ignoret, adiuvante etiam codicum veritate quam solers emendationis diligentia procuravit, veniat ita instructus ad ambigua scripturarum discucienda atque solvenda. Ut autem signis ambiguis non decipiatur quantum per nos instrui potest. Fieri autem potest ut istas vias quas ostendere volumus tamquam pueriles vel magnitudine ingenii vel maioris illuminationis claritate derideat. Sed tamen ut dicere cepi quantum per nos instrui valet qui eo loco animi est ut per nos instrui valeat sciat ambiguitatem scripture aut in verbis propriis esse aut in translatis que genera in libro secundo demonstravimus. Sed cum verba propria faciunt ambiguam scripturam primo videndum est ne male distinxerimus aut pronunciaverimus. Cum ergo

Dicit 1a ... sequentia

xlii

adhibita intencio incertum esse perviderit
quomodo ad distinguendum aut quomodo pro-
nunciandum sit consulat regulam fidei
quam de scripturarum planioribus locis et ecclesie
auctoritate percepit de qua satis egimus cum
de rebus in libro primo loqueremur. Quod
si ambe vel eciam omnes si plures
fuerint partes ambiguitatis secundum
fidem sonuerint textus ipse sermonis
a precedentibus et consequentibus partibus
que ambiguitatem illam in medio posu-
erunt restat consulendus ut videamus
cuinam sentencie de pluribus que se osten-
dunt ferat suffragium eamque sibi
contexi paciatur. Iam nunc exempla
considera. Illa heretica distinctio in
principio erat verbum et verbum erat a-
pud deum et deus erat verbum ut
alius sit sensus Verbum hoc erat in
principio apud deum non vult deum
verbum confiteri. Sed hoc regula fi-
dei repellendum est qua nobis
trinitatis equalitas prescribitur ut
dicamus et deus erat verbum. Deinde
subiungamus hoc erat in principio apud
deum. Illa vero distinctionis ambi-
guitas neutra parte resistit fidei et
ideo textu ipso sermonis diiudicanda
est. Ubi ait apostolus Et quid eligam
ignoro. Compellor autem ex duo-
bus concupiscenciam habens dissolvi et es-
se cum Christo, multo enim magis opti-
mum manere in carne necessarium
propter nos. Incertum enim utrum ex
duobus concupiscenciam habens dis-
solvi et esse cum Christo. Sed quia ita
sequitur multo enim magis apparet
optimum eius dicere se habere
concupiscenciam ut cum ex duobus com-
pellatur alterius habeat tamen con-
cupiscenciam alterius necessitatem ma-
nere in carne. Que ambiguitas
uno consequenti verbo diiudicatur
quod positum est enim. Quam particulam
qui abstulerunt interpretes illa pocius
sentencia ducti sunt ut non compelli
ex duobus sed eciam duorum habere
concupiscenciam videretur. Sic ergo
distinguendum est. Et quid eligam
ignoro. Compellor autem ex duobus.
Quam distinctionem sequitur concu-
piscenciam habens dissolvi et esse cum Christo.
Et tamquam quereretur quare huius rei pocius

concupiscencia scilicet esse
cum Christo necessitas

habeat concupiscenciam multo enim
magis optimum inquit. Cur ergo
ex duobus compellitur quia manen-
di necessitas quam ita subicit
manere in carne necessarium propter
nos. Ubi autem neque prescripto fidei
neque ipsius sermonis textu ambiguitas
explicari potest nichil obest secundum
quamlibet earum que ostenduntur sentenciam
distinguere velut est illa ad Corinthios
Has ergo promissiones habentes carissimi
mundemus nos ab omni coinquina-
cione carnis et spiritus perficientes sanc-
tificacionem in timore dei. Capite nos
nemini nocuimus. Dubium est quippe
utrum mundemus nos ab omni
coinquinacione carnis et spiritus secundum
illam sentenciam ut sit sancta et corpore
et spiritu, an mundemus nos ab omni
coinquinacione carnis ut alius sit
sensus et spiritus perficientes sanctificacionem
in timore dei capite nos. Tales igitur
distinctionum ambiguitates in potestate
legentis sunt. Quecumque autem de
ambiguis distinctionibus diximus
eadem observanda sunt in ambi-
guis pronunciacionibus. Nam et ipse si non
lectoris nimia vicient incuria
aut regulis fidei corriguntur aut
precedentis vel sequentis contextione
sermonis aut si neutrum horum adhi-
betur ad correctionem dubie remanebunt
nichilominus ut quolibet modo
lector pronunciaverit non sit in culpa.
Nisi enim fides revocet qua credimus
deum non accusaturum adversus electos
suos et Christum non condempnaturum electos
suos potest illud sic pronunciari Quis
accusabit adversus electos dei ut hanc
interrogacionem quasi responsio sub-
sequatur deus qui iustificat. Et iterum
interrogetur quis est qui ~~respondeat~~
condempnet et respondeatur Ihesus
Christus qui mortuus est. Quod
credere quia dementissimum est ita pronunciabitur
ut precedat percunctacio sequatur interro-
gacio. Inter percunctacionem autem et in-
terrogacionem hoc veteres interesse dixerunt
quod ad percunctacionem multa respon-
deri possunt ad interrogacionem vero
aut non aut eciam. Pronunciabitur ergo
ita ut post percunctacionem qua dicimus
Quis accusabit adversus electos
dei illud quod sequitur sono interrogantis

Distinctio inter interrogacionem et percunctacionem

cusabit adversus electos dei deus qui iustificat ut tacite
respondeatur non. Et item Quis
est qui condempnet ut rursus
interrogemus Christus Jesus qui
mortuus est magis autem qui resur-
rexit qui est in dextera dei qui et
interpellat pro nobis ut ubique tacite re-
spondeatur non. At vero illo in loco
ubi ait Quid ergo dicemus quia
gentes que non sectabantur iusti-
ciam apprehenderunt iusticiam nisi post
percunctacionem qua dictum
est Quid ergo dicemus responsio sub-
iciatur quia gentes que non secta-
bantur iusticiam apprehenderunt iusti-
ciam textus consequens non coherebit.
Quolibet autem modo pronuncietur illud
quod Nathanael dixit A Nazareth
potest aliquid boni esse sive affir-
mantis ut illud solum ad interro-
gacionem pertineat quod ait A Naza-
reth sive totum cum dubitacione in-
iij terrogantis non video quomodo discernatur.
Sensus autem fidem non impedit.
Est etiam ambiguitas in sono du-
bie sillabe et hoc utique ad pronun-
ciacionem pertinet. Nam quod scriptum
est non est absconditum a te os
meum quod fecisti in abscondito
non elucet legenti utrum correpta
littera os pronunciet an producta. Si
enim corripiat ab eo quod sunt ossa
si autem producat ab eo quod sunt ora in-
telligitur numerus singularis. Sed talia
lingue precedentis inspectione diiudi-
cantur. Nam in greco non stoma
sed osteon positum est. Unde plerumque
loquendi consuetudo vulgaris
utilior est significandis rebus
quam integritas litterata. Mal-
lem quippe cum barbarismo di-
ci non est absconditum a te os-
sum meum quam ut ideo esset minus ap-
ertum quia magis latinum est. Sed
iiij aliquando dubie sillabe sonus etiam
vicino verbo ad eandem sententiam pertinente
diiudicatur sicut est apostoli Que predico
vobis sicut predixi quoniam qui
talia agunt regnum dei non possi-
debunt. Si tantummodo dixisset que
predico vobis neque subiunxisset sicut
predixi non nisi ad codicem precede-

ntis lingue recurrendum esset ut cogno-
sceremus utrum in eo quod dixit predico pro-
ducenda an corripienda sillaba me- // cet
dia sit. Nunc autem manifestum est pro-
ducendam esse. Non enim ait
sicut predicavi sed sicut dixi. Non solum
autem iste sed etiam ille ambiguitates
que non ad distinctionem sed ad pronun-
ciacionem pertinent sic consideran- de s[…]
dum est. Qualis illa est ad Thessalonicen-
ses. Propterea consolati sumus fratres in
vobis. Dubium est enim utrum o fratres
an hos fratres. Neutrum autem horum
est contra fidem sed greca lingua
hos casus pares non habet et ideo illa
inspecta renunciatur vocativus id est
o fratres. Quod si voluisset interpres dicere pro-
pterea consolacionem habuimus fratres
in vobis minus servitum esset verbis
sed minus de sententia dubitaretur aut
certe adderetur nostri. Nemo enim
ferre ambigeret vocativum casum
esse cum audiret propterea conso-
lati sumus fratres nostri in vobis. Sed iam
hoc periculosius permittitur. Tale factum
est in illa ad Corinthios cum ait
apostolus Cottidie morior per vestram
gloriam fratres quam habeo in Christo Jesu.
Ait enim quidam interpres Cotti-
die morior per vestram gloriam
iurantis voce manifestissime
sine ambiguo sono. Rarissime igitur
et difficillime inveniri potest ambigui-
tas in propriis verbis quantum ad libros
divinarum scripturarum spectat quam
non aut circumstancia sermonis ipsa
qua cognoscitur scriptorum intencio aut
interpretum collatio aut precedentis lin-
gue solvat inspectio. Sed verborum
translatorum ambiguitates de quibus
deinceps loquendum est non medi-
ocrem curam industriamque desiderant.
Nam in principio cavendum est ne
figuratam locucionem ad litteram
accipias. Et ad hoc enim pertinet
quod ait apostolus Littera occidit spiritus
autem vivificat. Cum enim figurate
dictum sit accipitur quasi proprie
dictum sit carnaliter sapitur. Neque
ulla mors anime congruentius
appellatur quam cum id etiam quod
in ea bestiis antecellit hoc est in-

telligentia carnem subiciat sequendo lit-
teram. Quod enim sequitur literam translata
verba sicut propria tenet neque illud quod
proprio verbo significatur refert ad aliam
significacionem. Sed si sabbatum au-
dierit verbi gratia non intelligit nisi
unum diem de septem qui continuo
volumine repetuntur. Et cum au-
dierit sacrificium non excedit cogitacio-
ne illud quod fieri de victimis pec-
torum terrenisque fructibus solet. Ea de-
mum est miserabilis anime servitus
signa pro rebus accipere et supra creaturam
corpoream oculum mentis ad hau-
riendum eternum lumen levare non posse. Que
vi tamen servitus longe a ceterarum gen-
tium more distabat. Quandoquidem
rebus temporalibus ita subiugati erant
ut unus eis in omnibus commendaretur deus.
Et quamquam signa rerum spiritualium pro
ipsis rebus observarent nescientes quo
referrentur. id tamen insitum habebant
quod tali servitute uni omnium quem
non videbant placerent deo. Quam
custodiam tamquam sub pedagogo
parvulorum fuisse scribit apostolus. Et
ideo qui talibus signis pertinaciter inhe-
serunt contemnentem ista domi-
num cum iam tempus revelacionis
eorum venisset ferre non potuerunt
atque inde calumpnias quod sabbato
curaret moliti sunt principes eorum
populusque signis illis tamquam
rebus astrictus non credebat deum
esse vel a deo venisse qui ea sicut a
iudeis observabantur nollet atten-
dere. Sed qui crediderunt ex quibus
facta est prima ecclesia Jerosolimitana
satis ostenderunt quanta utilitas
fuit eo modo sub pedagogo custodi-
ri ut signa que temporaliter impo-
sita erant servientibus ad unius dei
cultum qui fecit celum et terram opinione
observancium religarent. nam quia illi
quia proximi spiritualibus fuerunt. Ipsis
enim temporalibus et carnalibus oneribus
atque signis quamvis quo spiritualiter
essent intelligenda nescientes quia
unum tamen didicerant venerari eter-
num deum tam capaces extiterunt
spiritus sancti ut omnia sua venderent
eorumque precium indigentibus distribu-
endum ante apostolorum pedes pone-
rent seque totos deo dicarent tamquam
templum novum cuius terreno ymagini

deo etiam templo veteri serviebant. Non
enim hoc ullas ecclesias gencium fecisse
scriptum est quia non tam prope inventi
erant qui simulacra manu facta deos
habebant. Et si quando aliqui eorum vii
illa tamquam signa interpretari cona-
bantur ad creaturam colendam ve-
nerandamque referebant. Quid enim
michi prodest simulacrum verbi gratia
neptuni non ipsum habendum deum sed
eo significari universum mare vel
etiam omnes aquas ceteras que
fontibus proruunt. Sicut a quodam
poeta illorum describitur. Qui si bene re-
colo ita dicit. Tu neptune pater
cui tempora cana crepanti cincta
salo resonant magnus cui perpeti men-
to profluit occeanus et flumina crinibus
errant. Hec siliqua intra dulcem
corticem rimantes lapillos quatit.
Non est autem hominum sed porcorum
cibus. Novit quid dicam qui evan-
gelium novit. Quid ergo michi pro-
dest quod neptuni simulacrum ad istam
significacionem refertur nisi forte
ut neutrum colam. Tam enim michi
statua quelibet quam mare universum non
est deus. Fateor tamen altius de-
mersos esse qui opera hominum deos
putant quam qui opera dei. Sed
nos deus unus diligendus et colendus
est deus precipit qui fecit hec omnia quo-
rum illi simulacra venerantur vel tam-
quam deos vel tamquam signa et yma-
gines deorum. Si ergo signum utili-
ter institutum pro ipsa re sequi cui significan-
de institutum est carnalis est
servitus quanto magis inutilium
rerum signa instituta pro rebus accipere.
Que si retuleris ad ea ipsa que hiis
significantur eisque colendis animum ob-
ligaveris nichilominus servili carna-
lique onere atque velamine non carebis.
Quamobrem christiana libertas eos viii
quos invenit sub signis utilibus tam-
quam prope inventos interpretatis signis
quibus subditi erant elevatos ad eas
res quarum illa signa sunt liberavit.
Quos autem invenit sub signis in-
utilibus non solum servilem operacionem
sub talibus signis sed etiam ipsa signa
frustravit removitque omnia ut
a corrupcione multitudinis simulatorum

vel per quos nobis spiritus sanctus ipsa

deorum. Quam saepe et proprie scriptura fornicationem vocat, ad unius dei cultum gentes convertentur. Nec sic tamen signis utilibus serviliter serviant, sed potius animum in eorum intelligentia spiritali. ix Sub signo enim servit qui operatur aut veneratur aliquam rem significantem nesciens quid significet. Qui vero aut operatur aut veneratur utile signum divinitus institutum cuius vim significationemque intelligit, non hoc veneratur quod videtur et transit, sed illud potius quo talia cuncta referenda sunt. Talis autem homo spiritalis et liber est etiam tempore servitutis quo carnalibus animis nondum oportet signa illa revelari quorum iugo edomandi sunt. Tales autem spiritales erant patriarchae ac prophetae omnesque in populo Israel per quos nobis spiritus sanctus ipsa scripturarum et auxilia et solatia ministravit. Hoc vero tempore postea quam resurrectione domini nostri manifestissimum indicium nostrae libertatis illuxit, nec eorum quidem signorum quae iam intelligimus operatione onerati sumus, sed quaedam pauca pro multis eademque factu facillima et intellectu augustissima et observatione castissima ipse dominus et apostolica tradidit disciplina, sicut est baptismi sacramentum et celebratio corporis et sanguinis domini. Quae unusquisque cum percipit, quo referantur imbutus agnoscit, ut ea non carnali servitute sed spiritali potius libertate veneretur. Ut autem litteram sequi et signa pro rebus quae his significantur accipere servilis infirmitatis est, ita inutiliter signa interpretari male vagantis erroris est. Qui autem non intelligit quid significet signum et tamen signum esse intelligit, nec ipse premitur servitute. Melius autem est vel premi incognitis sed utilibus signis quam inutiliter ea interpretando a iugo servitutis eductam cervicem laqueis erroris inserere. x Huic autem observationi qua cavemus figuratam locutionem, id est translatam, quasi propriam sequi, adiungenda etiam illa est, ne propriam quasi figuratam velimus accipere. Demonstrandus est igitur prius modus inveniendae locutionis, propria ne an figurata sit. Et iste omnino modus est, ut quicquid in sermone divino neque ad morum honestatem neque ad fidei veritatem proprie referri potest, figuratum esse cognoscas. Morum honestas ad diligendum deum et proximum, fidei veritas ad cognoscendum deum et proximum pertinet. Spes autem sua cuique est in conscientia propria quemadmodum se sentit ad dilectionem dei et proximi cognitionemque proficere. De quibus omnibus primo libro dictum est. Sed quoniam proclive est genus humanum non ex momentis suae libidinis sed potius suae consuetudinis aestimare peccata, fit plerumque ut quisque hominum ea tantum culpanda arbitretur quae sue regionis et temporis homines vituperare atque damnare consueverunt, et ea tantum probanda atque laudanda quae consuetudo eorum cum quibus vivit admittit. Eoque contingit ut si quid scriptura vel praeceperit quod abhorret a consuetudine audientium, vel quod non abhorret culpaverit, si animum eorum iam verbi vincit auctoritas, figuratam locutionem putent. Non autem praecipit scriptura nisi caritatem nec culpat nisi cupiditatem et eo modo informat mores hominum. Item si animum praeoccupavit alicuius erroris opinio, quicquid aliter asseruerit scriptura figuratum homines arbitrantur. Non enim asserit nisi catholicam fidem rebus praeteritis et futuris et praesentibus. Praeteritorum narratio est, futurorum praenuntiatio, praesentium demonstratio. Sed omnia haec ad eandem caritatem nutriendam atque roborandam et cupiditatem vincendam atque exstinguendam valent. Caritatem voco motum animi ad fruendum deo propter ipsum et se atque proximo propter deum. *Diffinicio caritatis* Cupiditatem autem motum animi ad fruendum se et proximo et quolibet corpore non propter deum. Quod autem agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum et corpus suum flagitium vocatur. Quod autem agit ut alteri noceat facinus dicitur. *Quid sit flagicium quid facinus* Et haec sunt duo genera omnium peccatorum, sed flagitia priora sunt. Quae cum exinanierint animum et ad quandam egestatem perduxerint, in facinora prosilitur quibus removeantur impedimenta flagitiorum aut adiumenta quaerantur. Item quod agit caritas quo sibi prosit utilitas est. Quod autem agit ut prosit proximo beneficentia nominatur. *Quid differt utilitas et beneficencia* Et hic praecedit utilitas, quia nemo potest ex eo quod non habet prodesse alteri. Quanto autem magis regnum cupiditatis destruitur, tanto caritatis augetur. xj

Quidquid ergo asperum et quasi sevum
factis dictisque in sanctis scripturis legitur
ex persona dei vel sanctorum eius, sed
ad cupiditatis regnum destruendum
valet. Quod si perspicue sonat non
est ad aliud referendum quasi fi-
gurate dictum sit. Sicuti est illud apostoli:
Thezaurizas tibi iram in die ire et re-
velationis iusti iudicii dei qui red-
det unicuique secundum opera sua: his
quidem qui secundum sustinentiam
boni operis gloriam et honorem et incor-
ruptionem querentibus vitam eternam;
his autem qui per contentionem sunt et dif-
fidunt veritati, credunt autem iniquitati,
ira et indignatio, et tribulatio et angustia
in omnem animam hominis opera-
tis malum Iudei primum et Greci. Sed hoc
ad eos cum quibus evertitur ipsa cupidi-
tas qui eam vincere noluerunt. Cum autem
in homine cui dominabatur regnum cu-
piditatis subvertitur, illa aperta est locu-
tio: Qui autem Ihesu Christi sunt carnem su-
am crucifixerunt cum passionibus et
cum concupiscentiis. Nisi quia et hic
quedam verba tanquam translata tractantur, si-
cut est ira dei et crucifixerunt. Sed
non tam multa sunt vel ita posita ut
obtegant sensum vel allegoriam vel enig-
ma faciant, quam proprie figuratam locu-
tionem voco. Quod autem Ieremie di-
citur: Ecce constitui te hodie super gentes et
regna ut evellas et destruas et disper-
das et dissipes, non dubium quin figura-
ta locutio tota sit ad finem eum
referenda quem diximus. Que autem
xv quasi flagiciosa imperitis videntur sive
tantum dicta sive etiam facta sunt
vel ex dei persona vel ex hominum quo-
rum nobis sanctitas commendatur,
tota figurata sunt, quorum ad caritatis
pastum enucleanda secreta sunt. Quis-
quis autem rebus pretereuntibus restricti-
xvi us utitur quam sese habent mores eorum
cum quibus vivit aut intemperans aut
superstitiosus est. In omnibus enim ta-
libus non usus rerum sed libido uten-
tis in culpa est. Nequaquam ullo modo quisquam
sobrius crediderit domini pedes ita
unguento precioso a muliere perfusos ut
luxuriosorum et nequam hominum
solent quorum talia convivia dete-
stamur. Odor enim bonus bona fa-
ma est, quam quisquis bone vite
operibus habuerit dum vestigia Christi sequitur
quasi pedes eius preciosissimo odore perfun-
dit. Ita quod in aliis personis plerumque flagi-
cium est, in divina vel prophetica persona
magne cuiusdam rei signum est. Alia
quippe in perditis moribus, alia in
Osee prophete vaticinatione coniunctio
meretricis. Nec si flagiciose in convi-
viis temulentorum et lasciviorum nu-
dantur corpora, propterea in balneis nudum
esse flagicium est. Quid igitur locis et
temporibus conveniat diligenter atten-
dendum est ne temere flagicia rep-
rehendamus. Fieri enim potest ut sine
aliquo vicio cupiditatis vel voracitatis
preciosissimo cibo utatur sapiens, in-
sipiens autem foedissima gule flam-
ma in vilissimum ardescat. Et sanius
quisque maluerit more domini pisce vesci
quam lenticula more Esau nepotis
Abraham aut ordeo more iumentorum.
Non enim propterea continentiores nobis
sunt pleraque bestie quia vilioribus a-
luntur escis. Nam in omnibus huius-
cemodi rebus non ex earum rerum
natura quibus utimur, sed ex causa utendi
et modo appetendi vel probandum est
vel improbandum quod facimus. Iusti
regno terreno veteres iusti celeste regnum
ymaginabantur et prenunciabant. Sustinebatur
de prolis causa erat uxorum plurium si-
mul [illegible] inculpabilis us-
sus. Et ideo unam feminam maritos
habere plures honestum non erat.
Non enim mulier eo est fecundior, sed
meretricia potius turpitudo est vel questu
vel liberos vulgo querere. In talium
moribus quod illorum temporum sancti non
libidinose faciebant quamvis ea facerent
que hoc tempore nisi per libidinem
fieri non possit, non culpat scriptura.
Et quidquid ibi tale narratur non solum histo-
rice ac proprie sed etiam figurate ac pro-
phetice acceptum interpretandum est ad
finem illum caritatis sive dei sive proximi
sive utriusque. Sicut enim talaribus et
manicatis tunicis uti hec apud
romanos veteres flagicium erat,
nunc autem honesto loco natis cum
tunicati sunt non eas habere flagicium
est, sic animadvertendum est in ceteris xvii
usu rerum abesse oportere libidinem,
que non solum ipsa eorum inter quos vivit
consuetudine nequiter abutitur, sed etiam
sepe fines eius egressa foeditatem
suam que intra claustra morum solemnium

tunc latebat flagitiosissima corruptione manifestat. Quidquid autem congruit consuetudini eorum cum quibus vivendum est vel necessitate vel officio suscepta bonis et magnis hominibus ad utilitatem et beneficentiam referendum est ac sive sicut et nos debemus ac etiam figurate sicut prophetae. Sicut inquam facta facienda cum inveniunt indocti alterius consuetudinis nisi auctoritate reprimantur flagitia putant nec possunt animadvertere totam conversationem suam in coniugiis vel conviviis vel vestitu ceteroque humano victu atque cultu aliis gentibus et aliis temporibus flagitiosum videri. Qua varietate innumerabilium consuetudinum commoti quidam dormitantes ut ita dicam qui neque alto somno stultitiae sopiebantur nec in sapientiae lucem poterant evigilare putaverunt nullam esse iustitiam per se ipsam sed unicuique genti consuetudinem suam iustam videri. Que cum sit diversa omnibus gentibus debeat autem incommutabilis manere iustitia fieri manifestum nullam usquam. Non intellexerunt ne multa commemorem quod tibi fieri non vis alii ne feceris nullo modo posse ulla eorum gentili varietate variari. Que sententia cum refertur ad dilectionem dei omnia flagitia moriuntur cum ad proximum omnia facinora. Nemo enim vult corrumpi habitaculum suum non ergo debet corrumpere habitaculum dei id est se ipsum. Et nemo vult sibi a quoquam noceri nec ipse igitur cuiquam noceat. Sic eversa
xv tyrannide cupiditatis caritas regnat iustissimis legibus dilectionis propter deum sui et proximi propter deum. Servabitur ergo in locutionibus figuratis regula huiusmodi ut tam diu versetur diligenti consideratione quod legitur donec ad regnum caritatis interpretatio perducatur.
xvi Si autem hoc iam proprie sonat nulla putanda est figurata locutio. Si preceptiva locutio est aut flagitium aut facinus vetans aut utilitatem aut beneficentiam iubens non est figurata. Si autem flagitium aut facinus videtur iubere aut utilitatem et beneficentiam vetare figurata est. Nisi manducaveritis carnem filii hominis et sanguinem biberitis non habebitis vitam in vobis. Facinus vel flagitium videtur iubere. Figura est ergo precipiens passioni dominice esse communicandum et suaviter atque utiliter recondendum in memoria quod pro nobis caro eius crucifixa et vulnerata sit. Ait scriptura si esurierit inimicus tuus ciba illum si sitit potum da illi. Hoc nullo dubitante beneficentiam precipit sed quod sequitur hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius malivolentie facinus putes iuberi. Ne igitur dubitaveris figurate dictum et cum posset dupliciter interpretari uno modo ad nocendum alio ad prestandum ad beneficentiam te potius caritas revocet ut intelligas carbones ignis esse urentes penitentie gemitus quibus superbia sanatur eius qui dolet se inimicum fuisse hominis a quo eius miserie subvenitur. Item cum ait dominus qui amat animam suam perdet eam non utilitatem vetare putandus est qua debet quisque conservare animam suam sed figurate dictum perdat animam id est perimat atque amittat usum eius quem nunc habet perversum scilicet atque preposterum quo inclinatur temporalibus ne eterna querat. Scriptum est da misericordi et ne suscipias peccatorem. Posterior pars huius sententie videtur vetare beneficentiam. Ait enim ne suscipias peccatorem. Intelligas ergo figurate positum pro peccatore peccatum ut peccatum eius non suscipias. Se- xvii
pe autem accidit ut quisquis in meliore gradu spiritualis vite vel est vel esse se putat figurate dicta esse arbitretur que inferioribus gradibus precipiuntur ut verbi gratia si celibem amplexus est vitam et se castravit propter regnum celorum quidquid de uxore diligenda et regenda sancti libri precipiunt non proprie sed translate accipi oportere contendat. Et si quis statuit servare innuptam virginem suam omnem locutionem conetur figuratam interpretari qua dictum est trade filiam et magnum opus perfeceris. Erit etiam hoc in observationibus intelligendarum scripturarum ut noverimus alia omnibus communiter precipi alia singulis quibusque generibus personarum ut non solum ad universum statum valetudinis sed etiam ad suam cuiusque membri propriam infirmitatem medicina perveniat. In suo quippe genere curandum est quod ad melius genus non potest erigi.
Item cavendum est ne forte quod in scripturis vete- xviii
ribus pro illorum temporum condicione etiam si non figurate sed proprie accipiatur intelligitur non est flagitium neque fa-

omnibus. Absit etiam tempora quibus preteriti in usum nunc possit transferri. Quod nisi dominante cupiditate et ipsarum quoque scripturarum quibus evertenda est auctoritate querente non faciet, nec intelligit utiliter ista esse conscripta ut spes bone hominis salubriter videant et consuetudinem quam aspernantur posse habere usum bonum, et eam quam amplexantur esse posse dampnabilem, si et ibi caritas utentium et hic cupiditas attendatur. Nam si multis uxoribus caste uti quisquam pro tempore potuit, potest alius una libidinose. Magis enim probo multarum fecunditate utentem propter aliud quam unius carne fruentem propter ipsam. Ibi enim queritur utilitas temporum opportunitatibus congrua, hic satiatur cupiditas temporalibus voluptatibus implicata. Inferioresque gradu ad deum sunt quibus secundum veniam concedit apostolus carnalem cum singulis coniugibus consuetudinem propter intemperantiam eorum, quam illi qui plures singuli cum haberent, sicut sapiens in cibo et potu non nisi salutem corporis, sic in concubitu non nisi procreationem filiorum intuebantur. Itaque si eos ita vita invenisset domini adventus, cum iam non mittendi sed colligendi tempus esset, statim se ipsos castrarent propter regnum celorum. Non enim est in carendo difficultas nisi cum est in habendo cupiditas. Noverant quippe illi homines etiam in ipsis coniugibus luxuriam et abutendi intemperantiam, quod Thobie testatur oratio quando coniunctus est uxori. Ait enim: Benedictus es domine patrum nostrorum et benedictum nomen tuum in omnia secula seculorum. Benedicant te celi et omnis creatura tua. Tu fecisti Adam et dedisti ei adiutorium Evam. Et nunc domine tu scis quoniam non luxurie causa accipio sororem meam, sed ipsa veritate ut misereatur nostri domine.

Marginal notes (left margin): Et licitum fuit antiquis plures uxores habere pro tempore — castrandos

XIX Sed qui effrenata libidine vel per multa stupra diffluentes evagantur, vel in ipsa una coniuge non solum modum procreandorum filiorum excedunt, sed etiam maioris intemperantie sordes quadam servili libertate coacervant, non credunt fieri potuisse ut temperanter uterentur feminis antiqui viri multis, nichil in eo usu nisi officium congruum tempori propagande prolis observantes; et quod ipsi libidinis retenti vinculis in una non faciunt, in multis fieri nullo modo posse arbitrantur. Sed isti possunt dicere nec honorari atque laudari oportere viros bonos et sanctos, quia et ipsi cum honorantur atque laudantur intumescunt superbia, tanto avidiores inanissime glorie quanto crebrius et latius ventilantur blandiore lingua, fiuntque ita leves ut eos rumor fame, quem prosperum putant vel adversum, in quaslibet flagitiorum voragines ferat vel in saxa criminum illidat. Videant ergo quam sit arduum atque difficile nec laudis esca illici nec contumeliarum aculeis penetrari, et non ex se alios metiantur.

XX Credant potius apostolos nostros nec cum suspicerentur ab hominibus inflatos fuisse nec cum despicerentur abiectos. Neutra quippe temptatio defuit illis viris, nam et celebrabantur credentium preconiis et persequentium maledictis infamabantur. Ut ergo isti pro tempore utebantur his omnibus et non corrumpebantur, sic illi veteres usum feminarum ad sui temporis convenientiam referentes non patiebantur eam dominationem libidinis cui serviunt qui ista non credunt.

XXI Et ideo isti nullo modo se cohiberent ab inexpiabili odio filiorum, a quibus uxores eorum vel concubinas sollicitari vel attrectari (*margin:* detrectari) cognoscerent, si hoc eis forte aliquando accidisset. David autem cum hoc ab impio atque immani filio passus esset, non solum ferocientem toleravit, sed etiam planxit extinctum. Non enim [*inserted at foot of column:* carnali zelo utique tenebatur, quem nullo modo iniurie sue sed peccata filii commovebant] ideo si victum eum occidi prohibuit, ut domito servaretur penitendi locus; et quia non potuit, non orbitatem doluit in eius interitu, sed quoniam noverat in quas penas tam impia et adultera et parricidalis anima rapiebatur. Nam et alio suo filio qui innocens erat, pro quo egrotante affligebatur, mortuo letatus est.

XXIII Et hinc maxime apparet qua moderatione et temperantia illi viri feminis utebantur, quod cum idem rex quodam etatis calore et temporalibus rebus arreptus unam illicite rapuisset, cuius etiam maritum occidendum iussit, per prophetam accusatus est; qui cum ad eum venisset ut ei peccatum ostenderet, proposuit ei similitudinem de paupere qui

habebat ovem unam cuius vicinus mul-
tas cum haberet ad adventum hospitis
sui vicinam pocius unam sui pauperis
oviculam exhibuit epulandum. Irascitur
commotus David occidi eum iussit
et quadruplicari ovem pauperi ut se
nesciens condempnaret qui peccaverat
sciens. Quod cum ei manifestatum esset
et divinitus dampnacio indicta diluit
penitendo peccatum. Sed tamen in hac simi-
litudine stuprum tantummodo designatum
est de ove vicini pauperis. De marito
autem mulieris interempto hoc est de ipso
paupere qui unam ovem habebat occiso
non est per similitudinem interrogatus Da-
vid ut in solum adulterium diceret senten-
ciam dampnacionis sue. Hoc quo intelligitur quanta
temperancia in mulieribus multis habuerit
quando de una in qua excessit modum
a se ipso punire coactus est. Sed in isto
viro immoderate huius libidinis non
mansio sed transitus fuit propterea ille illi-
citus ~~appetitus~~ etiam ab arguente pro-
pheta illicitus appetitus hospes
dictus. Non enim dixit eum regi suo
hospiti sui vicini pauperis ovem ad e-
pulandum exhibuisse at vero in eius
filio Salomone non quasi hospes trans-
iit sed regnum ista libido possedit.
De quo scriptura non tacuit culpans
eum fuisse amatorem mulierum cuius
tamen initia desiderio sapiencie flagra-
verunt quam cum amore spirituali
esset amisit amore carnali adeptus
quamquam carnali. Ergo omnia vel pene
omnia que in veteris testamenti libris
gesta continentur. Non solum proprie sed
etiam figurate accipienda sunt tamen
etiam illa que proprie lector acceperit
si laudati sunt illi qui ea fecerunt
sed ea tamen abhorrent a consuetudine
bonorum qui post adventum domini
divina precepta custodiunt figuram
ad intelligenciam referat factum vero
ad mores non transferat. Multa enim sunt
que illo tempore officiose facta sunt
que modo nisi libidinose fieri non possunt.
Si qua autem peccata magnorum virorum le-
XXIII gerit et si in eis aliquam figuram re-
rum futurarum animadvertere atque
indagare potuerit rei tamen geste pro-
prietatem ad hunc usum assumat ut se
nequaquam recte factis suis iactare
audeat et pre sua iusticia ceteros tamquam
peccatores contempnat cum videat in tan-
tis viris et cavendas tempestates
et flenda naufragia. Ad hoc enim

etiam peccata illorum hominum scripta
sunt ut apostolica illa sententia ubique treme-
nda sit cum ait qui se putat stare vide-
at ne cadat. Nulla enim fere pagina est
sanctorum librorum in qua non sonet
quod deus resistit superbis humilibus
autem dat graciam. Maxime itaque inqui- XXIIII
rendum est utrum propria sit an figurata
locucio quam intelligere conamur. Nam
comperto quod figurata sit adhibitis
regulis rerum quas in primo libro digessimus
facile est eam versare omnibus modis donec per-
veniatur ad sententiam veritatis presertim cum usus
accesserit pietatis exercitacione roboratus. Inve-
nimus autem utrum propria sit an figurata locu-
cio illa intuentes que supra dicta sunt.
Cum autem apparuerit verba quibus continetur a similibus XXV
rebus ducta inveniuntur aut ab aliqua vici-
nitate attingentibus. Sed quoniam multis
modis res similes rebus apparent non pu-
temus esse preceptum ut quod in aliquo loco res
aliqua per similitudinem significaverit hoc
eam semper significare credamus. Nam et
in vituperacionem posuit fermentum dominus
cum diceret Cavete a fermento phariseorum et
in laudem cum diceret Simile est reg-
num celorum mulieri que abscondit
fermentum in tribus mensuris farine do-
nec totum fermentaretur. Huius igitur va-
rietatis observacio duas habet formas.
Sic enim aliud atque aliud res queque
significant ut aut contraria aut tantummodo
diversa significent. Contraria scilicet cum
alias in bono alias in malo res eadem
per similitudinem ponitur sicut hoc est
quod de fermento supra diximus. Tale est etiam
quod leo significat Christum ubi dicitur Vicit
leo de tribu Iuda. Significat et dya-
bolum ubi scriptum est Adversarius
noster dyabolus tamquam leo rugiens
circuit querens quem devoret. Ita ser-
pens in bono est Astuti ut serpentes. In
malo autem serpens evam seduxit in
astucia sua. In bono panis Ego sum pa-
nis vivus qui de celo descendi. In
malo panis Panes occultos libenter
edite. Sic et alia plurima. Et hec quidem
que commemoravi minime dubiam si-
gnificacionem gerunt. Quia exempla
commemorari non nisi manifesta
debuerunt. Sunt autem que incertum
sit in quam partem accipi debeant sicut
calix in manu domini vini meri ple-
nus misto. Incertum est enim utrum iram
dei significet non usque ad novissimam
penam id est usque ad feces an potius
graciam scripturarum a iudeis ad gentes
transeuntem quia inclinavit ex hoc in hoc
remanentibus apud iudeos observacionibus
quas carnaliter sapiunt. Quia fex eius

non est consequentia. Non enim tantum res que non in contraria sed tantum in diversa significatione ponuntur illud est in exemplo quod aqua et populum significat sicut in apocalipsi legimus et spiritum sanctum unde est illud flumina aque vive fluent de ventre eius et si quid aliud atque aliud pro locis in quibus aqua ponitur significare intelligitur. Sic et alie res non singule sed unaqueque earum non solum duo aliqua diversa sed etiam nonnumquam multa significant pro loco sententie sicut posita reperitur. Ubi autem apertius ponuntur ibi discendum est quomodo in locis intelligantur obscuris. Neque enim melius intelligi potest quod dictum est deo apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium mihi quam ex illo loco ubi legitur Domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Nec tamen ita ut iam ubicumque pro aliquo munimento positum scutum legerimus non accipiamus nisi bonam voluntatem dei. Dictum est enim et scutum fidei in quo possitis inquit omnia tela maligni ignea extinguere. Nec rursus ideo debemus in armis huiuscemodi spiritualibus scuto tantummodo fidem tribuere cum alio etiam loco lorica dicta sit fidei. Induti inquit loricam fidei et caritatis.

XXVII Quando autem ex eisdem scripture verbis non unum aliquid sed duo vel plura sentiuntur etiam si latet quid senserit ille qui scripsit nichil periculi est si quodlibet eorum congruere veritati ex aliis locis sanctarum scripturarum doceri potest. Id tamen eo conante qui divina scrutatur eloquia ut ad voluntatem perveniatur auctoris per quem scripturam illam sanctus operatus est spiritus sive hoc assequatur sive aliam sententiam de illis verbis que fidei recte non refragatur exsculpat testimonium habens a quocumque alio loco divinorum eloquiorum. Ille quippe auctor in eisdem verbis que intelligere volumus et ipsam sententiam forsitan vidit et certe dei spiritus qui per eum hec operatus est etiam ipsam occursuram lectori vel auditori sine dubitatione previdit immo ut occurreret quia et ipsa est veritate subnixa providit. Nam quid in divinis eloquiis largius et uberius potuit divinitus provideri quam ut eadem verba pluribus intelligantur modis quos alia non minus divina testimonia

XXVIII faciant approbari. Ubi autem talis sensus eruitur cuius incertum certis sanctarum scripturarum testimoniis non possit aperiri restat ut ratione manifesta appareat etiam si ille cuius verba intelligere querimus eum forte non sensit. Sed hec consuetudo periculosa est. Per scripturas enim divinas multo tutius ambulatur quas verbis translatis opacatas cum scrutari volumus aut hoc inde exeat quod non habeat controversiam aut si habet ex eadem scriptura ubicumque inventis atque adhibitis testibus terminetur.

Sciant autem litterati modis XXIX omnibus locutionum quos grammatici greco nomine tropos vocant auctores nostros usos fuisse et multiplicius atque copiosius quam possunt existimare vel credere qui nesciunt eos et in aliis ista didicerunt. Quos tamen tropos qui noverunt agnoscunt in litteris sanctis eorumque scientia ad eas intelligendas aliquantulum adiuvantur. Sed hic eos ignaris tradere non decet ne artem grammaticam docere videamur. Extra sane ut discantur admoneo quamvis iam supra id admonuerim in secundo scilicet libro ubi de linguarum necessaria cognitione disserui. Nam littere a quibus ipsa grammatica nomen accepit grammata enim greci litteras vocant signa utique sonorum sunt ad articulatam vocem qua loquimur pertinentium. Istorum autem troporum non solum exempla sicut omnium sed quorundam etiam nomina in divinis libris leguntur sicut allegoria enigma parabola. Quamvis pene omnes hi tropi qui liberali dicuntur arte cognosci etiam in eorum reperiantur loquelis qui nullos grammaticos audierunt et eo quo vulgus utitur sermone contenti sunt. Quis enim non dicit sic floreas qui tropus metaphora vocatur. Quis non dicit piscinam etiam que non habet pisces nec facta est propter pisces et tamen a piscibus nomen accepit qui tropus catachresis vocatur.

XXX De tropis — Longum est istos modos ceteros persequi. Nam usque ad illos pervenit vulgi locutio qui propterea mirabiliores sunt quia contraria quam dicitur significant sicuti est que appellatur yronia vel antifrasis. Sed yronia pronunciatione indicat quid velit intelligi ut cum dicimus homini male agenti rem bonam facis. Antifrasis vero ut contraria significet non voce pronunciantis efficitur sed aut ita

sua quorum aliquid contrarium est sicut appel-
latur lucus quod minime luceat cum ita
fieri cum ita dici quamvis dicitur aliquid
etiam non est contrario velud cum
querimus accipere quod ibi non est et re-
spondetur nobis habundat. sive adiectis verbis
facimus ut a contrario intelligatur quod
loquimur velud si dicamus Caue il-
lum quia bonus homo est et quis
taliter dicitur indoctus nec omnino sciens
qui sint et quid vocentur. Hii tropi quorum
cognitio propterea scripturarum ambigui-
tatibus dissolvendis est necessaria quia
cum sensus ad proprietatem verborum si ac-
cipiatur absurdus est querendum utique
ne forte illo vel illo tropo dictum sit quod
non intelligimus et sic pleraque inventa sunt
que latebant. Tyconius quidam qui
XXX De vii regulis thyconii contra donatistas invictissime scripsit
cum fuit donatista et illic invenitur
absurdissimi cordis ubi eos non ex
omni parte relinquere noluit fecit librum
quem regularum vocavit quia in
eo quasdam septem regulas executus
est quibus quasi clavibus divinarum
scripturarum aperirentur occulta. Qua-
rum primam ponit de domino et eius
corpore. Secundam de domini corpore bipartito.
Terciam de promissis et lege. Quartam
de specie et genere. Quintam de temporibus.
Sextam de recapitulacione. Septimam
de dyabolo et eius corpore. Que qui-
dem considerata sicut ab illo aperiuntur
non parum adiuvant ad penetranda
que tecta sunt divinorum eloquiorum.
Nec tamen omnia que ita scripta sunt ut non
facile intelligantur possunt hiis regulis
inveniri sed aliis modis pluribus quos
hoc numero septenario usque adeo
non iste complexus ut idem ipse multa
exponat obscura. In quibus harum re-
gularum adhibet nullam quoniam nec opus
est. neque enim aliquid illic tale queritur
aut agitur. Sicut in apocalipsi Iohannis que-
rit quemadmodum intelligendi sint
angeli ecclesiarum septem quibus scribere
iubetur et ratiocinatur multipliciter et ad hoc
pervenit ut ipsos angelos intelligamus
ecclesias. In qua copiosissima disputa-
cione nichil istarum est regularum et
utique res illic obscurissima queritur et
quod exempli gratia satis dictum sit.
Nam colligere omnia nimis longum et
nimis operosum est que ita obscure sunt in
scripturis canonicis ut nichil istorum
septem ibi requirendum sit. Iste vero
cum has velud regulas commendaret
tantum eis tribuit quasi omnia
que in lege id est in divinis libris obscure posi-
ta invenerimus hiis bene cognitis
atque adhibitis intelligere valeamus.
Ita quippe exorsus est eundem librum ut diceret

Necessarium duxi ante omnia que
michi videntur libellum regularem
scribere et secretorum legis veluti cla-
ves et luminaria fabricare. Sunt enim
quedam regule mistice que universe
legis recessus obtinent et veritatis
thesauros aliquibus invisibiles visibi-
les faciunt. Quarum si racio regularum
sine invidia ut communicamus accep-
ta fuerit clausa queque patefient et obscu-
ra dilucidabuntur ut quis prophecie in-
mensam silvam perambulans hiis
regulis quodammodo lucis tramitibus
deductus ab errore defendatur. Hic
si dixisset sunt enim quedam regule
mistice que nonnullos legis recessus
obtinent aut certe que legis mag-
nos recessus obtinent non autem
quod ait universe legis recessus neque dixisset
clausa queque patefient sed clausa multa
patefient verum dixisset nec tam
elaborato atque utili operi suo plus
quam res ipsa postulat dando ipse
spem lectorem ~~suo sui~~ cognitoremque im- eius
misisset. Quod ideo dicendum putavi
ut liber ipse et legatur a studiosis quia
plurimum adiuvat ad scripturas in-
telligendas et non speretur de illo tan-
tum quantum non habet. Caute sane
legendus est non solum propter quedam
in quibus ut homo erravit sed
maxime propter illa que sicut dona-
tista hereticus loquitur. Quid autem
doceant vel admoneant iste septem
regule breviter ostendam. Prima de do- XXXI Prima ticonii
mino et eius corpore est in qua scientes
~~ecclesie~~ aliquando capitis et corporis id est
Christi et ecclesie unam personam nobis
intimari. Neque enim frustra dictum est
fidelibus ergo abrahe semen estis
cum sit unum semen abrahe quod
est Christus non hesitemus cum a capite
ad corpus vel a corpore transitur ad caput
et tamen non receditur ab una eadem-
que persona. Una enim persona loquitur
dicens Sicut sponso imposuit michi
mitram et sicut sponsam ornavit
me ornamento. Et tamen quid horum
duorum capiti quid corpori id est quid
Christo quid ecclesie conveniat utique in-
telligendum est. Secunda est de do- XXXII Secunda
mini corpore bipartito quod quidem
non ita debuit appellari. Non enim
re vera domini corpus est quod
cum illo non erit in eternum sed di-
cendum fuit de domini corpore vero
atque permixto aut vero atque simulato
vel quid aliud quia non solum in eternum
verum etiam nunc ypocrite
non cum illo esse dicendi sunt quam-
vis in eius esse videantur ecclesia.

Que intellectorem vigilantem requirit. Cum scriptura enim ad alios loquitur tamquam ad eos ipsos ad quos loquebatur vel tamquam loqui ut de ipsis cum de aliis iam loquatur, tamquam unum sit utrumque corpus propter temporalem commixtionem et communionem sacramentorum. Ad hoc pertinet quod dicitur in canticis canticorum: fusca sum et speciosa ut tabernacula cedar, ut pelles salomonis. Non enim ait fusca fui ut tabernacula cedar et speciosa sum ut pelles salomonis, sed utrumque se dixit propter temporalem unitatem intra una retia piscium bonorum et malorum. Tabernacula enim cedar ad ysmahelem pertinet qui non erit heres cum filio libere. Itaque cum de bona parte deus dicat: ducam cecos in viam quam non noverunt et semitas quas non noverunt calcabunt et faciam illis tenebras in lucem et prava in directum. Hec verba faciam et non derelinquam eos; mox de alia parte que mala permixta est dicit: Ipsi autem conversi sunt retro. Cum alii iam significentur hiis verbis, sed quoniam nunc in uno sunt tamquam de ipsis loquitur de quibus loquebatur. Non tamen semper in uno erunt ~~de quibus~~. Ipse est quippe ille servus de quo memoratur in evangelio cuius dominus veniet et dividet eum et partem eius cum ypocritis ponet.

xxx
3 regula

Tertia regula est de promissis et lege, que alio modo dici potest de spiritu et littera, sicut eam nos appellavimus cum de hac re librum scriberemus. Potest etiam sic dici de gratia et mandato. Hoc autem magis michi videtur esse magna questio quam regula que solvendis questionibus adhibenda est. Hec est quam non intelligentes pelagiani vel condiderunt suam heresim vel auxerunt. Laboravit in ea dissolvenda tyconius bene sed non plene. Disputans enim de fide et operibus opera nobis dixit a deo dari merito fidei, ipsam vero fidem sic esse a nobis ut nobis non sit a deo. Nec attenderat apostolum dicentem: pax fratribus et caritas cum fide a deo patre et domino Ihesu Christo. Sed non erat expertus hanc heresim que nostro tempore exorta multum nos ut gratiam dei que per dominum nostrum Ihesum Christum est adversus eam defenderemus exercuit. Et secundum id quod ait apostolus oportet hereses esse ut probati manifesti fiant in vobis, multo diligentiores vigilantioresque reddidit, ut adverteremus in scripturis sanctis quod istum tyconium minus attentum minusque sine hoste sollicitum fugit, etiam scilicet ipsam fidem donum illius esse qui eius mensuram unicuique partitur. Secundum quam quibusdam dictum est: vobis donatum est pro Christo non solum ut credatis in eum verum etiam ut patiamini pro eo. Quis ergo dubitet utrumque esse dei donum qui fideliter atque intelligenter audit utrumque donatum? Multa sunt et alia testimonia quibus hoc ostenditur. Sed hoc nunc non agimus; alibi autem atque alibi sepissime id egimus.

4 regula
xxxiiij

Quarta tyconii regula est de specie et genere. Sic enim eam vocat volens intelligi speciem partem, genus autem totum cuius ea pars est quam nuncupat speciem, sicut unaqueque civitas pars est utique universitatis gentium. Hanc ille vocat speciem, genus autem omnes gentes. Neque hic ea dividendi subtilitas adhibenda est que a dialecticis traditur, qui inter partem et speciem quid intersit acutissime disputant. Eadem ratio est si non de unaquaque civitate sed de unaquaque provincia vel gente vel regno tale aliquid mirum reperiatur in eloquiis. Non solum enim ubi de ierusalem vel de aliqua gentium civitate sive tyro sive babylonia sive alia qualibet dicitur aliquid in scripturis sanctis quod modum eius excedat et conveniat potius omnibus, verum etiam de iudea, de egypto, de assyria vel quacumque alia gente ubi sunt plurime alie civitates non tamen totus orbis sed pars eius dicitur quod transeat eius modum et congruat potius universo cuius hec pars est, vel sicut appellat iste genus cuius hec species. Unde et in notitiam vulgi verba ista venerunt ut etiam ydiote intelligant quid specialiter quid generaliter in quocumque precepto imperiali sit constitutum. Fit hoc etiam de hominibus sicut ea que de salomone dicuntur excedunt eius modum et potius ad Christum vel ecclesiam cuius ille pars est relata clarescunt. Nec species semper exceditur. Sepe enim talia dicuntur que vel ei [...] tantummodo aptissime congruat. Sed cum ab specie fit transitus ad genus quasi adhuc de specie

loquentem scripturam ibi intelligere debet lec-
tor intentus ne querat in figura quod
potest melius et expressius in veritate facil-
le est quippe illud quod ait propheta
Ezechiel Domus israel habitavit in ter-
ra et polluerunt eam in via sua
et in dolis suis et peccatis suis secundum
inmundiciam menstruate facta est
via eorum ante faciem meam
et effudi iram meam super eos et dispersi
eos ~~secundum nationes~~ illos inter nationes
et ventilavi eos in regiones secundum pec-
cata eorum iudicavi eos facile est
intelligere hoc intelligere de illa domo
israel dictum de qua apostolus videte israel
secundum carnem quia hec omnia
carnalis populus israel et fecit et passus
est Alia etiam que sequuntur fide-
liter intelliguntur populo convenire no-
vi testamenti dicit sanctificabo nomen
meum sanctum illud magnum quod
pollutum est inter nationes quod pol-
luistis in medio earum et scient gen-
tes quoniam ego sum dominus ad-
monuit dei esse qui legit quemad-
modum spiritualiter accedatur et adiungit
gentibus Sequitur enim et dicit Cum
sanctificabor in vobis ante oculos
eorum et accipiam vos de gentibus
et congregabo vos ex omnibus terris
et inducam vos in terram vestram Et
aspergam aquam mundam et mundabimini
ab omnibus simulacris vestris et mun-
dabo vos et dabo vobis cor novum
et spiritum novum Et dabo in vos et auferam
a vobis cor lapideum de carne vestra et
da vobis cor carneum et spiritum dabo in
vos et faciam ut in iustificationibus meis am-
buletis et iudicia mea custodietis
et faciatis et habitabitis in terra quam de-
di patribus vestris et eritis michi in po-
pulum et ego ero vobis in deum Et
mundabo vos ex omnibus inmundiciis Hec
de novo testamento esse prophetata
quis peruet quos non solum una gens
illa antiquis suis de quibus aliud
scriptum est Si fuerit numerus filiorum
israel quasi arena maris reliquie sal-
ve fient verum etiam alie gen-
tes que promisse sunt patribus gen-
tes que etiam nostre sunt Non ambi-
git quisquis intuetur et legit cum
regulationis hoc esse promissum quod
inde omnibus gentibus reddi-
tum et illud quod ait apostolus cum te-
stamenti novi gratiam commendaret ut
in comparatione veteris emineret epistola
la nostra vos estis scripta non atramento
sed spiritu dei vivi non in tabulis lapi-
deis sed in tabulis cordis carnali-
bus eminet esse respicit et prospicit

dictum ubi iste propheta dicit Et dabo vobis
cor novum et spiritum novum dabo in vobis et
auferam cor lapideum de carne vestra
et dabo vobis cor carneum Cor quippe
carneum unde ait apostolus tabulis car- tabulis
nalibus cordis lapideo volunt vita ca-
rente differunt et per viventem sentientem
significavit intelligentem Sic fit
iste spiritualis Non unius gentis sed
omnium que promisse sunt patribus in eorum
semine quod est christus Hic ergo iste
spiritualis ab illo iste carnalis est popu-
li gentis nominatur quare non nobilitate
parentis et mente non gente distin-
guitur Sed a sancto prophetia dum deus
loquitur ad illum locutus fecerit ei
adhuc Et cum iam de isto nunc
istum loquatur adhuc de illo ut a di-
lectum videatur loqui non intellectum sep-
piternum nobis quasi de solido inve-
niens sed excitans medicinaliter inim
unde et illud quod ait Et sanctificabo
vos meum nomen et paulo post ta-
quam idipsum repetens et habitabitis
inquit in terra quam dedi patribus
vestris non carnaliter sicut carnalis
iste sed spiritualiter sicut spiritualis iste
debemus accipere Terra quippe sunt
mansura et iugi ab omnibus genti-
bus congregata atque mutuum regna-
tura cum christo ipsa est terra bono-
rum viventium ipsa est intelligenda
patribus data qui eis certa et in im-
mutabili voluntate promissa est Tam
ipsa promissionis et predestinationis
firmitate iam data est que danda
suo tempore a patribus credita est Sic
de ipsa gratia que sanctis datur scribens
ad thymotheum apostolus ait Non se-
cundum opera nostra sed secundum suum
propositum et gratiam que data est
nobis in christo ihesu ante secula eter-
na manifestata autem nunc per ad-
ventum salvatoris nostri Datam
dixit gratiam Quando nec erant adhuc
datura quoniam in dispositione
atque predestinatione dei iam factum
erat quod suo tempore iam futurum
erat quo esse dicit manifestatum
Quamvis hec possint intelligi et
de terra futuri seculi quando erit celum
novum et terra nova in qua iniusti
habitare non poterunt Et ideo recte dicitur
piis quod ipsa sit terra eorum que illa
ex parte non erit impiorum Quia
et ipsa similiter data est quando danda
est firmitatem Quamvis ergo terram
pronunciat quam de temporibus appellat Et
legalia plerumque in veteri testamento
postulationis suscipiuntur sanctis quam
testamentum Duobus autem modis intelligi dicit

xxxv
et in regula tytonii

Hanc regulam aut in tropo synodoche aut
legittimis numeris. Tropus synodoche
aut a parte totum aut a toto partem
facit intelligi. Sicut unus ewangelista
post dies octo factum dicit quod alius
post dies sex quando in monte disci-
pulis tantum tribus presentibus facies
domini refulsit ut sol et vestimenta
eius ut nix. Utrumque enim verum
esse non posset quod de numero dierum
dictum est ubi ille qui dixit post
dies octo intelligatur partem novissi-
mam diei ex quo id Christus predixit
dici futurum et partem primam quo id os-
tendit impletum pro totis diebus duobus
atque integris posuisse. Ille vero qui
dixit post dies sex integros eos omnes
et totos sed solos medios computasse
est. Hoc modo locutionis quo signi-
ficatur a parte totum etiam illa de resur-
rectione Christi solvitur questio. Pars
enim novissima diei quo passus
est nisi pro toto die accipiatur id est
adiuncta etiam nocte preterita et nox
cuius parte ultima resurrexit nisi toto
dies accipiatur adiuncto etiam scilicet
die illucescente dominico non possunt
esse tres dies et tres noctes quibus
se in corde terre predixit futurum.
Legittimos autem numeros dicit quos
eminentius divina scriptura commendat
sicut septenarium vel denarium vel
duodenarium et quicumque alii sunt
quos legendo studiosi libenter agno-
scunt. Plerumque enim numeri huius-
modi pro universo tempore ponuntur.
Sicut septies in die laudabo te nil
est aliud nisi quam semper laus eius in
ore meo. Tantumdem valent et cum
multiplicantur sive per denarium sicut
septuaginta et septingenti. unde et
possunt et septuaginta anni Iere-
mie pro universo tempore spiritualiter accipi
quo est apud alienos tempore ecclesia
sive per se ipsos sicut decem per decem
centum sunt et duodecim per duodecim
centum quadraginta quatuor quo
numero significatur universitas sanc-
torum in apocalipsi. Unde apparet non
solum temporum questiones istis
esse solvendas sed latius patere
significationes et in multa manare.
Neque enim numerus iste in apocalipsi ad
tempora pertinet sed ad homines. Sextam
xxxvi 6 regula regulam Ticonius recapitulationem
vocat in obscuritate scripturarum sa-
tis vigilanter inventam. Sic enim dicun-
tur quedam quasi sequantur in
ordine temporis vel rerum continuatione

narrantur cum ad priora que pretermissa
fuerint latenter narratio revocetur.
Quod nisi ex hac regula intelligatur
erratur. Sicut in genesi et plantavit
dominus deus paradisum in eden
ad orientem et posuit ibi deus homi-
nem quem formaverat et produxit de
adhuc terra omne lignum specio-
sum et bonum in escam. Ita videtur
dictum tamquam id factum sit
postea quam factum posuit homi-
nem in paradiso cum breviter utroque
commemorato id est quod plantavit
deus paradisum et posuit ibi homi-
nem quem formavit recapitula-
ndo redit et dicit quod pretermiserat
quomodo scilicet paradisus fuit plantatus
quia produxit deus adhuc de terra
omne lignum speciosum et bonum
in escam. Deinde subsecutus adiunxit
Et lignum vite in medio paradisi et
lignum sciendi boni et mali. Deinde
flumine quo paradisus irrigaretur
divisum in quatuor partes principia
fluminum quatuor exponitur quod
totum pertinet ad institutionem
paradisi. Quod ubi terminavit repetivit
quod iam dixerat et re vera hoc
sequebatur atque ait Et sumpsit
dominus deus hominem quem finxit
et posuit eum in paradiso et cetera. Post
ista enim facta ibi est positus ho-
mo sicut nunc ordo ipse demonstrat.
Non post hominem ibi positum ista
sunt facta sicut prius putari potest nisi
recapitulatio illic vigilanter intelligatur
qua reditum est ad ea que fuerant
pretermissa. Itemque in eodem libro
cum commemorarentur generationes
filiorum Noe dictum est. Hii filii
Cham in tribubus suis secundum linguas
suas in regionibus suis
et in gentibus suis. Enumeratis quoque
filiis Sem dicitur. Hii filii Sem in tri-
bubus suis secundum linguas
suas in regionibus suis et in gen-
tibus suis. Et adiungitur de omnibus
Hee tribus filiorum Noe secundum
generationes suas et secundum gentes
eorum. Ab hiis dispersi sunt insule
gentium super terram post diluvium
et erat omnis terra labium unum
et vox una omnibus. Hoc itaque
adiunctum est et erat omnis ter-
ra labium unum et vox una omnibus
id est una lingua omnium. Ita
dictum videtur tamquam eo iam tempore
quo dispersi fuerant super terram
secundum insulas gentium una

sit omnibus lingua communis. Quod
procul dubio repugnare superioribus videretur
ubi dictum est in tribubus suis secun-
dum linguas suas. Neque enim di-
cerentur, quamquam iam linguas suas
singule tribus que gentes singu-
las fecerunt, quando erat omnibus
una communis, ac per hoc adiunctum est
recapitulando et erat omnis terra labi-
um unum et vox una omnibus, late-
ter narratione redeunte ut diceretur quo-
modo factum sit ut ex una omnium lin-
gua sint divisi per multas. Et con-
tinuo de illa turris edificatione narratur,
ubi hec eis iudicio divino irrogata est
pena superbie. Post quos facta est,
sparsi sunt in terris secundum ling-
uas suas. Fit ista recapitulatio et
obscurius, sicut in evangelio dicitur:
Die qua exiit Loth a Sodomis
pluit ignem de celo et perdidit omnes.
Secundum hec erit dies filii hominis
quo revelabitur. Illa hora qui erit
in tecto et vasa eius in domo non de-
scendat tollere illa. Et qui in agro similiter
non revertatur retro. Meminerit uxoris
Loth. Numquid cum dominus fuerit
revelatus tunc sunt ista servanda,
ne quisquam retro respiciat, id est vitam
preteritam cui renuntiavit inquirat,
et non potius isto tempore, ut cum
fuerit revelatus retributionem pro eis
que quisque servaverit aut contempserit
inveniat. Et tamen quia dictum est
in illa hora, tunc putantur ista servan-
da cum fuerit dominus revelatus,
nisi ad intelligendam recapitulationem
sensus legentis invigilet, adiuvante
alia scriptura que ipsorum apostolorum
adhuc tempore clamavit: Filioli novis-
sima hora est. Tempus ergo ipsum
quo evangelium predicatur quousque
dominus reveletur hora est in qua
oportet ista servari, quia et ipsa revelatio
domini ad eandem horam per-
xxxvij regula tinet que die iudicii terminabitur. Septi-
ma Tyconii regula est eademque post-
rema de dyabolo et eius corpore. Est
enim et ipse caput impiorum, qui
sunt eius quodam modo corpus ituri
cum illo in supplicium ignis eterni,
sicut Christus caput est ecclesie quod
est corpus eius futurum cum illo
in regno et gloria sempiterna. Sicut
ergo in prima regula quam vocat de
domino et eius corpore vigilandum
est ut intelligatur cum de una eadem-
que persona scriptura loquitur quid conveniat
capiti, quid corpori, sic et in ista novissima
aliquando in diabolum dicitur quod non in ipso
sed potius in eius corpore possit agnosci,

quod habet in eis non solum qui manifestissime
foris sunt, sed in eis etiam qui cum ad
ipsum pertineant, ad tempus tamen mi-
scentur ecclesie, donec unusquisque de hac
vita excedat, vel a frumento palea venti-
labro ultimo separetur. Quod enim
scriptum est apud Ysaiam: Quomodo cecidit
de celo lucifer mane oriens, et cetera
que sub figura regis Babylonie de
eadem persona vel de eius persona dicta
sunt in eadem contextione sermonis,
de dyabolo utique intelliguntur, et tamen
quod ibi dictum est: Contritus est in terra
qui mittit ad omnes gentes,
non totum ipsi capiti congruit. Nam
si mittit ad omnes gentes diabolus
ad angelos suos, tamen in terra corpus
eius, non ipse conteritur, nisi quia
ipse est in corpore suo quod conteritur sicut
pulvis quem proicit ventus a facie ter-
re. Hec autem omnes regule excepta una xxxviij
que vocatur de promissis et lege, aliud
ex alio faciunt intelligi, quod est pro-
prium tropice locutionis, que latius pa-
tet quam ut possit ut michi videtur
ab aliquo universa comprehendi. Nam
ubicumque velud aliud dicitur ut aliud
intelligatur, etsi nomen ipsius tropi
in loquendi arte non invenitur, tropi-
ca locutio est. Que tamen si ubi fieri solet
fiat, sine labore sequitur intellectus; ubi
vero non solet, laboratur ut intelligatur,
ab aliis magis, ab aliis minus, sicut
magis minusve dona dei sunt in
ingeniis hominum vel adiumenta
tribuuntur. Proinde sicut in verbis pro- xxxix
prie dictis superius disputavimus
res ut dicuntur intelligende sunt, sic
in verbis translatis que faciunt tropicas lo-
cutiones ubi aliud ex alio intel-
ligendum est. De quibus hucusque
quantum visum est satis egimus.
Non admonendi studiosi divinarum
litterarum venerabilium ut in scripturis
sanctis genera locutionum sciant
et quomodo apud eas dici aliquid
soleat vigilanter advertant memoriterque
retineant. Verum etiam quod est precipuum
et maxime necessarium orent
ut intelligant. In eis quippe litteris
quarum studiosi sunt legunt quoniam
dominus dat sapientiam
et a facie eius scientia et intellectus,
a quo et ipsum studium si pietate predi-
tum est acceperunt. Sed hec satis
etiam de signis quantum ad verba
pertinet dicta sunt. Restat ut de pro-
ferendis eis que sentimus scripta
volumine que dominus ~~dictamus~~ donavit
dicamus. Amen. Explicit Tyconius.
Explicit liber tercius de doctrina christiana

Incipit quartus

Hoc opus nostrum quod scribitur De doctrina christiana in duo quedam fueram prima distributione partitus. Nam post prohemium quo respondi eis qui hoc fuerant reprehensuri, due sunt, inquam, quibus nititur omnis tractatio scripturarum: modus inveniendi que intelligenda sunt et modus proferendi que intellecta sunt. De inveniendo prius, de proferendo postea disseremus. De inveniendo igitur multa iam diximus et tria de hac una parte volumina absolvimus. Adiuvante domino de proferendo pauca dicemus, ut si fieri potuerit, uno libro cuncta claudamus totumque hoc opus quatuor voluminibus terminetur. Primo itaque expectationi legentium, qui forte me putant rethorica daturum esse precepta que in scolis secularibus et didici et docui, ista prelocutione resisto atque ut a me non expectentur admoneo. Non quia nihil habent utilitatis, sed quia si quid habent seorsum discendum est, si cui fortassis bono viro etiam hec vacat discere, non autem a me vel in hoc opere vel in aliquo alio requirendum. Nam cum per artem rethoricam et vera suadeantur et falsa, quis audeat dicere adversus mendacium in defensoribus suis inermem debere consistere veritatem, ut videlicet illi qui res falsas persuadere conantur noverint auditorem vel benivolum vel intentum vel docilem prohemio facere, isti autem non noverint? Illi falsa breviter aperte verisimiliter, et isti vera sic narrent ut audire tedeat, intelligere non pateat, credere postremo non libeat? Illi fallacibus argumentis veritatem oppugnent, asserant falsitatem, isti nec vera defendere nec falsa valeant refutare? Illi animos audientium in errorem moventes impellentesque dicendo terreant, contristent, exhilarent, exhortentur ardenter, isti pro veritate lenti frigidique dormitent? Quis ita desipiat ut hoc sapiat? Cum ergo sit in medio posita facultas eloquii que ad persuadenda seu prava seu recta valet plurimum, cur non bonorum studio comparatur ut militet veritati, si eam mali ad obtinendas perversas vanasque causas in usus iniquitatis et erroris usurpant? Sed quecumque sunt de hac re observationes atque precepta, quibus cum accedit in verbis plurimis ornamentisque verborum exercitatissima et consuetudine facilis et abundans lingua que facundia vel eloquentia nominatur, extra istas

litteras meas et posito ad hoc congruo temporis spatio apta et convenienti etate discenda sunt ab eis qui hoc celeriter possunt. Nam et ipsos romane principes eloquentie non piguit dicere quod hanc artem nisi quis cito possit, numquam omnino possit perdiscere. Quod utrum verum sit quid opus est querere? Non enim si possunt hec aliquando etiam a tardioribus tandem aliquando perdisci, nos ea tanti pendimus ut eis discendis iam maturas vel etiam graves hominum etates velimus impendi. Satis est ut adolescentulorum ista sit cura, nec ipsorum omnium quos utilitati ecclesiastice cupimus erudiri, sed eorum quos nondum magis urgens et huic rei sine dubio preponenda necessitas occupavit. Quoniam si acutum et fervens adsit ingenium, facilius adheret eloquentia legentibus et audientibus eloquentes quam eloquentie precepta sectantibus. Nec desunt ecclesiastice littere, etiam preter canonem in auctoritatis arce salubriter collocatum, quas legendo homo capax, etsi id non agat, sed tantummodo rebus que ibi dicuntur intentus sit, etiam eloquio quo dicuntur, dum in eis versatur, imbuitur, accedente vel maxime exercitatione sive scribendi sive dictandi, postremo etiam dicendi que secundum pietatis ac fidei regulam sentit. Si autem tale desit ingenium, nec illa rethorice percipiuntur precepta, nec si magno labore inculcata quantulacumque ex parte percipiantur aliquid prosunt. Quandoquidem etiam ipsi qui ea didicerunt et copiose ornateque dicunt, non omnes ea cogitare ut secundum ea dicant possunt, dum dicunt, si non de ipsis disputant; immo vero nullos eorum existimo qui utrumque possint, et dicere bene et, ut id possint, cogitare illa precepta dicendi dum dicitur. Cavendum est enim ne fugiant que dicenda sunt dum attenditur ut arte dicantur. Et tamen in sermonibus atque dictionibus eloquentium impleta reperiuntur precepta eloquentie, de quibus illi ut eloquerentur vel cum eloquerentur non cogitaverunt, sive illa didicissent sive ne attigissent quidem. Implent quippe illa quia eloquentes sunt, non adhibent ut sint eloquentes. Quapropter cum ex infantibus loquentes non fiant nisi locutiones discendo loquentium, cur eloquentes fieri non possint nulla eloquendi arte tradita, sed elocutiones eloquentium legendo et audiendo et quantum assequi conceditur imitando? Quid quod ita fieri ipsis quoque experimur exemplis?

Nota aug. [illegible]

In libro de doctrina christiana

iiij [illegible]

Nam sine preceptis rethoricis nouimus
plurimos eloquentiores plurimis qui il-
la didicerunt. Sine lectis vero et auditis eloquentium
disputacionibus vel dictionibus neminem.
Nam neque ipsa arte gramatica qua disci-
tur locucionis integritas indigerent pu-
eri si eis inter homines qui integre loquerentur
crescere daretur et viuere. Nescientes quippe
ulla nomina viciorum quicquid vicio-
sum cuiuspiam ore loquentis audirent sana
sua consuetudine reprehenderent et cauerent
sicut rusticos urbani reprehendunt et
qui litteras nesciunt. Debet igitur diuina-
rum scripturarum tractator et doctor defensor
recte fidei et debellator erroris et bona do-
cere et mala dedocere atque in hoc opere sermo-
nis conciliare aduersos remissos erigere
nescientibus quid agatur quod expectare
debeant intimare. Ubi autem beniuolos
intentos dociles aut inuenerit aut ipse
fecerit cetera peragenda sunt sicut postulat cau-
sa. Si docendi sunt qui audiunt narratione
faciendum est si tamen indigeat ut res
de qua agitur innotescat. Ut autem que
dubia sunt certa fiant documentis adhi-
bitis raciocinandum est. Si vero qui au-
diunt mouendi sunt pocius quam docendi
ut in eo quod iam sciunt agendo non tor-
peant et rebus assensum quas veras
esse fatentur accomodent maioribus dicen-
di viribus opus est. Ibi obsecraciones
et increpaciones concitaciones et cohercio-
nes et quecumque alia ad commouendos
animos sunt necessaria. Et hec quidem
cuncta que dixi omnes fere homines
in hiis que loquendo agunt facere non
quiescunt. Sed cum faciant alii obtuse
deformiter frigide alii acute ornate ve-
hementer illum ad hoc opus unde
agimus iam oportet accedere qui potest disputa-
re vel dicere sapienter etiam si non potest
eloquenter ut prosit audientibus etiam si
minus quam prodesset si et eloquenter posset
dicere. Qui vero affluit insipienti eloquen-
cia tanto magis cauendus est quanto
magis ab eo in hiis que audire inutile
est delectatur auditor et eum quoniam
diserte dicere audit etiam vere dicere ex-
istimat. Hec autem sententia nec illos
fugit qui artem rethoricam docendam
putauerunt. Fassi sunt enim sapienciam
sine eloquencia parum prodesse ciui-
tatibus eloquenciam vero sine sapiencia
nimium obesse plerumque prodesse nunquam. Si ergo
hoc illi qui precepta eloquencie tradi-
derunt in eisdem libris in quibus id ege-
runt veritate instigante coacti sunt
confiteri veram hoc est supernam que
a patre luminum descendit sapienciam nes-
cientes quanto magis nos non aliud

v

sentire debemus qui huius sapiencie fi-
lii et ministri sumus. Sapienter autem
dicit homo tanto magis vel minus quan-
to in scripturis sanctis magis minusve
profecit. Non dico in eis multum legen-
dis memorieque mandandis sed bene
intelligendis et diligenter earum
sensibus indagandis. Sunt enim
qui eas legunt et negligunt legunt
ut teneant negligunt ut intelligant.
Quibus longe sine dubio preferendi sunt
qui earum verba minus tenent et cor ea-
rum sui cordis oculis vident. Sed
utrisque ille melior est qui et cum voluerit
eas dicit et sicut oportet intelligit. Huic
ergo qui sapienter debet dicere etiam quod
non potest eloquenter verba scriptura-
rum tenere maxime necessarium est. Quan-
to enim se pauperiorem cernit in suis tan-
to eum oportet in istis esse diciorem
ut quod dixerit suis verbis probet
ex illis. Et qui propriis verbis minor
erat magnorum testimonio quodam-
modo crescat. Probando enim delectet
qui minus potest delectare dicendo. Porro
qui non solum sapienter verum
etiam eloquenter vult dicere quoniam
profecto plus proderit si utrumque potuerit ad
legendos vel audiendos et exercitatio-
ne imitandos eloquentes eum mitto
libencius quam magistris artis rethorice
vacare precipio si tamen hii qui le-
guntur et audiuntur non solum elo-
quenter sed etiam sapienter dixisse
vel dicere veraci predicacione laudan-
tur. Qui enim eloquenter dicunt suauiter
qui sapienter salubriter audiuntur. Propter
quod non ait scriptura multitudo elo-
quentium sed multitudo sapientum
sanitas est orbis terrarum. Sicut
autem sepe sumenda sunt et amara
salubria ita semper vitanda est perni-
ciosa dulcedo. Sed salubri suauitate
vel suaui salubritate quid melius.
Quanto enim magis illic appetitur
suauitas tanto facilius salubritas
prodest. Sunt ergo ecclesiastici viri qui
diuina eloquia non solum sapienter
sed eloquenter etiam tractauerunt — Et sacra scriptura sapienter eloquenter est tradita
quibus legendis magis non sufficit
tempus quam deesse ipsi studentibus
et vacantibus possunt. Hic aliquis — vi
forsitan querit utrum auctores nostri
quorum scripta diuinitus inspirata
canonem nobis saluberrima aucto-
ritate fecerunt ~~nobis~~ sapientes tan-
tummodo an eloquentes etiam nuncu-
pandi sint. Que quidem questio apud
me ipsum et apud eos qui mecum quod di-
cunt sentiunt facillime soluitur. Nam
ubi eos intelligo non solum nichil
eis sapiencius verum etiam nichil

eloquentius michi videri potest. Et audeo dicere quod omnes qui recte intelligunt quod illi loquuntur simul intelligere non eos aliter loqui debuisse. Sicut enim quedam eloquentia est que magis etatem iuvenilem decet quam senilem, nec iam dicenda est eloquentia si persone non congruit eloquentis, ita est quedam que viros summa auctoritate dignissimos planeque divinos decet. Hac illi locuti sunt, nec ipsos decet alia nec alios ipsa. Ipsis enim congruit; alios autem quanto videtur humilior, tanto altius non ventositate sed soliditate transcendit. Ubi vero non eos intelligo, minus quidem michi apparet eorum eloquentia, sed eam non dubito esse talem qualis est ubi intelligo. Ipsa quoque obscuritas divinorum salubriumque dictorum tali eloquentie miscenda fuerat, in qua proficere noster intellectus non solum inventione verum etiam exercitatione deberet. Possem quidem, si vacaret, omnes virtutes et ornamenta eloquentie de quibus inflantur isti ~~qui~~ qui linguam suam nostrorum auctorum lingue non magnitudine sed tumore preponunt, ostendere in istorum litteris sacris, quos nobis erudiendis et ab hoc seculo pravo in beatum seculum transferendis providentia divina providit. Sed non ipsa me plus quam dici potest in illa eloquentia delectant que sunt his viris cum oratoribus gentilium poetisve communia. Illud magis admiror et stupeo, quod ista nostra eloquentia ita usi sunt per alteram quandam eloquentiam suam ut nec deesset eis nec eminerent in eis, quia eam nec improbari ab illis nec ostentari oportebat. Quorum alterum fieret si vitaretur, alterum putari posset si facile agnosceretur. Et in quibus forte locis agnoscitur a doctis, tales res dicuntur ut verba quibus dicuntur non a dicente adhibita, sed ipsis rebus velut sponte subiuncta videantur, quasi sapientiam de domo sua, id est de pectore sapientis, procedere intelligas, et tamquam inseparabilem famulam etiam non vocatam sequi eloquentiam.

vij Quis enim non videat quid dicere voluerit et quam sapienter dixerit apostolus: Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem; spes autem non confundit, quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hic si quis, ut ita dixerim, imperite peritus artis eloquentie precepta apostolum secutum fuisse contendat, nonne a christianis doctis indoctisque ridebitur? Et tamen agnoscitur hic figura que climax grece, latine vero a quibusdam est appellata gradatio, quoniam scalam dicere noluerunt, cum verba vel sensa connectuntur alterum ex altero, sicut hic ex tribulatione patientiam, ex patientia probationem, ex probatione spem connexam videmus. Agnoscitur et alius ornatus, quod post aliqua pronuntiationis voce singula finita, que nostri membra et cesa, greci autem cola et commata vocant, sequitur ambitus sive circuitus, quem periodon illi appellant, cuius membra suspenduntur voce dicentis donec ultimo finiatur. Nam eorum que precedunt circuitum membrum illud est primum: quoniam tribulatio patientiam operatur. Secundum: patientia autem probationem. Tertium: probatio vero spem. Deinde autem subiungitur ipse circuitus qui tribus peragitur membris. Quorum primum est: spes autem non confundit. Secundum: quoniam caritas dei diffusa est in cordibus nostris. Tertium: per spiritum sanctum qui datus est nobis. At hec atque huiusmodi in elocutionis arte traduntur. Sicut ergo apostolum precepta eloquentie secutum fuisse non dicimus, ita quod eius sapientiam secuta sit eloquentia non negamus.

Scribens ad Corinthios in secunda epistola redarguit quosdam qui erant ex Iudeis pseudo apostoli eum detrahentes, et quoniam se ipsum predicare compellitur, tribuens hoc sibi velut insipientiam, quam sapienter dicat quamque eloquenter. Sed comes sapientie, dux eloquentie, illam sequens, istam precedens et sequentem non respuens. Iterum dico, inquit, ne quis me existimet insipientem esse; alioquin velut insipientem suscipite me, ut et ego modicum quid glorier. Quod loquor, non loquor secundum deum, sed quasi in stultitia, in hac substantia glorie. Quoniam quidem multi gloriantur secundum carnem, et ego gloriabor. Libenter enim sustinetis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Toleratis enim si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cedit. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmati simus. In quo quis audet, in insipientia dico, audeo et ego. Hebrei sunt, et ego. Israelite sunt, et ego. Semen Abrahe sunt, et ego. Ministri Christi sunt, et ego; ut insipiens dico, super ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus sepius. A Iudeis quinquies quadragenas una minus accepi

// oratoribus

ter virgis cesus sum semel lapidatus sum ter
naufragium feci nocte et die in profundo
maris fui. In itineribus sepe periculis
fluminum periculis latronum periculis ex genere
periculis ex gentibus periculis in civitate periculis
in deserto periculis in mari periculis in falsis
fratribus in labore et erumpna in vigiliis sepe
in fame et siti in ieiuniis multis in fri
gore et nuditate. Preter illa que extrinsecus sunt
instancia mea cottidiana sollicitudo omnium
ecclesiarum. Quis infirmatur et ego non infirmor quis
scandalizatur et ego non uror. Si gloriari
oportet que infirmitatis mee sunt gloriabor.
Quanta ista sapiencia sit dum vigilantes
vident quanto vero eciam eloquencie cucurrerit
flumine et qui stertit advertit. Porro autem
qui novit agnoscit quod ea cesa que
comata greci vocant et membra
et circuitus de quibus paulo ante disserui
cum decentissima varietate interponerentur
totam istam dictionis speciem et quasi eius vultum
quo eciam indocti delectantur moventurque
fecerunt. Ita enim [illegible] loci distinc
tiones sunt primum membra [illegible] bimembris [illegible]
cum qua duo membra circuitus habere non posset
plura vero posset. Ergo iterum ille primus circuitus
dico ne quis me existimet insipientem esse.
Sequitur aliud trimembris alius qui velut in
sipientem suscipite me ut et ego modicum
quid glorier. Quod loquor non loquor secundum deum sed quasi in
stulticia in hac substancia glorie. Deinde duobus
Quoniam quidem multi gloriantur secundum carnem
et ego gloriabor. Et quattuor duo libenter
enim suffertis insipientes cum sitis sapientes.
Eciam sequitur bimembris. Quis devorat quis accipit
quis vos in faciem cedit. Sequitur tria
cesa si quis devorat si quis accipit si quis
extollitur. Deinde tria membra. Si quis in fa
ciem vos cedit secundum ignobilitatem dico quasi
nos infirmati simus. Additur trimembris
circuitus. In quo quis audet in insipiencia dico
audeo et ego. Hinc iam singulis quibusdam
cesis interrogatis positis singula
item cesa responsione redduntur tribus
Hebrei sunt et ego. Israhelite sunt et ego. Semen Abrahe
sunt et ego. Quarto autem ceso simili interrogatione
posito non alterius cesi sed membri oppositione
respondet. Ministri Christi sunt et ego. Ut insipiens
dico plus ego. Iam cesa quattuor sequencia re
mota decentissime interrogacione funduntur. In
laboribus plurimis in carceribus habundancius
in plagis supra modum in mortibus sepius.

Deinde interponit breve circuitum quoniam su
spensa pronunciacione distinguendum est: a Iude
is quinquies ut hoc sit unum membrum cui
connectitur alterum quadragenas una minus
accepi. Inde redditur ad cesa et ponun
tur tria ter virgis cesus sum semel lapida
tus sum ter naufragium feci. Sequitur
membrum nocte ac die in profundo mari
fui. Deinde quattuordecim cesa decentissimo
impetu profluunt. In itineribus sepe periculis
fluminum periculis latronum periculis ex genere
periculis ex gentibus periculis in civitate pe
riculis in deserto periculis in mari pe
riculis in falsis fratribus. In labore et erum
na in vigiliis sepius in fame et siti in ieiuniis
~~vigiliis~~ sepius in frigore et nuditate.
Post hec interponit trimembrem circuitum
preter illa que extrinsecus sunt. Instancia mea
cottidiana sollicitudo omnium ecclesiarum.
Et huic duo membra per interrogacionem
coniungit. Quis infirmatur et ego non infirmor
quis scandalizatur et ego non uror. Postremo
totus iste quasi anhelans locus bimem
bri circuitu terminatur. Si gloriari oportet
in hiis que infirmitatis mee sunt gloriabor.
Quod vero post hunc impetum interposita
narratiuncula quodammodo requiescit
et requiescere auditorem facit. Quid decoris et
delectacionis habeat satis dici non potest. Sequitur
enim dicens. Deus et pater domini Ihesu Christi
scit qui est benedictus in secula quod non
mencior. Et deinde quomodo periclitatus
fuit et quomodo evaserit narrat breviter.
Longum est cetera persequi et in aliis sancta
rum scripturarum locis ista monstrare.
Quid si eciam figuras locucionis que illa figuras
arte docentur. In hiis saltem que de
apostoli eloquio commemoravi ostendere
voluissem. Nonne facilius graves homi
nes nimium quam quisquam studiosorum sibi
sufficere putaret. Hec omnia cum a magistris
docentur pro magno habentur magno emuntur
magna iactacione venduntur. Quam iacta
cionem eciam ego redolere vereor dum ista sic
disseruero. Sed male doctis hominibus respondendum
fuit qui nostros auctores contempnendos putant
non quia non habeant sed quia non ostentant
quam nimis isti diligunt eloquenciam. Sed for
te quis putat tamquam eloquentem ~~ipsum~~ nostrum
elegisse me apostolum Paulum. Videtur enim
cum ubi ait et si imperitus sermone
sed non sciencia quasi concedendo obtrectatoribus
sic locutus non tamquam id verum agnosceret
confitendo. Si autem dixisset imperitus
quidem sermone sed non sciencia nullo modo aliud

possit intelligi. Etenim plane eruditus
est propheta sine quo esse doctor ecclesie
non valeret. Certe si quidem prophetis
ad eorum eloquentie si collatis episcopis utique
prophetis quibus etiam ipsi obtrectatores
eius qui sermone imperitum [illegible]
putabant nolebant agrestes et impolitos esse con-
fessi sunt. Dicendum ergo mihi aliquid
in hoc esse de eloquentia prophetarum ubi per
tropologiam multa obtegimus que
quanto magis translatis verbis videntur
expressa tanto magis eis fiunt apta.
Dulcescit enim hoc loco tale aliquid quale
inter dicta ubi que dicta sunt non cogit
exponere sed commendare tamen quomodo dicta
sunt ex illius prophete libris potissimum.
Hec facta quod se pastorem vel armentarium
esse finxit dicat atque divinitus ablatum
atque missum ut dei populo prophetaret.
Ea autem secundum septuaginta interpretes
qui etiam ipsi divino spiritu interpretati
ob hoc aliter videntur non nulla
dixisse ut ad spiritualem sensum scrutandum
magis admoneret lectoris intentionem.
Unde etiam non nulla obscuriora que
magis tropica sunt eorum sed sicut ex
hebreo in latinum eloquium presbytero Ieronimo
utriusque lingue perito interprete
translata sunt. Cum igitur argueret
impios superbos luxuriosos et fratrum
ideo negligentissimos caritatis rusticus
aut vel ex rustico iste propheta exclamat
dicens: Ve qui opulenti estis in Syon
et confiditis in monte Samarie optimates
capita populorum ingredientes pompatice
domum Israel. Transite in Chalanne
et videte et ite inde in Emath magnam
et descendite in Geth Palestinorum et ad
optima queque regna horum si latior terminus eorum
termino vestro est. Qui separati estis in diem ma-
lum et appropinquatis solio iniquitatis qui dor-
mitis in lectis eburneis et lascivitis in stra-
tis vestris. Qui comeditis agnum de gre-
ge et vitulos de medio armenti qui
canitis ad vocem psalterii. Sicut David pu-
taverunt se habere vasa cantici bibentes
in phialis vinum et optimo unguento de-
libuti et nichil patiebantur super contritione
Ioseph. Numquid isti qui prophetas
tamquam ineruditos et eloquentibus ignaros
velut docti despexerunt? Attendite
si aliquid eis tale vel in eloquio dicendum fuisset
aliud se voluisset dicere quam si hoc modo dicere
voluisset. Et enim quid ab isto eloquio aures
sobrie plus desiderent? Primo ipsa in-
vectio quasi strepitu sensibus ut eam
exclamare quod sermonum illapsa est. Ve nob[is]

qui opulenti estis in Syon et confiditis
in monte Samarie optimates capita
populorum ingredientes pompatice domum
Israel. Deinde ut beneficiis dei quibus am-
pla spatia regni dedit ostendit ingratos
qui confidebant in monte Samarie ubi
utique ydola colebantur. Transite inquit
in Chalanne et videte et ite inde in E-
math magnam et descendite in Geth
Palestinorum et ad optima regna que-
que horum si latior terminus eorum termino vestro
est. Simul etiam cum ista dicuntur locorum
in orbibus terminorum signa ornantur eloquia
quasi Syon Samarie Chalanne Ema-
th magna et Geth Palestinorum. Deinde
verba que hic adiunguntur locis de-
centissime variantur: opulenti estis, con-
fiditis, transite, ite, descendite. Con-
sequenter finitimi, subiungunt et reges
propinquare captivitatis et admonitionem:
Qui separati estis in diem malum et appro-
pinquatis solio iniquitatis. Tum subtexuntur
merita luxurie: Qui dormitis in lectis
eburneis et lascivitis in stratis vestris.
Qui comeditis agnum de grege et vi-
tulos de medio armenti. Ista sex
membris tres bimembres circuitus red-
diderunt. Non enim ait: qui separati
estis in diem malum, qui appropin-
quatis solio iniquitatis, qui dormi-
tis in lectis eburneis, qui lascivitis
in stratis vestris, qui comeditis agnum
de grege, qui vitulos de medio armenti.
Quod si ita diceret esset quidem hoc pulchrum ab
uno pronomine repetitum omnia sex membra
decurrere et pronuntiantis voce singula
finirentur. Sed pulchrius factum est ut eidem
pronomini essent bina coniuncta que tres
sententias explicarent. Una ad captivitatis
prenuntiationem: Qui separati estis in diem
malum et appropinquatis solio iniquitatis.
Altera ad libidinem: Qui dormitis
in lectis eburneis et lascivitis in stratis vestris.
Ad voracitatem vero tertia pertinet: Qui
comeditis inquit agnum de grege et
vitulos de medio armenti. Ut in
potestate sit pronuntiantis utrum singula
finiat et membra sint sex, an primum
et tertium et quintum voce suspendat et
secundum primo, quartum tertio,
sextum quinto connectendo tres
bimembres circuitus decentissime faciat:
unum calamitatis imminentis, alterum cubilis
impuri, tertium prodige mense.

monstrarit. Deinde longiuscula dicit contra eorum voluptatem ubi enim dixisset Qui canitis ad vocem psalterii, quoniam poterat eorum sapientes ab insipientibus musicam mirabili decore dicendi increpationis impetu relaxavit et non ad illos sed de illis loquens ut nos musicam sapientis a musica luxuriantis distinguere commoneret non ait Qui canitis ad vocem psalterii et sicut David putatis vos habere vasa cantici, sed cum ad illos illud dixisset quod luxuriosi audire deberent qui canitis ad vocem psalterii imperitiam quoque eorum aliis quodammodo indicavit adiungens sicut David putaverunt se habere vasa cantici bibentes in phialis vinum et optimo unguento delibuti. Tria hec melius pronunciantur si suspensis duobus prioribus membris circuitus tercio finiatur. Iam vero quod his omnibus addidit et nichil patiebantur super contritione Joseph sive continuatim dicatur ut unum sit membrum sive decentius suspendatur et nichil patiebantur post hanc distinctionem inferatur super contritione Joseph atque sit bimembris circuitus miro decore non dictum est nichil patiebantur super contritione fratris sed positus est pro fratre Joseph ut quicumque frater proprio significaretur eius nomine cuius ex fratribus fama preclara est vel in malis que pertulit vel in bonis que rependit. Iste certe tropus ubi Joseph quemcumque fr[atr]em facit intelligi nescio utrum illa quam didicimus et docuimus arte tradatur. Quam sit tamen pulcher et quemadmodum afficiat legentes atque intelligentes non opus est cuiquam dici si ipse non sentit. Et plura quidem que pertineant ad precepta eloquentie in hoc ipso loco quem pro exemplo posuimus possent reperiri. Sed bonum auditorem non tam si diligenter discutiatur instruit quam si ardenter pronuncietur accendit. Non enim hec humana industria composita sed divina mente sunt fusa et sapienter et eloquenter, non intenta in eloquentiam sapientia sed a sapientia non recedente eloquentia. Si enim sicut quidam disertissimi atque acutissimi viri videre et dicere potuerunt ea que velut oratoria arte discuntur non observarentur et notarentur et in hanc doctrinam redigerentur nisi prius in oratorum invenirentur ingeniis, quid mirum si et in istis inveniuntur quos ille misit qui facit ingenia. Quapropter et eloquentes quidem non solum sapientes canonicos nostros auctores doctoresque fateamur tali eloquentia qualis personis huiusmodi congruebat.

viij Sed nos etsi de litteris eorum que sine difficultate intelliguntur non nulla sumimus eloquutionis exempla nequaquam tamen putare debemus imitandos nobis eos esse in his que ad exercendas et elimandas quodammodo mentes legentium et ad rumpenda fastidia atque acuenda studia discere volentium celandos quoque sive ut ad pietatem convertantur sive ut a misteriis secludantur animos impiorum utili ac salubri obscuritate dixerunt. Sic quippe illi locuti sunt ut posteriores qui eos recte intelligerent et exponerent alteram gratiam disparem quidem verumtamen subsequentem in ecclesia Dei reperirent. Non ergo expositores eorum ita loqui debent tanquam et ipsos exponendos simili auctoritate proponentes sed in omnibus sermonibus suis primitus ac maxime ut intelligantur elaborent ea quantum possunt perspicuitate dicendi ut aut multum tardus sit qui non intelligit aut in rerum quas exponere atque ostendere volumus difficultate ac subtilitate non in nostra locutione sit causa qua minus tardiusve quod dicimus possit intelligi.

Quod doctor plane debet docere et exponere non obscure

ix Sunt enim quedam que vi sua non intelliguntur aut vix intelliguntur quantolibet et quantumlibet quamvis planissime dicentis versentur eloquio que in populi audientiam vel raro si aliquid urget vel nunquam omnino mittenda sunt. In libris autem qui ita scribuntur ut ipsi sibi quodammodo lectorem teneant cum intelliguntur cum autem non intelliguntur nolentibus molesti non sint legere et in aliquorum collocutionibus non est hoc beneficium deserendum ut vera quamvis ad intelligendum difficillima que ipsi iam percepimus cum quantolibet labore disputationis ad aliorum intelligentiam perducamus, si tenet auditor vel collocutor discendi cupiditatem nec mentis capacitas desit que quoquo modo intimata possit accipere, non curante illo qui docet quanta eloquentia doceat sed quanta evidentia. Cuius evidentie diligens appetitus aliquando negligit verba cultiora nec curat quid bene sonet sed quid bene indicet atque intimet quod ostendere intendit. Unde ait quidam cum de genere tali locutionis ageret esse in ea quandam diligentem negligentiam. Hec tamen sic detrahit ornatum ut sordes non contrahat. Quamvis in bonis doctoribus tanta docendi cura sit vel esse debeat ut verbum quod nisi obscurum sit vel ambiguum latinum esse non potest vulgi autem more sic dicitur ut ambiguitas obscuritasque vitetur non sic dicatur ut a doctis sed potius ut ab indoctis dici solet. Si enim non piguit interpretes nostros dicere: Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus quoniam senserunt ad rem pertinere

Quod ea que pertinent ad intellectum [illegible] non predicanda sunt

ut eo loco pluraliter enuntiaret hoc nomen quod in latina lingua singulariter tantum dicitur. Cur ergo pietatis doctorem pigeat imperitis loquentem ossum potius quam os dicere, ne ista sillaba non ab eo quod sunt ossa sed ab eo quod sunt ora intelligatur, ubi afre aures de correptione vocalium vel productione non iudicant? Quid enim prodest locutionis integritas quam non sequitur intellectus audientis, cum loquendi omnino nulla sit causa, si quod loquimur non intelligunt propter quos ut intelligant loquimur? Qui ergo docet vitabit verba omnia que non docent; et si pro eis alia verba que intelliguntur integra potest dicere, illud magis eligit; si autem non potest, sive quia non sunt sive quia in presentia non occurrunt, utetur etiam verbis minus integris, dum tamen res ipsa doceatur atque discatur integre.

Et hoc quidem non solum in collocutionibus, sive fiant cum aliquo vel cum pluribus, verum etiam et multo magis in populis cum sermo promitur intelligamur instandum est. Quia in collocutionibus est cuique interrogandi potestas; ubi autem omnes tacent ut unus audiatur, et in eum intenta ora convertunt, ibi ut requirat quisque quod non intellexerit nec moris est nec decoris; ac per hoc debet maxime tacenti subvenire cura dicentis. Solent autem motu suo significare utrum intellexerit cognoscendi avida multitudo; quod donec significet, versandum est quod agitur multimoda varietate dicendi; quod in potestate non habent qui preparata et ad verbum memoriter retenta pronuntiant. Mox autem ut intellectum esse constiterit, aut sermo finiendus aut in alia transeundum est. Sicut enim gratus est qui cognoscenda enubilat, sic honerosus qui cognita inculcat, eis dumtaxat quorum tota expectatio in dissolvenda eorum que proponuntur difficultate pendebat. Nam delectandi gratia etiam nota dicuntur, ubi non ipsa sed modus quo dicuntur attenditur. Quod si et ipse iam notus est atque auditoribus placet, pene nichil interest utrum is qui dicit doctor vel lector sit. Solent enim ea que commode scripta sunt non solum ab eis quibus primitus non innotescunt iocunde legi, verum etiam ab eis quibus iam nota sunt, nec adhuc illa de memoria deleverit oblivio, non sine iocunditate relegi vel audiri libenter. Que autem quisque iam oblitus est, cum commonetur, docetur. Sed de modo delectandi nunc

delectat docens docendi

non ago; de modo quo docendi sunt qui discere desiderant loquor. Is est autem optimus quo fit ut qui audit verum audiat et quod audit intelligat. Ad quem finem cum ventum fuerit, nichil iam de re ipsa tamquam diutius docenda laborandum est, sed forte de commendanda ut in corde figatur. Quod si faciendum videbitur, ita modeste facien-

dum est ne perveniatur ad tedium. xi

Prorsus hec est in docendo eloquentia qua fit dicendo non ut libeat quod horrebat aut ut fiat quod pigebat, sed ut appareat quod latebat. Quod tamen si fiat insuaviter, ad paucos quidem studiosissimos suus pervenit fructus, qui ea que discenda sunt, quamvis abiecte inculteque dicantur, scire desiderant. Quod cum adepti fuerint, ipsa delectabiliter veritate pascuntur; bonorumque ingeniorum insignis est indoles in verbis verum amare, non verba. Quid enim prodest clavis aurea si aperire quod volumus non potest? aut quid obest lignea si hoc potest, quando nichil querimus nisi patere quod clausum est? Sed xii

quoniam inter se habent nonnullam similitudinem vescentes atque discentes, propter fastidia plurimorum etiam ipsa sine quibus vivi non potest alimenta condienda sunt. Dixit ergo quidam eloquens, et qualiter eloquens loqui

verum dixit, ita dicere debere eloquentem ut doceat, ut delectet, ut flectat. Deinde addidit: Docere necessitatis est, delectare suavitatis, flectere victorie. Horum trium quod primo loco positum est, hoc est docendi necessitas, in rebus est constituta quas dicimus, reliqua duo in modo quo dicimus. Qui ergo dicit cum docere vult, quamdiu non intelligitur, nondum se existimet dixisse quod vult ei quem vult docere. Quia etsi dixit quod ipse intelligit, nondum illi dixisse putandus est a quo intellectus non est; si vero intellectus est, quocumque modo dixerit dixit. Quod si etiam delectare vult cui dicit aut flectere, non quocumque modo dixerit faciet, sed interest quomodo dicat ut faciat. Sicut est autem ut teneatur ad audiendum delectandus auditor, ita flectendus ut moveatur ad agendum. Et sicut delectatur si suaviter loquaris, ita flectitur si amet quod polliceris, timeat quod minaris, oderit quod arguis, quod commendas amplectatur, quod dolendum exaggeras doleat, cum quid letandum predicas gaudeat, misereatur eorum quos miserandos ante oculos dicendo constituis, fugiat eos

[illegible]

quos audiendos tenendosque promisit. Et quidquid aliud grandi eloquentia fieri potest ad permovendos animos auditorum, quibus agendum sit non ut sciant sed ut agant quod agendum esse sciunt. Si autem adhuc nesciunt, prius utique docendi sunt quam movendi. Et fortasse rebus ipsis cognitis ita movebuntur ut eos non opus sit maioribus eloquentie viribus iam movere. Quod tamen cum opus est, faciendum est. Tunc autem opus est quando cum sciant quid agendum sit non agunt. Ac per hoc docere necessitatis est. Possunt enim homines agere et non agere quod sciunt. Quis autem dixit eos agere debere quod nesciunt? Et ideo flectere necessitatis non est, quia non semper opus est, si tantum docenti vel etiam delectanti consentit auditor. Ideo autem victorie est quia fieri potest et ut doceatur et delectetur et non assentiatur. Quid autem illa duo proderunt si desit hoc tertium? Sed neque delectare necessitatis est. Quando cum dicendo vera monstrantur, quod ad officium docendi pertinet, non eloquio agitur, neque hoc attenditur ut vel ipsa vel ipsum delectet eloquium, sed per se ipsa quoniam vera sunt manifesta delectant. Unde plerumque delectant etiam falsa patefacta atque convicta. Neque enim delectant quia falsa sunt, sed quia falsa esse verum est delectat et dictio qua hoc verum esse monstratur.

xiiij Propter eos autem quibus fastidientibus non placet veritas si alio quocumque modo dicatur nisi placeat et sermo dicentis, datus est in eloquentia non parvus et delectationi locus. Que tamen addita non sufficit duris, quos nec intellexisse nec docentis eloquio delectatos esse profuit. Quid enim hec duo conferunt homini qui et confitetur verum et collaudat eloquium nec inclinat assensum, propter quem solum, cum aliquid suadetur, rebus que dicuntur invigilat dicentis intentio? Si enim talia docentur que credere vel nosse sufficiat, nichil est aliud eis consentire nisi confiteri vera esse. Cum vero docetur quod agendum est, et ideo docetur ut agatur, frustra persuadetur verum esse quod dicitur, frustra placet modus ipse quo dicitur, si non ita discitur ut agatur. Oportet ergo eloquentem ecclesiasticum quando suadet aliquid quod agendum est non solum docere ut instruat et delectare ut teneat, verum etiam flectere ut vincat. Ille quippe iam remanet ad consensionem flectendus eloquentie granditate, in

quo id non egit usque ad eius confessionem demonstrata veritas adiuncta etiam suavitate dictionis. Cui suavitati tantum opere impensum est ab hominibus ut non facienda verum etiam fugienda ac detestanda tot et tanta mala atque turpia que malis et turpibus persuasa sunt disertissime non ut eis consentiatur sed sola delectationis gratia legitentur. Avertat deus ab ecclesia sua quod de synagoga Iudeorum Ieremias propheta commemoravit dicens: Pavor et horrenda facta sunt super terram; prophete prophetabant iniqua et sacerdotes plausum dederunt manibus suis et plebs mea dilexit sic; et quid facietis in futurum? O eloquentia tanto terribilior quanto purior, et quanto solidior tanto vehementior! O vere securis concidens petras! Huic enim simile est verbum suum quod per sanctos prophetas fecit per hunc ipsum prophetam deus ita dixit. Absit itaque, absit a nobis ut sacerdotes plaudant iniqua dicentibus et plebs dei diligat sic. Absit inquam a nobis tanta dementia. Nam quid faciemus in futuro? Et certe minus intelligantur, minus placeant, minus moveant que dicuntur, vera tamen dicantur, et iusta non iniqua libenter audiantur. Quod utique non fieret nisi suaviter dicerentur. In populo autem gravi digno cui dictum est: In populo gravi laudabo te, nec illa suavitas delectabilis est qua non quidem iniqua dicuntur, sed exigua et fragilia bona spumeo verborum ambitu ornantur, qualia nec magna atque stabilia decenter et graviter ornarentur. Est tale aliquid in epistola beati Cypriani quod ideo puto vel accidisse vel consulto factum esse ut sciretur a posteris quam linguam doctrine christiane sanitas ab ista redundantia revocaverit et ad eloquentiam graviorem modestioremque restrinxerit, qualis in eius consequentibus litteris secure amatur, religiose appetitur, sed difficillime impletur. Ait ergo quodam loco: Petamus hanc sedem, dant secessum vicina secreta, ubi dum erratici palmitum lapsus pendulis nexibus per arundines baiulas repunt, viteam porticum frondea tecta fecerunt. Non dicuntur ista nisi mirabiliter affluentissima fecunditate facundie, sed profusione nimia gravitate displicent. Qui vero hec amant, profecto eos qui non ita dicunt sed castigatius eloquuntur non posse ita eloq

xv consistimat non medio istam vitae ... propter iste vir sanctus et posse et ornate sic dicere quia dixit alicubi et nolle quemadmodum nusquam. Agit itaque noster iste eloquens cum iusta et bona et sancta dicit neque enim alia dicere debet; agit ergo quantum potest cum ista dicit ut intelligenter ut libenter ut obedienter audiatur. Et hec se posse si potuerit et in quantum potuerit pietate magis orationum quam oratorum facultate non dubitet ut orando pro se ac pro illis quos est allocuturus sit orator antequam doctor. Ipsa hora iam ut dicat accedens priusquam exerat proferentem linguam ad deum levet animam sitientem ut eructet quod biberit vel quod impleverit fundat. Cum enim de unaquaque re que secundum fidem dilectionemque tractanda sunt multa sint que dicantur et multi modi quibus dicantur ab his qui hec sciunt quis novit quid ad presens tempus vel nobis dicere vel per nos expediat audiri nisi qui corda omnium videt; et quis facit ut quod oportet et quemadmodum oportet dicatur a nobis nisi in cuius manu sunt et nos et sermones nostri. Ac per hoc discat quidem omnia que docenda sunt qui et nosse vult et docere facultatemque dicendi ut decet ecclesiasticum comparet; ad horam vero ipsius dictionis illud potius bone menti cogitet convenire quod dominus ait: Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Si ergo loquitur in eis spiritus sanctus qui persequentibus traduntur pro Christo cur non est in eis qui tradunt discentibus Christum?

xvi Quisquis autem dicit non esse hominibus precipiendum quid vel quemadmodum doceant si doctores efficit sanctus spiritus potest dicere nec orandum nobis esse quia dominus ait: Scit pater vester quid vobis necessarium sit priusquam petatis ab eo; aut apostolum Paulum Thimotheo et Tyto non debuisse precipere quid vel quemadmodum preciperent aliis. Quas tres apostolicas epistolas ante oculos habere debet cui est in ecclesia persona doctoris imposita. Nonne in prima ad Thimotheum legitur: Annuncia hec et doce. Que autem sint supra dictum est. Nonne ibi est: Seniorem ne increpaveris sed obsecra ut patrem. Nonne in secunda ei dicitur: Formam habe sanorum sermonum que a me audisti. Nonne ibi ei dicitur: Satage te ipsum probabilem exhibere deo operarium non erubescentem recte tractantem verbum veritatis. Ibi est et illud: Predica verbum insta oportune inportune argue hortare increpa in omni longanimitate et doctrina. Item ad Tytum nonne dicit episcopum iuxta doctrinam fidelibus perseverantem esse debere ut potens sit et in doctrina sana exhortari et contradicentes redarguere. Ibi et dicit: Tu vero loquere que decet sanam doctrinam senes sobrios esse et que sequuntur. Ibi et illud: Hec loquere et exhortare et increpa cum omni imperio. Nemo te contempnat. Admone illos principibus et potestatibus subditos esse et cetera.

xvii Quid ergo putamus? Numquid contra seipsum sentit apostolus qui cum dicat doctores operatione spiritus sancti fieri ipse illis precipit quid et quemadmodum doceant. An intelligendum est et hominum officia ipso spiritu sancto largiente in docendis etiam ipsis doctoribus non debere cessare et tamen neque qui plantat esse aliquid neque qui rigat sed qui incrementum dat deus. Unde etiam ipsis ministris sanctis hominibus vel etiam sanctis angelis operantibus nemo recte discit que pertinent ad vivendum cum deo nisi fiat a deo docilis deo, cui dicitur in psalmo: Doce me facere voluntatem tuam quia deus meus es tu. Ideo et Tymotheo idem dicit apostolus loquens utique ad discipulum doctor: Tu autem permane in hiis que didicisti et tradita sunt tibi sciens a quo didiceris. Sicut enim corporis medicamenta que hominibus ab hominibus adhibentur non nisi eis prosunt quibus deus operatur salutem qui et sine illis mederi potest cum sine ipso illa non possint et tamen adhibentur et si hoc officiose fiat inter opera misericordie vel beneficentie deputatur ita et adiumenta doctrine tunc prosunt anime adhibita per hominem cum deus operatur ut prosint qui potuit evangelium dare homini etiam non ab hominibus neque per hominem. Qui ergo nititur dicendo persuadere quod bonum est nihil horum trium spernens ut scilicet doceat ut delectet ut flectat oret atque agat ut quemadmodum supra diximus intelligenter libenter obedienterque audiatur. Quod cum apte et convenienter facit non immerito eloquens dici potest

Vel doctor vel predicator pro se et pro his quos predicat vel docet

Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini

et si non eum sequatur auditoris assensus
xviii adhibet omnia tria, et ut doceat, ut de-
lectet, ut flectat. Etiam illa tria videtur
pertinere voluisse ipse Romani auctor elo-
quii, cum inde dixit: Is erit igitur elo-
quens qui poterit parva submisse, modica tem-
perate, magna granditer dicere; tamquam
si adderet illa etiam tria et sic explica-
ret unam eandemque sententiam dicens: Is erit
igitur eloquens qui ut doceat poterit
parva submisse, ut delectet modica tem-
perate, ut flectat granditer dicere. Hec autem
tria ille sicut ab eo dicta sunt in cau-
sis forensibus posset ostendere, non autem hic,
est in ecclesiasticis questionibus, in quibus
huius quem volumus informare sermo
versatur. In illis enim ea parva dicun-
tur de rebus pecuniariis iudicandum
est, ea magna ubi de salute ac de capi-
te hominum, ea vero ubi nichil horum
iudicandum est, nec id agitur ut agat aut
decernat, sed tantummodo ut delectetur
auditor, inter utrumque quasi media
et ob hoc modica, hoc est moderata di-
xerunt. Modicis enim modus nomen
imposuit. Nam modica pro parvis ab-
usive non proprie dicimus. In istis autem
nostris quando quidem omnia, maximeque
de loco superiore populis dicimus,
ad hominum salutem nec temporalem
sed etiam eternam referre debemus, ubi
etiam cavendus est eternus interitus,
omnia magna que dicimus usque
adeo ut nec de ipsis pecuniariis re-
bus vel acquirendis vel amittendis
parva videri debeant que doctor eccle-
siasticus dicit, sive sit illa magna sive
parva pecunia. Neque enim parva est iusti-
tia, quam profecto et in parva pecunia custodire
debemus, dicente Domino: Qui in mini-
mo fidelis est et in magno fidelis
est. Quod ergo minimum est, minimum est; sed in minimo
fidelem esse magnum est. Nam sicut
ratio rotunditatis, id est ut a puncto medio
omnes linee pares in extrema ducantur,
eadem est in magno disco que in
minimo nummo, ita ubi parva iuste ge-
runtur, non minuitur iusticie magnitudo.
De ipsis denique iudiciis secularibus, quibus utique
et de pecuniariis, cum loqueretur Apostolus:
Audet quisquam vestrum, inquit, adversus al-
terum negocium habens iudicari apud iniquos,
et non apud sanctos? An nescitis quia
sancti mundum iudicabunt? Et si in
vobis iudicabitur mundus, indigni estis
qui de minimis iudicetis? Nescitis
quia angelos iudicabimus, ne dum se-
cularia? Secularia igitur iudicia si ha-
bueritis, eos qui contemptibiles sunt

in ecclesia, hos collocate ad iudicandum.
Ad reverentiam vobis dico. Sic non est
inter vos quisquam sapiens qui possit in-
ter fratrem suum iudicare? Sed frater cum
fratre iudicatur, et hoc apud infideles?
Iam quidem omnino delictum est quia
iudicia habetis vobiscum. Quare non
magis iniquitatem patimini? quare
non potius fraudamini? Sed vos in-
iquitatem facitis et fraudatis, et hoc
fratribus. An nescitis quia iniqui regnum quia
Dei non possidebunt? Quid est quod
sic indignatur Apostolus, sic corripit,
sic exprobrat, sic increpat, sic minatur?
Quid est quod sui animi affectum tam
crebra et aspera vocis mutatione testatur?
Quid est quod de rebus tam
minimis tam granditer dicit? Tantine
secularia negocia meru-
erunt? Absit. Sed hoc propter iusticiam, cari-
tatem, pietatem, que nulla sobria
mente dubitante etiam in rebus
quibuslibet minimis magna sunt. Sa-
ne si moneremus homines quemad-
modum ipsa negocia secularia vel
pro se vel pro suis apud ecclesiasticos
deberent agere, recte ammonere-
mus ut agerent tamquam parva submis-
se. Cum vero de illius viri disputa-
mus eloquio quem volumus esse do-
ctorem rerum quibus liberamur
ab eternis malis atque ad eterna
pervenimus bona, ubicumque agitur
hoc, sive apud populum, sive privatim, si-
ve ad unum, sive ad plures, sive ad ami-
cos, sive ad inimicos, sive in continua
dictione, sive in collocutione, sive
in tractatibus, sive in libris, sive in
epistolis vel longissimis vel brevissimis,
magna sunt. Nisi forte quia ca-
lix aque frigide res minima at-
que vilissima est, ideo minimum aliquid
atque vilissimum Dominus dixit, quod eum
qui dederit discipulo eius, non perdet mer-
cedem suam. Aut vero cum iste doctor
in ecclesia facit inde sermonem, parvum
aliquid debet existimare se dicere, et ideo
non temperate, non granditer, sed submisse
esse dicendum. Nonne cum de hac re
loqueremur ad populum,
et Deus affuit ut non inconvenienter dicerentur
tamquam de illa aqua frigida flam-
ma quedam surrexit, que etiam fri-
gida hominum pectora ad misericordie
facienda spe celestis mercedis accen-
deret. Et tamen cum doctor iste debeat xix

rerum doctor esse magnarum non semper
eas debet granditer dicere sed summis-
se cum aliquid vituperatur sive lauda-
tur. Cum vero aliquid agendum est et ad
eos loquimur qui hoc agere debent
nec tamen volunt tunc ea que ma-
gna sunt dicenda sunt granditer
et ad flectendos animos congruenter.
Et aliquando de una eademque re et summis-
se dicitur si docetur et temperate si pre-
dicatur et granditer si adversus inde cogi-
mus ut convertatur impellitur. Quid
enim deo ipso maius est? Numquid ideo
non discitur? Aut qui docet unitatem
trinitatis debet nisi summissa dispu-
tacione agere ut res ad dinoscen-
dum difficilis quantum datur possit
intelligi? Numquid hic ornamen-
ta et non documenta queruntur?
Numquid ut aliquid agat est flec-
tendus auditor et non potius ut
discat instruendus? Porro cum
laudatur deus sive de se ipso
sive de operibus suis quanta facie-
s pulcre ac splendide dictionis
oboritur ei qui potest quantum
potest laudare quem nemo con-
venienter laudat nemo quomodocu-
mque laudat. At si non colitur aut si cu-
m illo vel etiam pro illo colantur ydo-
la sive demonia sive quecumque
creatura quantum hoc malum sit
atque ut ab hoc malo avertantur
homines debet utique granditer di-
ci. Summisse dictionis exemplum
est apud apostolum paulum ut pla-
nius aliquid commemorem ubi ait
dicite michi sub lege volentes es-
se legem non audistis? Scriptum
est enim quoniam habraham du-
os filios habuit unum de ancilla et
unum de libera. Sed ille quidem qui
de ancilla secundum carnem
natus est. Qui autem de libera
per repromissionem que sunt in allegoria.
Hec enim sunt duo testamen-
ta. Unum quidem a monte syna
in servitutem generans quod est agar.
Syna enim mons est in arabia
qui coniunctus est huic que nunc
est ierusalem et servit cum filiis suis.
Que autem sursum est ierusalem libera

est que est mater nostra et cetera. Item quod ubi rogat
et dicit fratres mei secundum hominem
dico tamen hominis confirmatum testa-
mentum nemo irritum facit aut super-
ordinat. Abrahe dicte sunt promissio-
nes et semini eius. Non dicit et semi-
nibus tamquam in multis sed
tamquam in uno et semini tuo quod
est christus. Hoc autem dico testamen-
tum confirmatum a deo que post
quadringentos et triginta annos
facta est lex non infirmat ad e-
vacuandas promissiones. Si enim
ex lege hereditas iam non ex promis-
sione. Abrahe per repromissionem do-
navit deus. Et quia occurrere poterat
audientis cogitationi ut quid
ergo lex data est si ex illa non est
hereditas. Ipse sibi hoc obiecit at-
que ait velut interrogans. Quid
ergo lex? Deinde respondit transgres-
sionis gratia posita est donec ve-
niret semen cui promissum est dispo-
sita per angelos in manu mediato-
ris. Mediator autem unius non e-
st. Deus vero unus est. Et hoc occur-
rebat quod sibi ipse proposuit. Lex ergo
adversus promissa dei? et respondit absit.
Et reddidit rationem dicens si enim
data esset lex que posset vivifica-
re omnino esset ex lege iusticia. Sed
conclusit scriptura omnia sub peccato ut
promissio ex fide ihesu christi daretur
credentibus et cetera. Et si quid
huiusmodi est. Pertinet ergo ad
docendi officium non solum aperire
clausa et nodos solvere questionum
sed etiam dum hoc agitur aliis
questionibus que fortassis in-
ciderint ne id quod dicimus improbe-
tur vel refellatur occurrere. Si
tamen et ipsarum solucio occurrerit
ne moveamus quod auferre
non possimus. Fit autem ut cum
incidentes questioni alie que-
stiones et alie rursus incidentibus
incidentes pertractantur atque
solvuntur ut in tantam longitudi-
nem ratiocinationis extenditur
intentio ut nisi memoria plurimum

docetur temperate cum aliquid

xx Exemplum loquendi summisse

que

valeat atque instet ad eum quem agebat dispositum tenere non possit. Valde autem bonum est ut quidquid contradici potest si occurrerit refutetur, et non ibi occurrat ubi non erit qui respondeat, aut praesens quidem est sed tamen tacenti occurrerit et minus sanatus abscedit. In illis autem apostolicis verbis dicto temperatum est sermocinium, non increpantis sed obsecra ut patrem, iuniores ut fratres, anus ut matres, adolescentulas ut sorores. Et in illis: Obsecro autem vos fratres per misericordiam Dei ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam sanctam Deo placentem. Et totus fere ipsius exhortationis locus temperatum habet eloquutionis genus, ubi illa pulchriora sunt in quibus propria propriis tamquam debita reddita decenter decurrunt, sicuti est: Habentes dona diversa secundum gratiam que data est nobis, sive prophetiam secundum regulam fidei, sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina, sive qui exhortatur in exhortatione, qui tribuit in simplicitate, qui praeest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odio habentes malum, adherentes bono, caritate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem prevenientes, studio non pigri, spiritu ferventes, Domino servientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentes vos; benedicite et nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus, idipsum invicem sentientes. Et quam pulchre ista omnia sic effusa bimembri circuitu terminantur: non alta sapientes sed humilibus consentientes. Et aliquanto post: Idipsum, inquit, perseverantes; reddite omnibus debita: cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem. Que membratim effusa etiam ipso clauduntur circuitu quem duo membra contexunt: Nemini quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis. Et post paululum: Nox precessit, dies autem appropinquavit. Abiciamus ergo itaque opera tenebrarum et induamus nos arma lucis; sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et emulatione, sed induite Dominum Ihesum Christum, et carnis providentiam ne in concupiscentiis feceritis. Quod si quisquam ita diceret: Et carnis providentiam ne in concupiscentiis feceritis, sine dubio aures clausula numerosiore mulceret, sed gravior interpres etiam ordinem maluit tenere verborum. Quomodo autem hoc in greco eloquio sonet, quo est locutus apostolus, viderint eius eloquii usque ad ista doctiores. Michi tamen quod nobis eodem verborum ordine interpretatum est nec ibi videtur currere numerose. Sane hunc eloquentie ornatum qui numerosis fit clausulis deesse fatendum est auctoribus nostris. Quod utrum per interpretes factum sit an, quod magis arbitror, consulto illi ista plausibilia devitarunt, affirmare non audeo, quoniam me fateor ignorare. Illud tamen scio, quod si quisquam eiusdem numerositatis peritus illorum clausulas eorum numeris componat, quod facillime fit mutatis quibusdam verbis que tantundem significatione valent vel mutato eorum que invenerit ordine, nichil illorum que velud magna in scolis grammaticorum aut rhetorum didicit in illis divinis viris defuisse cognoscet; et multa reperiet locutionis genera tanti decoris, que quidem et in nostra sed maxime in sua lingua decora sunt, quorum nullum in eis quibus isti inflantur litteris invenitur. Sed cavendum est ne divinis gravibusque sententiis, dum additur numerus, pondus detrahatur. Nam illa

musica disciplina ubi numerus iste plenissime discitur usque adeo non desunt prophetis nostris ut vir doctus Ieronimus quorundam etiam metra commemoret in hebrea dumtaxat lingua cuius ut verba veraciter interpretaret in iis hec non transtulit Ego autem ut de sensu meo loquar qui michi quam aliis et quam aliorum est utique notior sicut in meo eloquio quantum modeste fieri arbitror non pretermitto istos numeros clausularum ita in auctoribus nostris hoc michi plus placet quod ibi eos rarissime invenio

[illegible] granditer et temperate

Grande autem dicendi genus hoc maxime distat ab isto genere temperato quod non tam verborum ornatibus comptum est quam violentum animi affectibus Nam capit etiam illa ornamenta pene omnia sed ea si non habuerit non requirit Fertur quippe impetu suo et elocutionis pulchritudinem si occurrerit vi rerum rapit non cura decoris assumit Satis enim est ei propter quod agitur ut verba congruentia non oris eligantur industria sed pectoris sequantur ardorem Nam si aurato gemmatoque ferro vir fortis armetur intentissimus pugne agit quod agit illis armis agit non quia pretiosa sed quia arma sunt idem ipse est tamen et valet plurimum et cum rimanti telo ira facit arma Agit apostolus ut pro evangelico ministerio patienter mala huius temporis cum solacione donorum dei omnia tolerentur Magna res est et granditer agitur nec desunt ornamenta dicendi

[illegible] granditer

Ecce nunc inquit tempus acceptabile ecce nunc inquit dies salutis Nullam in quoquam dantes offensionem ut non reprehendatur ministerium nostrum sed in omnibus commendantes nosmetipsos ut dei ministros in multa paciencia in tribulacionibus in necessitatibus in angustiis in plagis in carceribus in sedicionibus in laboribus in vigiliis in ieiuniis in castitate in sciencia in longanimitate in benignitate in spiritu sancto in caritate non ficta in verbo veritatis in virtute dei per arma iusticie dextra et sinistra per gloriam et ignobilitatem per infamiam et bonam famam ut seductores et veraces ut qui ignoramur et cognoscimur quasi morientes et ecce vivimus ut coherciti et non mortificati ut tristes semper autem gaudentes sicut egentes multos autem ditantes tamquam nichil habentes et omnia possidentes Vide adhuc ardentem Os nostrum patet ad vos o corinthii cor nostrum dilatatum est et cetera que persequi longum est Item ad romanos agit ut persecutiones huius mundi caritate vincantur spe certa in adiutorio dei Agit autem et granditer et ornate Scimus ~~autem~~ inquit quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum hiis qui secundum propositum vocati sunt sancti Quoniam quos ante prescivit et predestinavit conformes fieri ymaginis filii sui ut sit ipse primogenitus in multis fratribus Quos autem predestinavit illos et vocavit Et quos vocavit ipsos et iustificavit Quos autem iustificavit illos et glorificavit Quid ergo dicemus ad hec Si deus pro nobis quis contra nos Qui proprio filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum quomodo non cum illo omnia nobis donavit Quis accusabit adversus electos dei Deus qui iustificat Quis est qui condempnet christus ihesus qui mortuus est magis autem qui resurrexit qui est ad dexteram dei qui et interpellat pro nobis Quis nos separabit a caritate christi tribulacio an angustia an persecucio an fames an nuditas an periculum an gladius sicut scriptum est Quia propter te mortificamur tota die estimati sumus ut oves occisionis Sed in hiis omnibus superavimus propter eum qui dilexit nos Certus sum enim quia neque mors neque vita neque angelus neque principatus neque presencia neque futura neque virtutes neque altitudo neque profundum neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei que est in christo ihesu domino nostro Ad galatas autem quamvis tota illa epistola submisso dicendi genere scripta sit nisi in extremis partibus ubi

est eloquium temperatum tamen in eo ponit quandam locutionem commociorem animi ut sine ullis quidem talibus ornamentis qualia sunt in his que modo posuimus non posset tamen nisi granditer dici. Dies inquit observatis et annos et menses et tempora. Timeo vos ne forte sine causa laboraverim in vobis. Estote sicut ego quoniam et ego sicut vos fratres precor vos. Nichil me lesistis. Scitis quia per infirmitatem carnis iam pridem evangelizavi vobis et temptacionem vestram in carne mea non sprevistis neque respuistis sed sicut angelum dei excepistis me sicut Jhesum Christum. Que ergo fuit beatitudo vestra? Testimonium vobis perhibeo quia si fieri posset oculos vestros eruissetis et dedissetis michi. Ergo inimicus factus sum vobis verum predicans? Emulantur vos non bene sed excludere vos volunt ut eos emulemini. Bonum est autem emulari in bono semper et non solum cum presens sum apud vos. Filioli mei quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis. Vellem autem nunc adesse apud vos et mutare vocem meam quia confundor in vobis. Numquid hic aut contraria contrariis verba sunt reddita aut aliqua gradacione sibi subnexa sunt aut cesa et membra

xxi circuitusque sonuerunt? Et tamen non ideo tepuit grandis affectus quo eloquium fervere sentimus. Sed apostoli ista sic clara sunt ut et profunda sint atque ita conscripta memorieque mandata ut non solum lectorem et auditorem verum eciam expositorem desiderent si quis in eis non superficie contentus altitudinem querat. Quapropter videamus ista genera dicendi in eis qui istorum lectione ad rerum divinarum atque saluberrimam scienciam profecerunt eamque ecclesie ministraverunt. Beatus Ciprianus summisso genere dicendi utitur in eo libro ubi de sacramento calicis disputat. Solvit quippe ibi questionem qua queritur utrum calix dominicus aquam solam an eam vino mixtam debeat

Exemplum loquendi summissi sancti Cypriani

habere. Sed exempli gracia aliquid inde ponendum est. Post principium ergo epistole iam solvere incipiens propositam questionem: Admonitos autem nos scias inquit ut in calice offerendo dominica tradicio servetur neque aliud fiat a nobis quam quod pro nobis dominus prior fecit ut calix qui in commemoracione eius offertur mixtus vino offeratur. Nam cum dicat Christus ego sum vitis vera sanguis Christi non aqua est utique sed vinum. Nec potest videri sanguis eius quo redempti et vivificati sumus esse in calice quando vinum desit calici quo sanguis Christi ostenditur qui scripturarum omnium sacramento ac testimonio predicatur. Invenimus enim in genesi circa sacramentum Noe hoc idem precucurrisse et figuram dominice passionis illic extitisse quod vinum bibit quod inebriatus est quod in domo sua nudatus est quod fuit recubans nudis et patentibus femoribus quod nuditas illa patris a medio filio denotata est et a maiore et minore contecta et cetera que necesse non est exequi cum satis est hoc solum complecti quod Noe typum future veritatis ostendens non aquam sed vinum biberit et sic ymaginem dominice passionis expresserit. Item in sacerdote Melchisedech dominici sacramenti prefiguratum videmus secundum quod scriptura divina testatur et dicit: Et Melchisedech rex Salem protulit panem et vinum. Fuit autem sacerdos dei summi et benedixit Abraham. Quod autem Melchisedech typum Christi portaret declarat in psalmis spiritus sanctus ex persona patris ad filium dicens: Ante luciferum genui te, tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Hec et alia que sequuntur huius epistole summisse dictionis modum servant quod explorare facile est legentibus.

Sanctus quoque Ambrosius cum ageret rem magnam de spiritu sancto ut eum patri et filio demonstraret equalem, summisso tamen dicendi genere utitur, quoniam res suscepta non ornamentum verborum aut ad flectendos animos commotionis affectum sed rerum documenta desiderat. Ergo inter cetera in principio huius operis ait: Commotus oraculo Gedeon, cum audisset quod deficientibus licet populorum milibus in uno viro dominus plebem suam ab hostibus liberaret, obtulit edum caprarum, cuius carnem secundum preceptum angeli et azima supra petram posuit et ea iure perfudit, que simul ut virge cacumine quam gerebat angelus dei contigit, de petra ignis erupit atque ita sacrificium quod offerebatur absumptum est. Quo indicio declaratum videtur quod petra illa typum habuerit corporis Christi. Quia scriptum est: Bibebant de consequenti petra; petra autem erat Christus. Quod utique non ad divinitatem eius sed ad carnem relatum est, que sitientium corda populorum perenni rivo sui sanguinis inundavit. Iam tunc ergo in misterio declaratum est quia dominus Ihesus in carne sua totius mundi peccata crucifixus aboleret, nec solum delicta factorum sed etiam cupiditates animorum. Caro enim hedi ad culpam facti refertur, ius ad illecebras cupiditatum, sicut scriptum est: Quia concupivit populus cupiditatem pessimam et dixerunt: Quis nos cibabit ~~cibabit~~ carne? Quod igitur extendit angelus virgam et tetigit petram de qua ignis exiit, ostenditur quod caro domini spiritu repleta divino peccata omnia humane condicionis exureret. Unde et dominus ait: Ignem veni mittere in terram. In quibus rei docende ac probande maxime intendit.

Exemplum loquendi temperate ex Cypriano

Temperate dicendi genus apud Ciprianum virginitatis illa laudatio: Nunc nobis ad virgines sermo est.

De laude virginitatis

Quarum quo sublimior gloria est maior et cura. Flos est ille ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratie spiritualis, leta indoles, laudis et honoris opus integrum atque incorruptum, dei imago respondens ad sanctimoniam domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas atque in illis largiter floret ecclesie matris gloriosa fecunditas; quantoque ~~copiosa~~ plus gloriosa virginitas numero suo addit, tanto gaudium matris augescit. Et alio loco in fine epistole: Quomodo portavimus, inquit, imaginem eius qui de limo est, portemus et imaginem eius qui de celo est. Hanc imaginem virginitas portat, portat integritas, sanctitas portat et veritas; portant discipline dei memores, iusticiam cum religione retinentes, stabiles in fide, humiles in timore, ad omnem tolleranciam fortes, ad sustinendas iniurias mites, ad faciendam misericordiam faciles, fraterna pace unanimes atque concordes. Que vos singula, o bone virgines, observare, diligere, implere debetis, que deo et Christo vacantes ad dominum cui vos dicastis maiore et meliore ~~parte~~ parte precedentes. Provecciores annis iunioribus facite magisterium; minores natu prebete comparibus incitamentum; hortamentis nos mutuis excitate; emulis de virtute documentis ad gloriam provocate; durate fortiter, spiritualiter pergite, pervenite feliciter. Tantum mementote tunc nostri, cum incipiet in vobis virginitas honorari. Ambrosius etiam genere dicendi temperato et ornato professis virginibus proponit tamquam sub exempli forma quod moribus imitentur, et dicit: Virgo erat non solum corpore sed etiam mente, que nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum, corde humilis, verbis gravis, animo prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto divitiarum sed in prece pauperis spem reponens, intenta operi, verecunda sermone

Qualis esse debet virgo secundum Ambrosium

arbitrium mentis non hominis sed eius qui est
iudicium sedes. Bene velle omnibus assurgere
maioribus mitem equalibus non in inde-
cente iactantia vane superbie animae vitium.
Cum ista ut multum legit pictores qui differt
appingunt qui fastidiunt simile. Cum vi-
debile qui imitantur in ope eos plerumque
sita estius morum in vise quos mira nocu-
besit neque ... verecundia nichil tur-
pe in oculis nichil in verbis protervum nichil
in actu verecundum non gestus fractior.
Non incessus solucior non vox petulan-
tior ipsa corporis species simulacrum sit m-
entis et figura probitatis. Bona quippe do-
mus in ipso vestibulo debet agnosci ac
primo predicat ingressu nichil intus late-
re tenebrarum tanquam lucerne lux intus
posita foris luceat. Quid ergo describere
aliorum physonomia officiorum in tedium
... alium visum nam ... fingere
alium pene ipsi ne desinere illic nulla
inesse illic intempesta tempora. Hic
congeminati ... dnes et si qui testi
ciendi successis voluntatibus plerum-
que obuius qui morte ... non deli-
cias ... Hec autem precipue incompu-
timus temporum ... possim quia no-
bis agit ut ... vocantur que
non noverit ... qualiter ...
que iam note sunt. Nam ut aggredi-
amur ... tantum ac tale ... pro lo-
quendi utique dicendi genere debet con-
tinere et attendi. Sed ... pro vinis
... non desinit capiendo
... proposito scripsit. Iste non est
etiam ... magis attendere
eloquio verum ... quod ambo ege-
runt dictionis ... exempla me-
moranda. Ambo quippe inventi sunt
in quibus que forma pingitur colorant
ut ... Zeno pictor ille
... agit agere ... Sed quos
pingendi artifices ... ultimo
et speciem et corporis equalitate ... cum
colores signasset et signato iam
consummatoque simulacro manus
... ut iam formatam
pictam quasi pictor reformaret.

quibus pictor artificis ... ract
ipsa indignatio videretur ... tute
... in prima faciem tu
... audacia de
artificis offensam ut eius impu-
dica ... hominis et ... facies
... non sis corruptis
violatisque que deinde sunt peyor
adulteria ... Quod or-
nare pictis ... impugna-
tio est ista divini operis ... imitati-
o est viciis. Monet apostolus
noua est ... vetus fer-
mentum ut sitis conspersio sic-
ut estis azimi. Nam pascha nostrum
immolatus est Christus. Itaque
festum celebremus non in fermen-
to veteri neque in fermento malicie et
nequicie sed in azimis sinceritatis et
veritatis. Tu sinceritatis ...
... et ... que sincera sunt
possunt et colorem adulterinum
indignum ... in medi-
cam veram mutare. Dominus tuus
dicit: Non potes facere capillum
unum album aut nigrum et tu ad vincen- Contra illos qui tingunt capillos et faciunt rubeos ...
dum dominum tu vocem vis te
esse potentem ... contra
et ... contemptum eius tu
... malo ... pro
capillos iam et flammeos ... aspi-
cias. Longum est inspicere omnia que
... Ille vero pictor ut in ...
diceret: Hunc illa inquit nasciture
... ut quosque colo-
ribus ... depinxerint ... vis
displicere ... et de adulterio
... adulterium ca-
stitatis. Quantum tamen efficit
...re ... pictura quoque
et ... immutabile ...
perdere ... pictor ... primum
que capit ... et Ita
... placere prius ipsa sibi
displicet. ... nobis ... sic
... deformitate ...
ce ipsum que videri times. Si pul-
chra es quid abscondis? Si de-
formis es cur formosa esse mentiris
... alienum ...
... ille eum alterum dili-
git tu alterum placere ...

si amet aliam qui adulterare nititur
docet. Qualem magis admirare tue
lenocinari refugit etiam quae est
passa lenocinantis vilis mulier
non alteri tamen sed sibi peccare
Tolerabilior hic modum in adul
terio crimina sunt. Ibi enim pu
dicitia est natura adulterium. Sicut
ut existimo apparet feminas necessit
sic adulterium formam et ad
pudorem et amorem. Hic autem
impetu dici vehementer. Submisse namque submis
sum namque temperatum sed grande
omnino genus hoc eloquiorum
negligentius et in hiis autem est
omnibus ponere volui et in aliis
ecclesiasticis viris et bona et bene
id est sicut res postulat acute
ornate ardenter quibus dicentibus
multa eorum scripta ac dicta possunt
hec tria genera reperiri, assidua
lectione vel auditione admixta cum
exercitatione studentibus inole
scere. xxii Nec quisquam praeter disciplinam
esse existimet ista miscere. In uno
quantum congrue fieri potest omnibus
generibus dictio varianda est. Nam
quando prolixa est in uno genere
minus detinet auditorem. Cum
vero fit in aliud ab alio transitus
etsi longius eat decentius
procedit oratio quamvis habeant et
singula genera varietates suas in sermonibus
eloquentium quibus non
sinuntur in eorum qui audiunt sensibus
vel tepescere vel frigescere. Ver
umtamen facilius submissum solum
quam solum grande diutius tol
erari potest. Commotio quippe
animi quanto magis excitanda
est ut nobis assentiatur audi
tor, tanto minus in ea diu
teneri potest cum fuerit quantum
satis est excitata. Et ideo cavendum
est ne dum volumus altius
erigere quod erectum est etiam inde
decidat quo fuerat excitatione per
ductum. Interpositis vero quae sub
misse dicenda sunt bene reditur
ad illa quae opus est granditer
dici ut dictionis impetus sicut

maris estus alternet. Ex quo fit ut
grande dicendi genus si diu
dicendum non debeat esse solum sed a
liorum generum interpositione varietur, tota tamen
eius dictio cuius copia sustentatur
xxxi illi generi ascribitur. Interest enim quod genus cui generi
interponatur vel adhibeatur certis et
necessariis locis. Nam et in grandi
genere semper aut paene semper tempera
ta decet esse principia. Et in potestate est dicentis ut
quaedam submisse dicat non nulla submisse
etiam quae possint dici granditer ut ea
quae dicuntur granditer ex illorum
comparatione grandiora et eorum tamquam
umbris luminosiora reddantur.
In quocumque autem genere aliqua q
uestionum vincula solvenda sunt ac
umine opus est quod sibi submissum
genus proprie vendicat. Ac per hoc eo
genere utendum est et in aliis duobus
generibus quando eis ista incidunt
sicut laudandum aliquid vel vituperan
dum ubi nec damnatio cuiusquam
nec liberatio nec ad actionem quamlibet as
sensio requiritur. In quocumque alio
genere occurrit genus adhiben
dum et interponendum est temperatum.
In grandi ergo genere inveniunt
locos suos duo cetera et in submisso
similiter. Temperatum autem genus non
quidem semper sed aliquando submisso in
diget si ut dixi quaestio cuius
nodus est solvendus incidit vel quando
non nulla quae possent ornari
non ornantur sed submisso sermone dicuntur
ut quibus quasi toris ornamentorum
praebeant eminentiora. Grande
autem genus temperata dictio non
requirit. Ad delectandos quippe non
ad movendos ipsa suscipitur. xxxiii Nec sane
si dicenti crebrius et vehementius accla
metur, ideo granditer putandus est
dicere. Hoc enim et acumina submissi
generis et ornamenta faciunt tempera
ti. Grande autem genus plerumque pon
dere suo voces premit sed lacrimas ex
primit. Denique cum apud Cesaream Mauritanie
populo dissuaderem pugnam
civilem vel potius plus quam civi
lem quam catervam vocabant, neque
enim cives tantummodo verum etiam
propinqui fratres. Postremo parentes ac

filij lapidibus inter se in duas partes divi
si per aliquot dies continuos certo tempore
anni sollempniter dimicabant et quis-
que ut quemque poterat occidebat. E-
gi quidem granditer quantum valui
ut tam crudele atque inveteratum malum
de cordibus et moribus eorum evellerem
pelleremque dicendo. Non tamen egisse
me putavi cum eos audirem ac-
clamantes sed cum flentes viderem.
Acclamationibus quippe se doceri et
delectari flecti autem lacrimis indi-
cabant. Quas ubi aspexi immana-
nem illam consuetudinem a patribus
et avis longeque a maioribus tradi-
tam que pectora eorum hostiliter
obsidebat vel potius possidebat vic-
tam antequam ostenderet re ip-
sa credidi. Moxque sermone finito
ad agendas deo gratias corda atque
ora converti. Et ecce iam ferme octo
vel amplius anni sunt propicio christo
ex quo illic nichil tale temptatum
est. Sunt et alia multa experimen-
ta quibus didicimus homines quid
in eis fecerit sapientis granditas
dictionis non clamore potius quam
gemitu aliquando etiam lacrimis
postremo vite mutatione monstrasse.
Submisso etiam dicendi genere plerique
mutati sunt ut quod nesciebant scirent
aut quod eis videbatur incredibile cre-
derent non autem ut agerent quod agen-
dum iam noverant et agere nolebant.
Ad huiusmodi quippe duriciam flectendam
granditer dicendum. Laudes et vi-
tuperationes quando eloquenter dicuntur
cum sint in genere temperato sic affi-
ciunt quosdam ut non solum in
laudibus et vituperationibus eloqu-
entie delectentur verum et ipsi laudabi-
liter appetant fugiantque vituperabili-
ter vivere. Sed numquid omnes qui delec-
tantur imitantur sicut in grandi genere
omnes qui flectuntur agunt et in
summisso genere omnes qui docentur
sciunt aut credunt verum esse quod
xv nesciunt. Unde colligitur illa duo
genera quod efficere intendunt hiis
genera esse maxime necessaria qui sa-
pienter et eloquenter volunt dicere. Id
vero quod agitur genere temperato ut elo-
quentia ipsa delectet non est propter
seipsum usurpandum sed ut rebus
que utiliter honesteque dicuntur si nec
docente indigent eloquio nec
movente quia et scientes et faven-
tes auditores habent aliquanto
promptius ex delectatione ipsa eloqu-
tionis accedat vel tenacius ad-
hereat assensus. Nam cum eloquen-
cie sit universale officium in quocum-
que ~~genere~~ istorum trium generum dicere
apte ad persuasionem finis autem
id quod intendit persuadere dicendo.
In quocumque istorum genere dicit
quidem eloquens apte ad persua-
sionem. Sed ubi persuadet ad finem
non pervenit eloquentie. Persuad-
et in summisso genere vera ~~ipsa~~ esse
que dicit persuadet in grandi ut
agantur que agenda esse iam scie-
bantur nec aguntur. Persuadet in genere
temperato pulchre ornateque se
dicere. Quo fine nobis quid o-
pus est. Appetant eum qui lingua
gloriantur et se in panegiricis tali-
busque dictionibus iactant ubi
nec docendus nec ad aliquid
agendum movendus sed tan-
tummodo est delectandus auditor.
Nos vero istum referamus ad alium
finem ut scilicet quod efficere vo-
lumus cum granditer dicimus hoc et
isto velimus id est ut bona morum di-
ligantur vel devitentur mala si
ab hac actione non sic alieni sunt
homines ut ad eam grandi genere
dictionis urgendi videantur aut si
iam id agunt agant studiosius
atque in eo firmius perseverent. Ita fit
ut iam temperati generis ornatu
non iactanter sed prudenter utamur.
Non eius fine contenti quo tantum-
modo delectatur auditor sed hoc po-
tius agentes ut iam ipso ad bonum quod
persuadere volumus adiuvetur.
Illa itaque tria que superius posuimus
eum qui sapienter dicit si etiam elo-
quenter vult dicere id agere debere ut
intelligenter ut libenter ut obedienter

audiat. Non sic attendenda sunt tria ista ut singula singulis tribus dicendi generibus ita tribuantur ut ad submissum intelligere, ad temperatum libenter, ad grande pertineat obedienter audiri; sed sic potius ut hec tria semper intendat et quantum potest agat, ut iam enim in illorum usitatum. Nolumus enim fastidiri etiam quod submisse dicimus, ac per hoc nolumus non solum intelligenter, verum etiam libenter audiri. Quid autem agimus divinis testimoniis docendo quod dicimus, nisi ut obedienter audiamur, id est ut credatur eis, opitulante illo cui dictum est: Testimonia tua credibilia facta sunt valde? Quid etiam quid vult nisi credi, qui aliquid quamvis submisso eloquio discentibus narrat? Et quis eum velit audire, nisi aliqua etiam suavitate detineat? Nam si non intelligatur, quis nesciat nec libenter eum posse nec ~~diligenter~~ audiri obedienter?

Plerumque autem ipsa submissa dictio, cum solvit difficillimas questiones et inopinata manifestatione demonstrat; cum sententias acutissimas de nescio quibus quasi cavernis unde non sperabatur eruit et ostendit; cum adversarii convincit errorem et docet falsum esse quod ab illo dici videbatur invictum; maxime quando accedit ei quoddam decus non appetitum, sed quodam modo naturale, et non nulla non iactantiosa, sed quasi necessaria atque, ut ita dicam, ipsis rebus extorta numerositas clausularum, tantas acclamationes excitat ut vix intelligatur esse submissa. Non enim quia incedit nec ornata nec armata, sed tamquam nuda congreditur, ideo non adversarium nervis lacertisque collidit, et obsistentem subruit, ac destruit membris fortissimis resistentem falsitatem. Unde autem crebro et multum acclamatur ita dicentibus, nisi quia veritas sic demonstrata, sic defensa, sic invicta delectat? Et in hoc igitur genere submisso iste noster doctor et dictor id agere debet, ut non solum intelligenter, verum etiam libenter et obedienter audiatur.

Illa quoque eloquentia generis temperati apud eloquentem ecclesiasticum nec inornata relinquitur nec indecenter ornatur, nec solum hoc appetit ut delectet, quod solum apud alios profitetur; sed in his etiam que laudat sive vituperat, ista appetendis vel firmius tenendis, illa devitandis vel respuendis, vult utique obedienter audiri. Si autem non auditur, nec intelligenter potest nec libenter audiri. Proinde tria ista ut intelligant qui audiunt, ut delectentur, ut obediant, etiam in hoc genere agendum est, ubi tenet delectatio principatum. Iam vero ubi movere et flectere grandi genere opus est auditorem, quod tunc opus est quando et dicit et placuisse confitetur, et tamen non vult facere quod dicit, dicendum est procul dubio granditer. Sed quis movetur si nescit quod dicitur? aut quis tenetur ut audiat, si non delectatur? Unde et in isto genere ubi ad obedientiam cor durum dictionis granditate flectendum est, nisi et intelligenter et libenter qui dicit audiatur, non potest obedienter audiri. Habet autem ut obedienter audiatur, quantacumque granditate dictionis maius pondus vita dicentis. Nam qui sapienter et eloquenter dicit, vivit autem nequiter, erudit quidem multos discendi studiosos, quamvis anime sue sit inutilis; sicut scriptum est de scribis et phariseis super cathedram Moysi sedentibus: que dicunt facite, que autem faciunt facere nolite; dicunt enim et non faciunt. Unde ait Apostolus: Sive occasione sive veritate Christus annuntietur. Christum autem veritas annuntiat, et tamen etiam non veritate annuntiari potest, ut pravo et fallaci corde que recta et vera sunt predicentur. Sic quippe annuntiatur Ihesus Christus ab eis qui sua querunt, non que Ihesu Christi. Sed quoniam boni fideles non quemlibet hominum, sed ipsum Dominum obedienter audiunt, qui ait: Que dicunt facite, que autem faciunt facere nolite; dicunt enim et non faciunt, ideo audiuntur utiliter et qui utiliter non agunt. Sua enim querere student, sed sua docere non audent de loco

filius superioris sedis ecclesiastice quam sana doctrina constituit propter quod ipse dominus de talibus commemorandum dicere premisit super cathedram moysi sedent. Illa ergo cathedra non eorum sed moysi cogebat eos bona dicere etiam non bona facientes. Agebant ergo sua in vita sua docere autem sua cathedra illos aliena non permittebat. Multis itaque prosunt dicendo que non faciunt sed longe pluribus prodessent faciendo que dicunt. Habundant enim qui male vite sue defensionem ex ipsis suis prepositis et doctoribus querunt respondentes corde suo aut etiam si ad hoc erumpunt ore suo atque dicentes Quod michi precipis cur ipse non facis. Ita fit ut eum non obedienter audiant qui se ipse non audit et dei verbum quod eis predicatur simul cum ipso predicatore contempnant. Denique apostolus scribens ad thymotheum cum dixisset Nemo adolescentiam tuam contempnat subiecit unde non contempneretur atque ait Forma esto fidelium in sermone in conversatione in dilectione in fide in castitate. xxviii Talis doctor ut obedienter audiatur non solum submisse et temperate verum etiam granditer dicit impune quia non contemptibiliter vivit. Sic enim eligit bonam vitam ut etiam bonam non negligat famam sed provideat bona coram deo et hominibus quantum potest illum timendo hiis consulendo. In ipso etiam sermone malit rebus placere quam verbis nec existimet dici melius nisi quod dicitur verius nec doctor verbis serviat sed verba doctori. Hoc est enim quod ait apostolus Non in sapientia verbi ne evacuetur crux christi. Ad hoc valet etiam quod ait ad thymotheum Noli verbis contendere ad nichil enim utile est nisi ad subversionem audientium. Neque enim hoc ideo dictum est ut adversariis oppugnantibus veritatem nichil nos pro veritate dicamus. Et ubi erit quod ait cum diceret

qualis esse episcopus debeat ait ut potens sit in doctrina sana et contradicentes redarguere. Verbis enim contendere est non curare quomodo error veritate vincatur sed quomodo tua dictio preferatur alterius. Porro qui non verbis contendit sive summisse sive temperate sive granditer dicat id agit verbis ut veritas pateat veritas placeat veritas moveat quoniam nec ipsa que precepti finis et plenitudo legis est caritas ullo modo recta esse potest si ea que diliguntur non vera sed falsa sunt. Sicut enim cuius pulchrum corpus et deforme est animus magis dolendus est quam si deforme haberet et corpus ita qui eloquenter que falsa sunt dicunt magis miserandi quam si talia deformiter dicerent. Quid est ergo non solum eloquenter verum etiam sapienter dicere nisi verba in summisso genere sufficientia in temperato splendentia in grandi vehementia veris tamen rebus quas audiri oportet adhibere. Sed qui utrumque non potest dicat sapienter quod non dicit eloquenter potius quam dicat eloquenter quod dicit insipienter. xxix Si autem ne hoc quidem potest ita conversetur ut non solum sibi premium comparet sed et prebeat aliis exemplum et sit eius quasi copia dicendi forma vivendi. Sunt sane quidam qui bene pronunciare possunt quid autem pronuncient excogitare non possunt. Quod si ab aliis sumant eloquenter sapienterque conscriptum memorieque commendent atque ad populum proferant si eam personam gerunt non improbe faciunt. Sic enim etiam fit quod profecto utile est ut multi predicatores veritatis fiant nec multi magistri si unius veri magistri id ipsum dicant omnes et non sint in eis scismata. Nec deterrendi sunt isti voce Jeremie prophete per quam deus arguit eos qui furantur verba eius unusquisque a proximo suo. Qui enim furantur alienum auferunt verbum autem dei non est ab eis alienum qui obtemperant ei. Potiusque ille dicit aliena qui cum dicat

Margin notes: Bona vita et doctrina[?] — est c[ontra] verbis — Contra malos predicatores

bene uiuunt male. Que cuique eum
bona dicit eius ex cogitatione dicere
uidentur ingenio sed a moribus eo-
rum aliena sunt. Quos itaque dixit
deus furari uerba sua qui bo-
ni uolunt uideri loquendo que
dei sunt cum mali sint faciendo
que sua sunt. Nec sane ipsi
dicunt bona que dicunt si dili-
genter attendas. Quomodo enim
dicunt uerbis quod negant factis?
Non enim frustra de talibus dicit
apostolus: Confitentur se nosse deum,
factis autem negant. Quodam ergo
modo ipsi dicunt et rursus quodam
alio modo ipsi non dicunt, quoniam
utrumque uerum est ueritate ait.
De talibus enim loquens: Que di-
cunt, inquit, facite; que autem
faciunt facere nolite. Hoc est quod ex
ore illorum auditis facite, quod
in opere uidetis facere nolite. Di-
cunt enim, inquit, et non faciunt.
Ergo quamuis non faciant, di-
cunt tamen. Sed alio loco tales
arguens: Hypocrite, inquit, quo-
modo potestis bona loqui, cum
sitis mali? Ac per hoc et ea que dicunt cum
bona dicunt, non ipsi dicunt, uolun-
tate scilicet atque opere negando quod
dicunt. Unde contingit ut uir
disertus et malus sermonem quo
ueritas predicatur, quidem non ma-
lum disertum sed a bono ipse com-
ponat. Quod cum fit, ipse a se pro-
tradit alienum, ille ab alieno acci-
pit suum. Cum uero boni fideles bo-
nis fidelibus hanc operam com-
mendant, utrique sua dicunt, quia
et deus ipsorum est, cuius sunt illa
que dicunt, et sua faciunt que
non ipsi componere potuerunt, qui
xxx secundum illa composite uiuunt. Siue
autem apud populum uel apud quoslibet
iam quod dicturus sit, siue quod apud populum
dicendum uel ab eis qui noluerint aut
potuerint legendum est dictaturus,
orat ut deus sermonem bonum
det in os eius. Si enim regina

Quod predicator debet orare in principio sui sermonis

orauit Hester pro sue gentis tem- Hester xiiij
porali salute locutura apud regem, Ester
ut in os eius congruum sermonem
daret, quanto magis orare debet
ut tale munus accipiat qui
pro eterna hominum salute in uerbo
et doctrina laborat? Illi uero qui
ea dicturi sunt que ab aliis
acceperunt, et ante quam accipiunt
orent pro eis a quibus accipiunt,
ut eis detur quod per eos accipere uo-
lunt, et cum acceperint orent
ut bene et ipsi proferant et illi
ad quos proferunt sumant, et
de prospero eloquii exitu ei gra-
tias agant a quo id se accepisse
non dubitant, ut qui glo-
riatur in illo glorietur in cuius
manu sunt et nos et sermones nostri.
Longius euasit liber hic xxxi
quam uolebam quamque pu-
taueram. Sed legenti uel audienti
cui gratus est longus non est.
Cui autem longus est, per partes
eum legat qui habere uult co-
gnitum. Quem uero cognitionis
eius piget, de longitudine
non querat. Ego tamen domino
meo Jhesu Christo gratias ago
quod in his quatuor libris
non qualis ego essem, cui mul-
ta desunt, sed qualis esse de-
beat qui in doctrina sana, id est christi-
ana, non solum sibi sed etiam
aliis laborare studet, quantu-
lacumque potui facultate
disserui. ~~Amen~~
~~Explicit liber de doctrina christiana~~

Incipit tractatus Augustini episcopi in libro
de uera religione

Tunc etiam de vera religione librum scripsi in quo multipliciter et copiosissime disputatur unum verum deum id est trinitatem patrem et filium et spiritum sanctum religione vera colendum et quanta misericordia eius per temporalem dispensationem concessa sit hominibus christiana religio que vera religio est et quod ad eundem cultum dei quemadmodum sit homo quadam vita sua coaptandus maxime tamen contra duas naturas manicheorum liber hic loquitur In hoc libro quodam loco sic inquam ut manifestum atque perceptum nullum errorem in religione esse potuisset si anima pro deo suo non coleret animam aut corpus aut fantasmata sua Et animam pro anima dixi incorpoream posui non loquens more scripturarum que animam cum non translato verbo utuntur nescio quando utrum velint intelligi nisi eam qua vivunt animalia mortalia inter que et homines sunt quamdiu mortales sunt Paulo post autem eundem sensum melius sive brevius expressi locorum ubi dixi Non ergo creature potius quam creatori serviamus nec evanescamus in cogitationibus nostris et perfecta religio est Creaturam quippe uno nomine utramque id est spiritale corporaleque significavi ut quod ibi dixi a fantasmatis suis hoc significet quod hic dixi nec evanescamus in cogitationibus nostris Item quod dixi ea est nostris temporibus christiana religio quam cognoscere et sequi securissima et certissima salus est secundum hoc nomen dictum est non secundum ipsam rem cuius hoc nomen est Nam res ipsa que nunc christiana religio nuncupatur et apud antiquos nec defuit ab initio humani generis quousque ipse christus veniret in carne unde vera religio que iam erat cepit appellari christiana Cum enim eum post resurrectionem ascensionemque in celum apostoli predicare plurimi crederent primum apud antiochiam sicut scriptum est appellati sunt discipuli christiani Propterea dixi hec est nostris temporibus christiana religio non quia prioribus temporibus non fuit sed quia posterioribus hoc nomen accepit Alio loco In libro igitur quantum causa hec quem scripsimus diligentius et pie quantum potes tales deus adiuvat bonos Quod non ita intelligendum est quasi tantum modo tales iij
adiuvat ut adiuvet etiam non tales ut sint diligentes et pie querant tales autem adiuvat ut inveniant Et iiij
quod alibi dixi quantum iam erit quod ut post mortem temporalem quam debemus primo peccato tempore suo atque ordine suo hoc corpus restituetur pristine stabilitati Quod sic accipiendum est quia etiam pristina stabilitas corporis quam peccando amisimus habebat tantam stabilitatem felicitatem ut in defectum vergeret senectutis Huic ergo pristine stabilitati restituetur hoc corpus in resurrectione mortuorum sed habebit amplius ut nec alimentis corporalibus sustentetur sed ad sufficientiam procretur vivificetur solo spiritu cum resurrexerit in spiritum vivificantem quia ea etiam spiritale erit Illud autem quod primum fuit quamvis non moriturum esset nisi homo peccasset tamen animale factum est hoc est in animam viventem Et alibi usque adeo v
inquam peccatum voluntarium malum est ut nullo modo sit peccatum si non sit voluntarium Potest videri falsa hec diffinitio Sed si diligentius discutiatur invenietur esse verissima peccatum quippe illud cogitandum est tantum modo quod tantum peccatum est non quod est etiam pena peccati sicut supra ostendimus quando quedam commemoravimus ex libro tercio de libero arbitrio

Quamvis et illa que non immerito non
voluntaria peccata dicuntur quia vel a nescien-
tibus vel a coactis perpetrantur non
omni modo possunt sine voluntate
committi quoniam et ille qui peccat
ignorans voluntate utique peccat
quod cum faciendum non sit putat
esse faciendum Et ille qui con-
cupiscentem adversus spiritum carnem non
ea que vult facit Concupiscit
quidem nolens et in eo non facit
quod vult Sed si vincitur concupiscentie
consentit volens et in eo non facit nisi
quod vult liber scilicet iustitie servusque peccati
et illud quod in parvulis dicitur originale
peccatum cum adhuc non utantur ar-
bitrio voluntatis non absurde
vocatur etiam voluntarium quia ex
prima hominis voluntate mala contrac-
tum factum est quodammodo hereditarium
Non itaque falsum est quod dixi usque
adeo peccatum voluntarium malum
est ut nullo modo sit peccatum si non
sit voluntarium Ideo gratia dei non
solum reatus omnium preteritorum
solvitur in omnibus qui baptizantur
in Christo quod fit spiritu regenerationis
verum etiam in grandibus voluntas
ipsa sanatur et preparatur a domino quod fit
spiritu fidei et caritatis Alio loco quod
vi dixi de domino Ihesu Christo ni-
chil egit violenter sed omnia suadendo et
monendo non michi occurrerat quod
vendentes et ementes flagello inde
eiecit de templo Sed quid hoc aut
quantum est Quamvis et demones
nolentes ab hominibus non sermo-
ne suasionis sed potestate imperii
vii Item alio loco primus quid de istis se-
quendi sunt qui unum summum bo-
num et verum deum colendum esse dicunt
Si apud illos veritas non illuxit te-
[illegible] migrandum est Quod itaque potest
videri dictum quasi de huius reli-
gionis veritate dubitaverim Dixi autem
sicut ei congruebat cui scribebam
Sic enim dixi si apud hos veritas
non illuxerit nichil dubitans quod
apud eos eluceret quemadmodum
ait apostolus Si Christus non resurrexit

non utique dubitans quod resurrexit Item viii
quod dixi nec miracula illa in nostra tempora
durare permissa sunt ne anima semper in
visibilia quereret et eorum consuetudine
frigesceret genus humanum quorum
novitate flagravit verum est quidem
Non enim nunc usque cum manus impo-
nitur baptizatis sic accipiunt spiritum sanctum
ut loquantur linguis omnium gentium
aut nunc usque ad umbram transeuntium
predicatorum Christi sanantur infirmi Et si qua
talia tunc facta sunt que postea cessasse
manifestum est Sed non sic accipiendum
est quod dixi ut nunc in Christi nomine
fieri miracula nulla credantur Nam
ego ipse quando istum ipsum scripsi librum
ad Mediolanensium corpora martirum
in eadem civitate cecum illuminatum fuisse iam
noveram et alia non nulla qualia
tam multa etiam istis temporibus fiunt
ut nec omnia cognoscere nec omnia
que cognoscimus enumerare possimus
Et alio loco illud quod dixi Sicut ix
ait apostolus Omnis ordo a deo est non
ita dixit apostolus Quam-
vis eadem videatur esse sententia ait quippe
ille Que autem sunt a deo ordinata
sunt Et alibi prius nequaquam nos x
nos fallat quid quisque incipiat in
melioris comparatione contemnitur Hoc
de substantiis atque naturis dictum est
Inde enim disputabatur non de bonis
actionibus atque peccatis Item quod alibi
Sed ne sit quidem inquam ab homine xi
christiano diligendus est ut diliguntur car-
nales fratres filii vel coniuges vel quique
cognati vel affines vel cives Nam
et ista dilectio temporalis est Non enim
ullas tales necessitudines haberemus
que nascendo et moriendo fiunt si natura
nostra in preceptis et ymagine dei ma-
nens in istam corruptionem non
relegaretur Hunc sensum prorsus
improbo quem iam et superius impro-
bavi et in primo libro de Genesi contra
Manicheos Ad hoc enim ducit ut cre-
dantur illi coniuges primi non genera-
turi posteros homines nisi peccassent
tamquam necesse fuerit ut morituri essent
generarent si de concubitu maris
et femine gignerentur Nondum enim

mearum potuisse ut non mortuis parentibus nascerentur si pro illo merito non mutaretur in deterius humana natura ac per hoc si et in parentibus et in filiis fecunditas felicitasque mansisset usque ad certum sanctorum numerum quem praedestinavit deus nascerentur homines non parentibus succedentibus morientibus sed cum viventibus regnaturi esset ergo iste cognationes atque affinitates si nullus delinqueret nullusque moreretur. Item alio loco ad unum deum tendentes et ei uni religantes animas nostras unde religio dicta creditur omni superstitione careamus. In his verbis meis ratio que reddita est unde sit dicta religio plus placuit michi. Nam non me fugit aliam nominis huius originem exposuisse latini sermonis auctores quod inde sit appellata religio quod religitur. Quod verbum compositum est a legendo id est eligendo ut ita latinum videatur religo.

Incipit liber sancti augustini episcopi ypponensis de vera religione.

Cum omnis vite bone ac beate via in vera religione sit constituta qua unus deus colitur et purgatissima pietate cognoscitur principium naturarum omnium a quo universitas et inchoatur et perficitur et continetur. Hinc evidentissime error deprehenditur eorum populorum qui multos deos colere quam unum verum deum et dominum omnium maluerunt. Quod eorum sapientes quos philosophos vocant scolas habebant dissentientes et templa communia. Non enim vel populos vel sacerdotes latebat de ipsorum deorum natura quam diversa sentirent cum suam quisque opinionem publice profiteri non formidaret atque omnibus si posset persuadere moliretur. Omnes tamen cum sectatoribus suis diversa et adversa sentientibus ad sacra communia nullo prohibente veniebant. Non nunc agitur quis eorum propius verum invenerit sed certe illud satis apparet quantum michi videtur aliud eos in religione suscepisse cum populo aliud eodem ipso populo audiente defendisse privatim. Socrates tamen audacior ceteris fuisse perhibetur iurando per canem quemlibet et lapidem quemlibet et quicquid iuraturo esset in promptu et quasi ad manum occurrisset. Credo intelligebat qualiacumque opera nature que administrante divina providentia gignerentur multo quam hominum et quorumlibet opificum esse meliora et ideo divinis honoribus digniora quam ea que in templis colebantur. Non quo vere lapis et canis essent colendi sapientibus sed ut hoc modo intelligerent qui possent tanta superstitione demersos esse homines ut emergentibus hic tam turpis esset demonstrandus gradus ad quem venire si pudori esset viderent quanto magis pudendum esset in turpiore consistere. Simul et illos qui mundum istum visibilem summum deum esse opinabantur admonebat turpitudinis sue docens esse consequens ut quilibet lapis tamquam summi dei particula coleretur. Quod si exhorrerent mutarent sententiam et unum deum quererent quem solum supra mentes nostras esse et a quo omnem animam et totum mundum istum fabricatum constaret. Postea Plato suavius ad legendum quam potentius ad persuadendum scripsit. Non enim isti nati erant ut ipsorum populorum opinionem ad veri cultum a simulacrorum superstitione atque ab huius mundi vanitate converterent. Itaque et ipse Socrates cum populo simulacra venerabatur et post illam damnationem mortemque eius nemo ausus est iurare per canem nec appellare quemlibet lapidem iovem sed hec tantummodo memorie litterisque mandare. Quod utrum timore an aliqua cognitione temporum fecerint iudicare non est meum. Illud tamen fidenter dixerim pace horum omnium qui eorum libros pertinaciter diligunt his temporibus christianis quenam religio potissimum tenenda sit et que ad veritatem ac beatitudinem via sit dubitandum non est. Si enim Plato ipse viveret et me interrogantem non aspernaretur vel potius si quis eius discipuli

sepius eo ipso tempore quo inhiabat ei
sibi ab illo persuaderi non corporeis oculis
sed pura mente veritatem videri cui quecumque
anima inhesisset eam beatam fieri
atque perfectam ad quam percipiendam nichil
magis impedire quam vitam libidinibus
deditam et falsas ymagines rerum
sensibilium que nobis ab hoc sensibili
mundo per corpus impresse varias
opiniones erroresque generarent qua
obrem sanandum esse animum ad intu
endum incommutabilem rerum formam
et eodem modo semper se habentem atque undi
que sui similem pulchritudinem nec distentam
locis nec tempore variatam sed unum atque
idem omni ex parte servantem quam non
crederent esse homines cum ipsa vere summe
que sit cetera nasci occidere fluere labi et
tamen in quantum sunt ab illo eterno deo ar
tifice veritate fabricata consistere
in quibus anime tantum rationali et in
tellectuali datum ut eius eternitatis
contemplatione perfruatur atque afficiatur
ornetur eternamque vitam possit promereri sed
dum nascentium atque transeuntium rerum
amore ac dolore sauciatur et dedita consue
tudini huius vite atque sensibus corporis
inanibus evanescit ymaginibus irridet
eos qui dicunt esse aliquid quod nec
istis videatur oculis nec ullo fantas
mate cogitetur sed mente sola et intel
ligentia cerni queat Cum hec ergo a
magistro persuaderentur si ex eo quereret
ille discipulis utrum si quis existeret
vir magnus atque divinus qui talia po
pulis persuaderet credenda saltem si
percipere non valerent aut si qui po
ssent percipere non pravis opinionibus
multitudinis implicati vulgaribus
obruerentur erroribus eum divinis
honoribus dignum iudicaret responderet
credo ille non posse hoc ab homine fieri nisi
quem forte ipsa dei virtus atque sapientia
ab ipsa rerum natura exceptum nec
hominum magisterio sed intima il
luminatione ab incunabulis illustra
tum tanta illustraret gratia tanta fir
mitate roboraret tanta denique maie
state sublimaret ut omnia contemp
nendo que pravi homines cupiunt et
omnia perpetiendo que horrescunt et
omnia faciendo que mirantur genus
humanum ad tam salubrem fidem
summo amore atque auctoritate conver
teret de honoribus vero eius superfluo
se consuli cum facile possit existimari
quanti honoris debeatur quia sapientie
dei qua gestante et gubernante pro
vera salute humani generis magnum
aliquid proprium et supra ceteros homines
esse meruit Que si facta sunt si
litteris monumentisque celebrantur
si ab una regione terrarum in qua so
la unus colebatur deus et ubi talem
nasci oportebat per totum orbem terrarum
missi electi viri virtutibus atque ser
monibus divini amoris incendia
concitaverunt si confirmata saluber
rima disciplina illuminatas terras
posteris reliquerunt et ne de preteritis
loquar quod cuiquam non credere licet
si hodie per gentes populosque predicatur
In principio erat verbum et verbum erat
apud deum et deus erat verbum Hoc
erat in principio apud deum omnia
per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil
Si ad hoc percipiendum diligendum
perfruendum ut anima sanetur et tante luci
hauriende mentis acies convalescat
dicitur avaris nolite condere the
sauros in terra ubi rubigo et tinea
exterminat et ubi fures effodiunt et furantur
sed thezaurizate vobis thezauros in
celo ubi neque tinea neque rubigo corrumpit
neque fures effodiunt ubi enim est the
saurus tuus ibi est et cor tuum Dicitur
luxuriosis Qui seminat in carne de ca
rne metet corruptionem Qui
seminat in spiritu de spiritu metet vitam
eternam Dicitur superbis Qui se exaltat
humiliabitur et qui se humiliat exalta
bitur Dicitur iracundis Accepisti alapam
para alteram maxillam Dicitur discor
diosis Diligite inimicos vestros bene
facite hiis qui oderunt vos Dicitur supersti
ciosis regnum dei intra vos est Dicitur
curiosis Nolite querere que videntur
sed que non videntur Que enim videntur
temporalia sunt que autem non videntur
eterna Postremo dicitur omnibus Nolite dilige

mundum neque ea que in mundo sunt quoniam omne quod in mundo est concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambicio seculi. Si hec per totum orbem iam populis leguntur et cum veneratione libentissime audiuntur. Si post tantum sanguinem tantos ignes tot cruces martirum tanto fertilius et uberius usque ad barbaras naciones ecclesie pullularunt. Si tot iuvenum et virginum milia contempnencium nupcias casteque viventium iam nemo miratur quod cum fecisset Plato usque adeo perversam temporum suorum timuit opinionem ut perhibeatur sacrificasse nature ut tamquam peccatum illud aboleret. Si hec sic accipiuntur ut quod antea talia disputare monstruosum erat nunc non disputare monstruosum sit. Si huic pollicitacioni atque sponsioni per omnes partes quas homines incolunt sancta christiana traduntur. Si hec cottidie leguntur in ecclesiis et a sacerdotibus exponuntur. Si tundunt pectora qui hec implere conantur. Si tam innumerabiles aggrediuntur hanc viam ut desertis divitiis et honoribus huius mundi omnem vitam uni deo summo totam dicare volentes deserta quondam insule ac multarum terrarum solitudo compleatur. Si denique per urbes atque oppida castella vicos agros et villas et privatas tam aperte suadetur et appetitur a terrenis aversio et in unum deum verum conversio ut cottidie per universum orbem humanum genus una pene voce respondeat sursum cor se habere ad dominum. Quid adhuc oscitamus crapulam hesternam et in emortuis pecudibus divina oracula perscrutamur. Et si quando ad disputacionem venitur platonis nomine ore crepitare quam pectus vero plenum habere gestimus. Si ergo qui aut mundum istum sensibilem contempnunt et animam virtute purgandam summo deo subiciendam atque subdendam vanum aut malum putant alia refellendi. Si tamen cum hys dignum est disputare. Si autem bonum et appetendum fatentur agnoscant deum et cedant deo qui fecit persuasibile populis hec credenda. Quod utique ab ipsis fieret si tantum valerent aut fecerit ne in hoc eius munere non possent. Si ergo cedat ei a quo factum est nec curiositate aut inani iactancia impediantur quominus agnoscant quid intersit inter paucorum timidas coniecturas et manifestam salutem correctionemque populorum. Illi enim si reviviscerent quorum isti nominibus exultant et invenirent refertas ecclesias templa deserta et a cupiditate bonorum temporalium atque fluentium ad spem vite eterne et bona spiritalia et intelligibilia vocari et currere genus humanum dicerent fortasse si tales essent quales fuisse memorantur: hec sunt que nos persuadere populis non ausi sumus et eorum potius consuetudini cessimus quam illos in nostram fidem voluntatemque traduximus. Ita si hanc vitam illi viri nobiscum rursus agere potuissent viderent profecto cuius auctoritate facilius consuleretur hominibus et paucis mutatis verbis atque sententiis christiani fierent sicut plerique recentiorum nostrorumque temporum platonici fecerunt. Aut si hoc non faterentur nec facerent in superbia et invidia remanentes nescio utrum possent ad ea ipsa que appetenda et desideranda esse dixerunt cum istis sordibus viscosisque revolare. Nam tercio vicio curiositatis in percunctandis demonibus quo isti maxime a quibus nunc agitur paganorum a christiana salute revocantur quod nimis puerile est nescio utrum tales illi viri impedirentur. Sed quoquo modo se iactet philosophorum iactancia illud cuivis facile est intelligere ab eis religionem non esse querendam qui eadem sacra suscipiebant cum populis et de suorum deorum natura ac summo bono diversas contrariasque sentencias in scolis suis eadem teste multitudine personabant. Quod si hoc unum tantum vicium christiana disciplina sanatum videremus ineffabili laude predicanda

esse neque negare oportet. Hec summa
quam tam innumerabiles articula ciui-
tatis hanc testes sunt non ad
multi commendanda sacramenta
eos qui de prima deo scriptura cuius
et minime simul alii sentiunt et
hominibus persuadere conantur quam
vitale postulat. Sic enim creditur
et docetur quod est humane salutis
caput non aliam esse philosophiam id est sapie-
studium et aliam religionem cum hiis
quorum doctrinam non approbamus
nec sacramenta nobiscum commu-
nicant. Quod in illis minus mirandum
est qui etiam sacramentorum
ritu dispares esse voluerunt sicut
nescio qui quos serpentes appellant sicut
manichei sicut alii non nulli.
Sed in illis magis animadverten-
dum hoc magisque vitandum qui pa-
ria sacramenta celebrantes tamen doc-
trina dispares sunt et errores suos
animositate defendere quam cautius
corrigere maluerunt exclusi a ca-
tholica communione et a participatione
quamvis parium sacramentorum propria
vocabula propria sortiri meruerunt non
in sermone tantum sed in superstitione
meruerunt ut fotini et ariani
multique preterea. Nam de hiis qui
scismata fecerunt alia questio est.
Possent enim eos in area dominica usque
ad tempus ultime ventilationis velut
paleas sustinere nisi vento superbie
nimia levitate cessissent et sese
a nobis ultro separassent. Iudei
vero quamvis uni omnipotenti deo
supplicent sola tamen temporalia
et visibilia bona de illo expectan-
tes rudimenta novi populi ab humi-
litate surgentia in ipsis suis scrip-
turis nimia securitate noluerunt
advertere atque ita in vetere homine
remanserunt. Hec cum ita sint
neque in confusione paganorum
neque in purgamentis hereticorum
neque in languore scismaticorum
neque in cecitate iudeorum querenda
religio est sed apud eos solos
qui catholici vel orthodoxi
nominantur id est integritatis custodes

et recta sectantes. Hec enim ecclesia catho- vi
lica per totum orbem valide lateque
diffusa omnibus errantibus utitur ad
provectus suos et ad eorum correctionem
cum evigilare voluerint. Utitur gen-
tibus ad materiam operationis sue hereticis
ad probationem doctrine sue scismaticis
ad documentum stabilitatis sue Iu-
deis ad comparationem pulchritudinis sue.
Alios ergo invitat alios excludit alios
relinquit alios antecedit omnibus tamen
gratie dei participande dat potestatem
sive illi formandi sint adhuc sive
illi reformandi sive recolligendi
sive admittendi. Carnales autem vii
suos viventes aut sentientes carnali-
ter tamquam paleas tolerat quibus in area
frumentum tutius sit donec talibus tegmini-
bus exuatur. Sed quia in hac area pro voluntate
quisque vel palea vel frumentum est tam-
diu sustinetur peccatum vel error cuiuslibet
donec aut accusatorem inveniat aut pravam
opinionem pertinaci animositate defendat.
Exclusi autem aut penitendo redeunt
aut in nequitiam male liberi defluunt
ad admonitionem nostre diligentie aut scisma
faciunt ad exercitationem nostre patientie
aut heresim aliquam gignunt ad examen
sive ad occasionem nostre diligentie. Hii
sunt exitus christianorum carnalium qui non po-
tuerunt corrigi aut sustineri. Sepe etiam
sinit divina providentia per nullas
nimium turbulentas carnalium
hominum seditiones expelli de congre-
gatione christiana etiam bonos viros.
Quam contumeliam et iniuriam
suam cum patientissime pro ecclesie pace
tulerint neque ullas novitates vel scis-
matis vel heresis moliti fuerint docebunt
homines quam vero affectu et quanta sinceri-
tate caritatis deo serviendum sit. Talium
ergo virorum propositum est aut sedatis
remeare turbinibus aut si id non sinatur
vel eadem tempestate perseverante vel
ne suo reditu talis vel sevior or-
iatur tenent voluntatem consulendi etiam
eis ipsis quorum motibus perturbationibus-
que cesserunt sine ulla conventiculorum
segregatione usque ad mortem defendentes
et testimonio iuvantes eam fidem quam
in ecclesia catholica predicari sciunt. Hos

orat in occulto pro in occulto videns
ex quo hoc inde genus sed tamen exempla
non desunt in humano genere plurima sunt quia et disper-
sa omnibus gentibus hominum et exemplorum
admixta cautionem et edificationes spiri-
tuales populi mittit divina providentia.
ix Quam ob rem cum iam per plurimos annos
opinionum est sedibus terminate in romane
quid de vera religione sentirem quibus nunc
te arbitratus sum postquam tuas acerrimas
interrogaciones sine ullo certo fine rationis
et ea tantum qua est obstitutus sum diu
sustinere non possem. Respondeat alibi
qui neque in sacris philosophantur neque in phi-
losophia consecrantur et hiis qui vel prava
opinione vel aliqua simultate superbie
extra regulam et communionem ecclesie catholi-
ce deviaverunt et hiis qui scripturarum
lumine et spiritualis populi gratiam quod novum testa-
mentum vocatur habere noluerunt quos quidem
populi veteris constrinxit. Tenenda est nobis
christiana religio et eius ecclesie communicacio
que catholica est et catholica nominatur non solum
a suis verum etiam ab omnibus inimicis. Velint
nolint enim ipsi quoque heretici et scismatum alumpni
quando non cum suis sed cum extraneis loquuntur ca-
tholicam nichil aliud quam catolicam vocant.
Non enim possunt intelligi nisi eam hoc
nomine discernant quo ab universo mundo orbe
x nuncupatur. Huius autem religionis sectande
caput est hystoria et prophetie dispensacionis
temporalis divine providencie pro salute
humani generis in eternam vitam reformandi
atque reparandi. Que cum credita fuerit mentem
purgabit vite modus divinis preceptis co-
aptatus et ydoneam faciet spiritualibus percipien-
dis que nec preterita sunt nec futura sed eodem
modo semper manencia nulli mutabilitati
xi obnoxia. Id est unum ipsum deum patrem
et filium et spiritum sanctum qua trinitate quantum
in hac vita datum est cognita omnem in-
tellectualem et animalem et corporalem creaturam
ab eadem trinitate creatrice esse in quantum
est et ordinatissime administrari sine ulla
dubitacione perspicitur. Non ut alia partem to-
cius creature fecisse intelligatur pater et alia
filius et aliam spiritus sanctus sed et simul
omnia et unamquamque naturam patrem fecisse
per filium in dono spiritus sancti. Omnis enim res
vel substantia vel essentia vel natura vel si quo
alio verbo melius enunciatur simul habet hec tria

[Di]vinum aliquid sit et specie propria discernatur a ce-
teris et rerum ordine non excedat. Eo
cognito satis apparebit quantum homo xvi
assequi potest. Quam necessariis et invictis
et iustis legibus deo et domino suo cuncta
subiecta sunt. Ex quo illa omnia que
primo credidimus nichil nisi auctoritatem
secuti partim sic intelliguntur ut videamus
esse certissima partim sic ut videamus
fieri posse atque ita fieri oportuisse. Do-
leamusque illos hoc non credentes qui
nos ea credentes irridere quam nobiscum
credere maluerunt. Non enim iam illa homi-
nis sancti susceptio et virginis partus et
mors pro nobis filii dei et resurrec-
cio a mortuis et in celum ascensio et
consessus ad dexteram patris et peccatorum
abolicio et iudicii dies et corporum resu-
scitacio cognita eternitate trinitatis et
mutabilitate creature creduntur tantum
et non etiam iudicantur. Ad summi dei miseri-
cordiam quam humano generi exhibet pertinere.
Sed quoniam verissime dictum est Oportet mul-
tas hereses esse ut probati manifesti
fiant inter vos utamur etiam isto divine
providencie beneficio. Ex hiis enim hominibus
heretici fiunt qui etiam si essent in ecclesia
nichilominus errarent. Cum autem foris sunt plurimum prosunt non verum docendo nota quod heretici prosunt
quod nesciunt sed ad verum querendum carnales
et ad verum aperiendum spirituales catholicos ex-
citando. Sunt enim in ecclesia innumerabiles in sancta
ecclesia deo probati viri sed manifesti
non fiunt inter nos quamdiu implicite
imperitie tenebris delectati dormire ma-
lumus quam lucem veritatis intueri.
Quapropter multi ut diem dei videant
et gaudeant per hereticos de sompno
excitantur. Utamur ergo etiam hereticis [illegible]
non ut eorum approbemus errores sed
ut catholicam disciplinam adversus
eorum insidias asserentes vigilanciores
reddamur et cauciores. Etiam si eos ad
salutem revocare non possumus. Credo xvii
autem adiuvante deo ut ista scriptura per
occidente pietate legentibus bonis
non adversus unam aliquam sed adversus
omnes pravas et falsas opiniones
possit valere. Contra eos tamen potissi-
mum est instituta qui duas naturas
vel substantias singulis principiis adversus invicem
rebelles esse arbitrantur. Offensi enim
quibusdam rebus et rursus quibusdam de-
lectati non earum quibus offenduntur

sed ea quibus delectantur nolunt esse
auctorem deum, et cum consuetudine
sua vincere nequeunt iam laqueis carnali-
bus irretiti duas animas in uno corpore
existimant unam de deo que naturaliter
hoc sit quod ipse alteram de gente tenebrarum
quam deus nec genuit nec fecit nec protulit
nec abiecerit sed que suam vitam suam
terram suos fetus et animalia sua propria
regnum habuerit ingenitumque tempore
principium sed quodam tempore adversus deum
rebellasse. Deum autem aliud quod faceret
non habere et quo aliter hosti resistere posset
non invenire necessitate oppressum mi-
sisse huc autem bonam quandam particulam
substantie sue cuius commixtione atque
miseria hostem temperatum esse opinantur
et mundum fabricatum. Neque enim nunc opinio-
nes refellimus quas partim iam fecimus
partim quantum deus si velit faciemus.
Sed in hoc opere quod adversus eos fides
catholica tuta sit et que mala non per-
turbent animum eorum quibus commoti homines
in eorum cedunt sententiam rationibus quantum dominus
dignatur donare quantum possumus
demonstramus. Illud autem imprimis
tenere te volo quod bene nosti animum meum
ne hoc me fugiende arrogantie causa
quasi solempniter dicere quod ego
in hijs fictis erroribus verum et hoc
solum esse tribuendum quod autem re-
ctum et conveniens ex potestate veri omni bo-
no et convenienter largitur deo. Quaob
rem sit tibi manifestum atque perceptum nullum
errorem in religione esse potuisse si
anima pro deo suo non coleret animam aut corpus
aut fantasmata sua aut horum aliqua
duo coniuncta aut certe simul omnia sed
sublata vita presenti humanam gentis
sine dolo temporaliter congruentes eternitatem
diligeret unum deum colens qui nisi permanens
nec incommutabilis nulla mutabilis
natura remaneret. Animam autem mutari
animam posse non quidem localiter sed
tamen temporaliter suis affectionibus quisque
cognoscit. Corpus vero et temporibus et locis
esse mutabile cuivis advertere facile est.
Fantasmata porro nichil sunt aliud
quam de specie corporis corporeo sensu attrac-
ta figmenta que memorie commendare
ut accepta sunt vel partiri vel multipli-
care vel contrahere vel distendere vel or-
dinare vel perturbare vel quolibet mo-
do figurare facillimum cogitando est

Nota quod [illegible] origo omnium errorum

sed cum verum queritur cavere et vitare difficile est. Non
creature potius quam creatori serviamus XV
nec evanescamus in cogitationibus nostris
et perfecta religio est. Eterno enim creatori
adherentes et nos eternitate afficiamur
necesse est. Sed quia hoc anima peccatis suis
obruta et implicata per se ipsam videre
ac tenere non posset nullo in rebus
humanis ad divina capessenda inter-
posito gradu per quem ad dei similitudinem
a terrena vita homo niteretur ineffabili
misericordia dei temporali dispensatione per crea-
turam mutabilem sed tamen eternis legibus
servientem ad commemorationem prime sue per-
fecteque nature partim singulis hominibus partim
vero ipsi hominum generi subvenitur. Ea Christiana
est nostris temporibus christiana religio quam
cognoscere ac sequi securissima et certis-
sima salus est. Defendi autem ad-
versus loquaces et aperiri querentibus
multis modis potest omnipotente
ipso deo per se ipsum demonstrante quod ve-
rum est et ad hoc intuendum percipiendum-
que bonas voluntates per bonos an-
gelos et quosdam homines adiuvante. XVI
Eo modo autem quisque utitur quo videt eis
congruere cum quibus agit. Ego itaque diu
multumque considerans quales oblatran-
tes et quales querentes expertus sum
vel qualis ipse fuerim cum latrarem sive
cum quererem. Hoc modo mihi uten-
dum putavi quem tu esse [illegible]
tene et tene catholice turbe que fra-
terne et in qua homo sic agnoscere que
dubia credere donec aut respuenda ea
aut vera esse aut semper credenda esse
vel ratio doceat vel persuadeat auctoritas.
Intende igitur in hec que secuntur di-
ligenter et pie quantum potes. Tales Christiana
enim adiuvat deus. Nulla vita est que xvi
non sit ex deo quia deus utique summa
vita est et ipse fons vite nec aliqua
vita in quantum vita est malum est
sed in quantum vergit ad mortem. Mors
autem vite non est nisi nequitia que ab
eo quod ne quicquam sit dicta est. Et ideo
nequissimi homines nichili homines ap-
pellantur. Vita ergo voluntario defectu
deficiens ab illo qui eam fecit et cuius
essentia fruebatur et volens contra dei legem
frui corporibus quibus eam deus prefecit
vergit ad nichilum et hec est nequitia
non quia corpus iam nichil est. Nam
et ipsum aliqua concordia partium suarum sine qua

omnino esse non posset. Ergo ab eo factum est
et corpus quod omnis conventionis caput est.
Habet enim corpus quandam pacem sue forme
sine qua prorsus nichil esset. Ergo ille est
et corporis conditor a quo pax omnis est,
et qui forma est infabricata atque omnium
formosissima. Habet aliquam speciem sine
qua corpus non est corpus. Si ergo
queritur quis instituerit corpus, ille queratur
qui est omnium speciosissimus. Omnis enim
species ab illo est. Quis autem est hic nisi
(Omnia natura bona et a deo) unus deus, una veritas, una salus om-
nium et prima atque summa essentia, ex qua est
omne quicquid est in quantum est, quia in quantum
est quicquid est bonum est. Et ideo ex deo non est
mors. Non enim mortem deus fecit nec
letatur in perditione vivorum, quoniam summa essentia
esse facit omne quod est, unde et essentia
dicitur. Mors autem non esse cogit quicquid mori-
tur in quantum moritur. Nam si ea que mori-
untur penitus morerentur, ad nichilum sine
dubio pervenirent, sed tantum moriuntur quan-
to minus essentie participant. Quod brevius
ita dici potest: tanto magis moriuntur quan-
to minus sunt. Corpus autem minus est quam
vita quelibet, quoniam quantuluncumque manet in
specie per vitam manet, sive qua unumquodque
animal sive qua universa rerum natura
xviij administratur. Corpus ergo magis sub-
iacet morti et ideo vicinius est nichilo. Quare
vita que fructu corporis delectata neg-
ligit deum inclinatur ad nichilum, et ista
xix nequitia. Hoc pacto autem vita carnalis
et terrena efficitur et ob hoc etiam caro et terra
nominatur. Et quamdiu ita est regnum dei
non possidebit, et eripitur ei quod amat. Id
enim amat quod et minus est quam vita, quia
corpus est. Et propter ipsum peccatum quod amatur
fit corruptibile, ut fluendo deserat amatorem,
quia et ille hoc amando deseruit deum.
Precepta enim eius neglexit dicentis: Hoc manduca
et hoc noli. Trahitur ergo ad penas, quia
diligendo inferiora in infimis voluptatis
sue et in doloribus ordinatur.
Quid est enim dolor qui dicitur corporis nisi corruptio
repentina salutis eius rei quam male uten-
do anima corruptioni obnoxiavit? Quid autem
dolor qui dicitur animi nisi carere mutabilibus
rebus quibus fruebatur aut frui se posse
speraverat? Et hoc est totum quod dicitur malum,
xx id est peccatum et pena peccati. Si autem anima dum in hoc
stadio vite humane est diligit vincat eas

quas adversum se nutrivit cupiditates
fruendo mortalibus, et ad eas vincendas
gratia dei se adiuvari credat mente illi
serviens et bona voluntate, sine dubitatione
reparabitur, et a multiplicibus mutabilibus ad
unum incommutabile revertetur, reformata
per sapientiam non formatam sed per quam formantur
universa, fruetur deo per spiritum sanctum
quod est donum dei. Ita fit homo spiritualis
omnia iudicans ut ipse a nemine iudicetur,
diligens dominum deum suum in toto cor-
de et in tota anima et in tota mente, et diligens proximum
suum non carnaliter sed spiritualiter sicut seipsum.
Se autem spiritualiter diligit qui ex toto
quo vivit deum diligit. In his
enim duobus preceptis tota lex pendet
et prophete. Inde iam erit consequens ut xxv
post mortem corporalem quam debemus primo de resurrectione
peccato atque ordine suo hoc corpus
restituatur pristine stabilitati, quam
non per se habebit sed per animam stabilitatem
in deo querentem. Nam et ipsa non per se stabilitatem
sed per deum quo fruitur. Atque ita amplius
quam corpus vigebit. Corpus enim
per ipsam vigebit, et ipsa per incommutabi-
litatem, qui filius dei unicus est. Atque
ita corpus per ipsum filium dei vigebit,
quia omnia per ipsum. Dono etiam eius
quod anime datur, id est spiritu sancto, non solum
anima que accipit salva et pacata et sancta fit, sed
ipsum etiam corpus vivificabitur eritque
in natura sua mundissimum. Ipse enim dixit:
Mundate que intus sunt et que foris
sunt munda erunt. Dicit et apostolus:
Vivificabit et mortalia corpora vestra
propter spiritum manentem in vobis. Ablato
ergo peccato auferetur pena peccati, et ubi est
malum? Ubi est mors contentio tua,
ubi est mors aculeus tuus? Vincet
enim essentia nichilum et sic absorbebitur
mors in victoriam. Nec aliquid sanctis xxvi
mala angelus obiciet qui dyabolus De natura et lapsu angelorum
dicitur, quia et ipse in quantum angelus est non est
malum sed in quantum perversus est propria
voluntate. Fatendum est enim et angelos
natura esse mutabiles si solus deus est
incommutabilis, sed ea voluntate qua
magis deum quam se diligunt firmi
et stabiles manent in illo et fruuntur
maiestate ipsius ei uni libentissime
subditi. Ille autem angelus magis se
ipsum quam deum diligendo subditus
ei esse noluit et intumuit per superbiam

et a summa essentia defecit et lapsus est
et ob hoc minus est quam fuit et tanto
minus erat si minus voluit cum magis
voluit sua potentia frui quam Dei.
Quamquam enim non summe tamen am-
plius erat cum eo quod summe est frueba-
tur quam Deus solus summe est. Quidquid
autem minus est quam erat. Quod autem minus
est quam erat non in quantum est sed in quan-
tum minus est malum est. In quantum enim
quo minus est quam erat tendit ad
mortem. Quid autem mirum si ex de-
fectu inopia et ex inopia invidentia qua
diabolus utique diabolus est. De-
xxiiii fectus autem iste quem peccatum vocamus si
tamquam febris invitum occuparet recte
iniusta pena videretur que peccantem
consequitur et que damnatio nuncupatur.
Si recte Nunc vero usque adeo peccatum voluntarium
malum est ut nullo modo sit peccatum si non
sit voluntarium. Et hoc quidem ita
manifestum est ut nulla hinc doctorum
paucitas nulla doctorum turba disse-
tiat. Quare aut negandum est peccatum
committi aut fatendum voluntate com-
mitti. Non autem recte negat pec-
casse qui et penitendo eum cor-
rigi fatetur et veniam penitenti dari et
perseverantem in peccatis iusta lege Dei
damnari. Postremo si non voluntate
male facimus nemo obiurgandus
aut monendus omnino est quibus
sublatis christiana lex atque et disciplina
omnis religionis auferatur necesse est.
xxv Voluntate ergo peccatur et quoniam peccari
non dubium est ne hoc quidem dubi-
tandum video habere animas liberum
Creatura rationalis creata est liberi arbitrii voluntatis arbitrium. Tales enim
servos suos meliores esse Deus iu-
dicavit si ei servirent liberaliter quod nullo
modo fieri posset si non voluntate
sed necessitate servirent. Liberaliter
ergo Deo angeli serviunt nec hoc Deo sed
ipsis prodest. Deus enim bono alterius
non indiget quoniam a se ipso est. Quod
xxvi autem ab eo genitum est id ipsum est quod
non est factum sed genitum. Illa que
facta sunt eius bono indigent sum-
mo scilicet bono id est summa essentia.
Minus autem sunt quam erant cum per
anime peccatum minus ad illum mo-
ventur nec tamen penitus ab eo
separantur. Nam omnino nulla essent. Quod
autem affectibus contingit anime hoc locis
vel locis corpori. Nam illa movetur
voluntate corpus autem spatio. Quod
autem homini a perverso angelo persuasum
dicitur et ad hoc utique voluntate con-
sensit. Nam si necessitate id fecisset
nullo peccati crimine teneretur. Quod vero
corpus hominis cum ante peccatum esset
in suo genere optimum post peccatum factum
est imbecillissimum et morti destinatum
quamquam iusta vindicta peccati sit plus
tamen clementie Dei quam severitatis
ostendit. Ita enim nobis suadetur a cor-
poris voluptatibus ad eternam essen-
tiam veritatis amorem nostrum oportere
converti. Et est iustitie pulchritudo
cum benignitatis gratia concordans
ut quoniam bonorum inferiorum dulcedine
decepti sumus amaritudine penarum
erudiamur. Nam ita etiam nostra suppli-
cia divina providentia moderata est
ut et in hoc corpore tam corruptibili ad
iustitiam tendere liceret et deposi-
ta omni superbia uni Deo vero collum
subdere nihil de se ipso fidere illi uni
se regendum tuendumque committere.
Ita illo duce homo bone voluntatis
molestias huius vite in usum fortitu-
dinis vertit. In copia vero voluptatis
prosperisque successibus temporalium tempe-
rantiam suam probat et roborat. In
temptationibus prudentiam ut non solum
in eas non inducatur sed fiat etiam
vigilantior et in amorem veritatis que
sola non fallit ardentior. Sed cum omnibus xxvii
modis medeatur animis Deus pro
temporum opportunitatibus que mira
sapientia eius ordinantur de quibus aut non
est tractandum aut inter pios perfectosque tractan-
dum. Nullo modo beneficentius consuluit
generi humano quam cum ipsa Dei sapientia
id est unicus filius consubstantialis patri et coeternus
totum hominem suscipere dignatus est
et verbum caro factum est et habitavit in nobis.
Ita enim demonstravit carnalibus et non
valentibus intueri mente veritatem cor-
poreisque sensibus deditis quam ex-
celsum locum inter creaturas haberet huma-
na natura quod non visibiliter. Nam id potuit et in aliquo
ethereo corpore ad nostrorum aspectuum tolle-
rantiam temperato sed hominibus in vero
homine apparuit. Ipsa enim natura suscipienda
erat que liberanda. Et ne quis forte

[illegible]
xxviii

sexus a suo creatore se curari intelligeret virum suscepit natus ex femina est. Nihil egit vi sed omnia suadendo et monendo. Vetere quippe servitute transacta tempus libertatis illuxerat et oportune iam homini suadebatur atque salubriter quam libero esset creatus arbitrio. Miraculis conciliavit fidem deo qui erat passione homini quem gerebat. Ita loquens ad turbas ut deus matrem nunciatam negavit et tamen ut evangelium loquitur puer parentibus subditus erat. Doctrina enim deus apparebat etatibus homo. Aquam in vinum conversurus ut deus dicit: Recede a me mulier, mihi et tibi quid est? nondum venit hora mea. Cum autem venisset hora qua ut homo moreretur de cruce cognitam matrem commendavit discipulo quem pre ceteris diligebat.

xxix Satellites voluptatis divitias perniciose populi appetebant: pauper esse voluit. Honoribus et imperiis inhiabant: rex fieri noluit. Carnales filios magnum bonum putabant: tale coniugium prolemque putabat contempsit. Contumelias superbissime ~~...~~ horrebant: omne genus contumeliarum sustinuit. Iniurias intollerabiles esse arbitrabantur: que maior iniuria quam iustum innocentemque dampnari? Dolores corporis exsecrabantur: flagellatus atque cruciatus est. Mori metuebant: morte multatus est. Ignominiosissimum mortis genus crucem putabant: crucifixus est. Omnia que habere cupientes non recte vivebamus carendo vilia fecit. Omnia que vitare cupientes a studio veritatis deviabamus perpetiendo deiecit. Non enim ullum peccatum committi potest nisi dum appetuntur ea que ille contempsit aut fugiuntur que ille sustinuit. Tota itaque vita eius in terris per hominem quem suscipere dignatus est disciplina

xxx morum fuit. Resurrectio vero eius a mortuis nihil hominis perire nature cum omnia salva sint deo satis indicat et quemadmodum cuncta serviant creatori suo sive ad vindictam peccatorum sive ad hominis liberationem. Quam facile corpus anime serviat cum ipsa servit deo. Cum hec perfecta fuerint non solum nulla substantia malum est quod fieri nunquam potest sed nullo malo afficitur quod fieri per peccatum et penam potuit. Et hec est disciplina xxxi

naturalis rationis minus intelligentibus plena fide digna intelligentibus autem omni errore purgata. Iam vero ipse totius doctrine modus partim apertissimus partim per similitudines in dictis in factis in sacramentis ad omnem anime instructionem exercitationemque accommodatus quid aliud quam rationalis ~~doctrine~~ discipline regulam implevit? Nam et misteriorum expositio ad ea dirigitur que apertissime dicta sunt. Et si ea tantum dicerentur que facillime intelliguntur nec studiose quereretur nec suaviter inveniretur veritas. Neque si essent in scripturis sacramenta et non essent signa veritatis satis cum cognitione actio conveniret.

Nunc vero quia pietas timore inchoatur caritate perficitur, populus timore constrictus tempore servitutis in veteri lege multis sacramentis onerabatur. Hoc enim talibus utile erat ad desiderandam gratiam dei que per prophetas ventura canebatur. Que ubi venit ab ipsa dei sapientia homine assumpto a quo in libertatem vocati sumus pauca saluberrima sacramenta constituta sunt que societatem christiani populi hoc est sub uno deo libere multitudinis continerent. Multa vero que populo hebreo hoc est sub eodem uno deo compedite multitudini imposita erant ab actione remota sunt et in fide atque interpretatione manserunt. Ita nunc nec serviliter alligant et exercent liberaliter animum. xxxiii

Quisquis autem ideo negat utrumque testamentum ab uno deo esse posse quia non eisdem sacramentis tenetur populus noster quibus iudei tenebantur et adhuc tenentur, potest dicere non posse fieri ut unus paterfamilias iustissimus aliud imperet eis quibus servitutem duriorem utilem iudicat, aliud eis quos in filiorum gradum adoptare dignatur. Si autem precepta vite movent quia in vetere lege minora sunt

servitute / filiatione

in evangelio maiorum. Et id putetur
non ad unum neque pertinere sed qui hoc
putat perturbatur. Si unus medicus
Exemplum de medico alia per ministros suos inbecillioribus
alia per ipsum valentioribus precipiat
ad reparandam vel optinendam salutem
ut cum ars medicine eadem ma-
neat nec ullo pacto ipsa mutetur
vel minuatur tamen precepta languentibus que
mutabilis est nostra valitudo. Ita
divina providentia cum sit ipsa quoque
incommutabilis mutabili tamen crea-
ture subvenit et pro diversitate mor-
borum aliis alia iubet aut vetat
ut a vicio unde mors incipit et ipsi
morti ad naturam suam et essentiam ea
que deficiunt id est ad nichilum tendunt
xxxiiii redeuntem et firmet. Sed dicis michi
quare deficiunt? quia mutabilia sunt.
Quare res deficiant et quare mutabiles sunt Quare mutabilia sunt? quia non summe sunt.
Quare non summe sunt? quia inferiora sunt
eo a quo facta sunt. Quis ea fecit?
Qui summe est. Quis hic est? Deus
incommutabilis trinitas quoniam et per
summam sapientiam ea fecit et summa
benignitate conservat. Cur ea
fecit? ut essent. Ipsum enim quantulum-
cumque esse bonum est quia summum bo-
num est summe esse. Unde fecit? ex ni-
chilo. Quoniam quicquid est quantulacumque
specie sit necesse est. Ita et si minimum
Quod omne quod est a deo est bonum tamen bonum erit et ex deo
erit. Nam quoniam summa species
summum bonum est minima species mi-
nimum bonum est. Omne autem bonum
aut deus aut ex deo. Ergo ex deo
est etiam minima species. Sane quod de
specie dicitur hoc etiam de forma dici
potest, sic si aliquid forme neque enim
frustra tam speciosissimum quam etiam
formosissimum in laude ponitur.
Id igitur est unde fecit deus
omnia quod nullam speciem habet nullamque
formam quod nichil est aliud quam ni-
chil. Nam illud quod in comparatione perfectorum
informe dicitur si habet aliquid forme
quamvis exiguum quamvis inchoa-
tum non dum est nichil. hac parte ac
id quoque inquantum est non est nisi
ex deo. Quapropter etiam si de aliqua informi
materia factus est mundus hec ipsa
xxxv facta est omnino de nichilo. Nam et

quod non dum formatum est tamen
aliquo modo ut formari possit inchoa-
tum est dei beneficio formabile
est. Bonum est enim esse formatum.
Non nullum ergo bonum est et capaci- Quod materia a deo est
tas forme. Et id bonorum omnium auctor
qui prestitit formam ipse fecit etiam
posse formari. Ita omne quod est in-
quantum est et omne quod non dum est
inquantum esse potest ex deo habet. Quod
alio modo sic dicitur: Omne formatum
inquantum formatum est et omne
quod non dum formatum est inquantum
formari potest ex deo habet. Nulla au- xxxvi
tem res obtinet integritatem nature sue
nisi in suo genere salva sit. Ab eo est
autem omnis salus a quo est omne
bonum et omne bonum ex deo. Salus
igitur omnis ex deo. Nunc iam cui
oculi mentis patent nec pernici-
osa studio vane victorie ca-
ligant atque turbantur facile in-
telligit omnia que viciantur et moriuntur
bona esse quamquam ipsum vicium et
quia ipsa mors malum sit. Nisi enim
salute aliqua privaretur non eis
noceret vicium vel mors. Sed si non noceret
vicium nullo modo esset vicium. Si ergo
saluti adversatur vicium et nullo dubi-
tante salus bonum est bona sunt omnia
quibus adversatur vicium. Quibus autem
adversatur vicium ipsa viciantur. Bona
sunt ergo que viciantur sed ideo viciantur
quia non summa bona sunt. Quia igitur
bona sunt ex deo sunt. Quia non summa
bona sunt non sunt deus. Bonum ergo
quod viciari non potest deus est. Cetera
omnia bona ex ipso sunt que per se ipsa
possunt viciari quia per se ipsa nichil sunt.
Per ipsum autem partim non viciantur partim
viciata sanantur. Est autem xxxvii Quid est vicium
vicium primum anime rationalis voluntas
ea faciendi que vetat summa et inti-
ma veritas. Ita homo de paradiso in
hoc seculum expulsus est id est ab eternis
ad temporalia, a copiosis ad egena, a fir-
mitate ad infirma. Non ergo a bono
substantiali ad malum substantiale quia nulla
substantia malum est sed a bono eterno ad bonum
temporale, a bono intelligibili ad bonum
sensibile, a bono summo ad bonum infimum.
Est igitur quoddam bonum quod si diligit
//a bono spirituali ad bonum carnale

anima rationalis peccat, quia iniusta illa ordinatum est. Quare ipsum peccatum malum est. Non ea substantia que peccando diligitur. Non ergo arbor illa malum est que in medio paradisi plantata scribitur, sed divini precepti transgressio que cum consequentem habuerit iustam dampnationem contingit ab illa arbore que contra vetitum tacta est dinoscentia boni et mali. Quia cum suo peccato anima fuit implicata, luendo penas discit quid intersit inter preceptum quod custodire noluit et peccatum quod fecit, atque hoc modo malum quod cavendo non didicit discit sentiendo. Et bonum quod non obtemperando minus diligebat, ardentius diligit comparando. Dolor ergo anime est quod fecit et difficultas [illegible] pena quam patitur. Et hoc est totum malum. Facere autem et pati non est substantia. Quapropter substantia non est malum. Sic enim nec aqua mala est nec animal quod vivit in aere. Iste substantie sunt, sed malum est voluntaria precipitatio in aquam et suffocatio quam mersus patitur. Stilus ferreus alia parte qua scribimus, alia qua deleamus a fabro factus est. Et in suo genere pulcher et ad usum nostrum accommodatus. At si quispiam ea parte scribere qua deletur et ea velit delere qua scribitur, nullo modo stilum malum fecerit, cum ipsum factum iure culpetur. Quod si corrigat, ubi erit malum? Si quis repente meridianum solem intueatur, repercussi oculi caligabunt. Numquid ideo aut sol malus erit aut oculi? Nullo modo. Sunt enim substantie, sed malus est inordinatus aspectus et ipsa que consequitur perturbatio. Quod malum non erit cum oculi fuerint recreati et lucem sibi congruentem aspexerint. Neque tunc eadem lux que ad oculos pertinet pro luce sapientie que ad mentem pertinet colitur, ipsa sit mala, sed superstitio mala est qua creature potius quam creatori servitur. Quod malum nullum erit cum anima recognito creatore ipsi uni se subiecerit et cetera per ipsum sibi subiecta esse perspexerit. Ita omnis creatura corporalis si tantummodo possideatur ab anima que diligit deum bonum est infimum et in genere suo pulchra quoniam forma et specie continetur. Si autem diligatur ab anima que negligit

deum, nec sic fit ipsa malum, sed quia xxxvi
peccatum malum est quo talis diligitur, fit pena dilectori suo et eum implicat erumpnis et pascit fallacibus voluptatibus, quia neque permanent neque saciant, et torquet doloribus, quia cum ordine suo pergit pulchra mutabilitas temporum, deserit amantem quod concupierat et per cruciatum sentientis discedit a sensibus et erroribus agitat, ut hanc esse primam speciem putet que omnium infima est, nature scilicet corporea, quam per lubricos sensus caro male docta nunciavit, ut cum aliquid cogitat intelligere se credat umbris illusus fantasmatum. Si quando autem non tenens integram divine providentie disciplinam, sed tenere se arbitrans, carni resistere conatur, usque ad visibilium rerum ymagines pervenit et lucis huius quam certis terminis circumscriptam videt immensa spacia cogitatione format inaniter et hanc speciem sibi futuram habitationis pollicetur, nesciens oculorum concupiscentiam se trahere et cum hoc mundo ire velle extra mundum, quem propterea ipsum esse non putat, quia eius clariorem partem per infinitum falsa cogitatione distendit. Quod non solum de hac luce sed etiam de aqua [illegible] de vino de melle de auro de argento de ipsis denique pulpis et sanguine et ossibus quorumlibet animalium et ceteris huiuscemodi rebus facillime facere possumus. Nichil enim est corporis quod non vel unum infinitum possit innumerabiliter cogitari vel in parvo spatio quale visum possit eadem ymaginandi facilitate per infinita diffundi. Sed facillimum est execrari carnem, difficillimum

autem non carnaliter sapere. Hac ergo xl
perversitate anime que contingit peccato atque supplicio fit omnis natura corporea illud quod per Salomonem dicitur: Vanitas vanitantium et omnia vanitas. Que habundantia homini in omni labore eius quo ipse laborat sub sole? Neque enim frustra est additum vanitantium, quia si vanitantes detrahas qui tamquam prima sectantur extrema, non erit corpus vanitas sed in suo genere quamvis extremam pulchritudinem sine ullo

erroris monstrabit. Qualium enim spectaculorum multiformitas ab unitate dei hominem lapsum per carnales sensus diverberavit et mutabili varietate multiplicavit eius affectum. Ita facta est habundancia laboriosa, et si dici potest, copiosa egestas, dum aliud et aliud sequitur et nichil cum eo permanet. Sic a tempore frumenti, vini et olei sui multiplicatus est, ut non inveniat id ipsum, id est naturam incommutabilem et singularem, quam sequens non erret et assecutus non doleat. Sequitur enim etiam consequentem redemptionem corporis sui, quod iam non corrumpetur. Nunc vero corpus quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, quia rapitur in ordine successionis extrema corporum pulchritudo.

xli Nam ideo extrema est, quia simul non potest habere omnia; sed dum alia cedunt atque succedunt, temporalium formarum numeros in unam pulchritudinem complent. Hoc autem totum non propterea malum quia transit. Sic enim et versus in suo genere pulcher est, quamvis due sillabe simul nullo modo dici possint. Nec enim secunda enunciatur nisi prima transierit, atque ita per ordinem pervenitur ad finem, ut cum sola ultima sonat, non secum sonantibus superioribus, formam tamen et decorem metricum preteritis contexta perficiat. Nec ideo tamen ars ipsa qua versus fabricatur sic est tempori obnoxia, ut pulchritudo eius per mensuras morarum digeratur; sed simul habet omnia quibus efficit versum non simul habentem omnia, sed posterioribus priora tollentem; propterea tamen pulcher est, quia extrema vestigia illius pulchritudinis ostentat, quam constanter et incommutabiliter ars ipsa custodit.

xlii Itaque ut nonnulli perversi magis amant versum quam ipsam artem qua conficitur versus, quia plus se auribus quam intelligencie dediderunt, ita multi temporalia diligunt, conditricem vero ac moderatricem temporum divinam providenciam non requirunt, et in ipsa dilectione temporalium nolunt transire quod amant, et tam sunt absurdi quam si quisquam in recitacione preclari carminis unam aliquam sillabam solam perpetuo vellet audire. Sed tales auditores carminum non inveniuntur; talibus autem rerum existimatoribus plena sunt omnia, propterea quia nemo est qui non facile non modo totum versum, sed etiam totum carmen possit audire; totum autem ordinem seculorum sentire nullus hominum potest. Huc accedit quod carminis non sumus partes, seculorum vero partes dampnacione facti sumus. Illud ergo canitur sub iudicio nostro, istud peragitur de labore nostro. Nulli autem victo ludi agonistici placent, sed tamen cum eius dedecore decori sunt. Et hec enim quedam imitacio veritatis est. Nec ob aliud talibus spectaculis prohibemur, nisi ne umbris rerum decepti ab ipsis rebus, quarum ille umbre sunt, aberremus. Ita universitatis huius condicio atque administracio solis impiis atque dampnatis non placet, sed etiam cum miseria eorum multis victoribus vel in terra vel in celo sine periculo spectantibus placet. Nichil enim iusti displicet iusto. xliii

Quecumque anima racionalis aut peccatis suis misera sit aut recte factis beata; omnis autem irracionalis aut cedit potenciori, aut paret meliori, aut compari equatur, aut certantem exercet, aut dampnando nocet. Et omne corpus paret anime suo quantum sinit eius meritum et ordo rerum. Nullum ergo malum est universitati, sed sua cuique culpa fit malum. Porro anima per dei graciam regenerata et in integrum restituta et illi subdita a quo condita est, instaurato corpore in pristinam stabilitatem, non tenetur mundo, sed mundum possidebit, nec erit ei malum. Et ista infima pulchritudo, qualium vicissitudinum transitu temporum, que cum ipsa peragebat, perficietur, et erit sicut scriptum est celum novum et terra nova, non in opere laboris

Quod peccata et pene pertinet ad decorem universi

quibus animus sed in universitate regnantibus. Omnia enim vestra inquit apostolus vos autem christi christus autem dei. Et caput mulieris vir caput viri christus caput autem christi deus. Quoniam igitur anime vitium non est ex natura sua contra naturam eius est nichilque aliud est quam peccatum et pena peccati. Unde intelligitur nullam naturam vel si melius dicitur nullam substantiam sive essentiam malum esse. Neque de peccatis penisque eius efficitur ut universitas ulla deformitate turpetur. Quia racionalis substantia que ab omni peccato munda est deo subiecta subiectis sibi ceteris dominatur. Et vero que peccavit ibi ordinata est ubi esse tales decet ut deo conditore universitatis decora sint omnia. Et est pulcritudo universe creature per hec tria inculpabilis dampnatione peccatorum exercitatione iustorum et perfectione beatorum. Quamobrem ipsa quoque anime medicina que divina providencia et ineffabili beneficencia geritur gradatim distincta et pulcherrima est. Tribuitur enim in auctoritatem atque racionem. Auctoritas fidem flagitat et racioni preparat hominem. Racio ad intellectum cognicionemque perducit. Quanquam neque auctoritatem racio penitus deserit cum consideratur cui sit credendum. Et certe summa est ipsius iam cognite atque perspicue veritatis auctoritas. Sed quia in temporalia devenimus et eorum amore ab eternis impedimur quedam temporalis medicina que non scientes sed credentes ad salutem vocat non nature et excellencie sed ipsius temporis ordine prior est. Nam in quem locum quisque ceciderit ibi debet incumbere ut surgat. Ergo ipsis carnalibus formis quibus detinemur nitendum est ad eas cognoscendas quas caro non nunciat. Eas enim carnales voco que per carnem sentiri queunt id est per oculos aures ceterosque corporis sensus. His ergo carnalibus vel corporalibus formis inherere amore pueros necesse est. Adolescentes vero prope necesse est. Ingravescente etate non est necesse. Quoniam igitur divina providencia non solum singulis hominibus quasi privatim sed universo generi humano tanquam publice consulit quid cum singulis agatur deus qui agit atque ipsi cum quibus agitur sciunt. Quid autem agatur cum genere humano per historiam commendari voluit et per prophetiam. Temporalium autem rerum fides sive preteritarum sive futurarum magis credendo quam intelligendo valet. Sed nostrum est considerare quibus vel hominibus vel libris credendum sit ad colendum recte deum que una salus est. Huius rei summa disceptacio est utrum his potius credendum qui ad multos an his qui ad unum deum colendum nos vocant. Quis dubitet eos potissimum sequendos qui ad unum vocant cum etiam illi qui multos colendos esse dicunt deum tamen unum rerum omnium principem concordi voce fateantur. Certe numerus ab uno incipit. Isti ergo sequendi sunt qui unum deum summum solum verum et solum colendum esse dicunt. Sed si apud hos veritas minime clarescit tunc demum migrandum est. Sicut enim in ipsa rerum natura maior est auctoritas unius ad unum omnia redigentis in genere quoque humano multitudinis nulla potencia est nisi consenciendo id est unum senciendo ita in religione qui ad unum vocant eorum maior et fide dignior esse debet auctoritas. Alia consideratio est dissensionis hominum de cultu unius dei. Accepimus maiores nostros eo gradu fidei quo a temporalibus ad eterna conscenditur visibilia miracula non enim aliter poterant secutos esse per quos id actum est ut necessaria non essent posteris. Cum enim ecclesia catholica per totum orbem diffusa atque fundata sit nec miracula illa in nostra tempora durare permissa sunt ne animus semper visibilia quereret et eorum consuetudine frigesceret genus humanum quorum novitate flagravit. Nec iam nobis dubium esse oportet his esse credendum qui cum ea predicarent que pauci

Dividit novum hominem secundum vii etates spirituales

asseruntur et tamen per sequaces philosophorum persuadere potuerunt. Nunc enim agitur quantum credendum sit aliqua quamvis fit providentia in evidenter rerum de omnibus et in visibilibus rebus. Nam ipsi rerum progenitoris anime que ad prophetiam mittere pervenerunt nullo modo auctoritatis humane preponuntur sed ad hoc nulla suspicio perducit. Que si non erat non erunt. Heretici neque scismatici nec carne demonstrasse sine carne simulacrorum quoque cultores. Hi autem si non erant ante passionem ipsi que permittitur multo pignoribus et initiis quereretur.

xlviij — Hic dividit veterem hominem secundum etates temporales

Dispensatio ergo temporalis et medicina divine providencie circa eos qui peccando mortalitatem meruerunt sic traditur. Primo de uniuscuiusque hominis nascentis natura et eruditione cogitatur. Prima huius infantia in nutrimentis corporalibus agitur penitus oblivioni danda crescenti. Sequitur pueritia unde incipimus aliquid meminisse. Hanc succedit adolescentia cui iam propagationem prolis natura permittit et patrem facit. Post adolescentiam iuventus occupat iam etiam muneribus publicis et dominande sub legibus in qua vehementior prohibitio peccatorum et pena peccantium serviliter coercens carnalibus animis atrociores impetus libidinum gignit et omnia commissa congeminat. Non enim simplex peccatum est non solum malum sed etiam vetitum admittere. Post labores iuventutis datur pax nonnulla senectuti. Inde iam deterior et languidior et morbis subiectior et debilior perducit ad mortem. Hec est vita tota hominis viventis ex corpore et cupiditatibus rerum temporalium colligati. Hic dicitur vetus homo et exterior et terrenus etiam si obtineat eam quam vulgus vocat felicitatem in bene constituta terrena civitate sive sub regibus sive sub principibus sive sub legibus sive sub his omnibus. Aliter enim bene constitui populus non potest etiam qui terrena sectatur. Habet quippe et ipse modum quendam pulchritudinis sue. Hunc autem hominem quem veterem et exteriorem et terrenum descripsimus sive in suo genere moderatum sive etiam servilis iustitie modum excedentem nonnulli totum agunt ab ista vita usque ad occasum. Nonnulli autem vitam istam necessario ab illo incipiunt sed renascuntur interius et ceteras eius partes suo robore spirituali et incrementis sapientie corrumpunt et necant et in celestes leges donec post visibilem mortem totum instauretur astringunt. Iste dicitur novus homo et interior et celestis habens et ipse proportione non annis sed provectibus distinctas quasdam spirituales etates suas. Primam in uberibus utilis hystorie que nutrit exemplis. Secundam iam obliviscentem humana et ad divina tendentem in qua non auctoritatis humane continetur sinu sed ad summam et incommutabilem legem passibus rationis innititur. Tertiam iam fidentiorem et carnalem appetitum rationis robore maritantem et gaudentem intrinsecus in quadam dulcedine coniugali cum anima menti copulatur et velamento pudoris obnubitur ut iam recte vivere non cogatur sed etiam si omnes concedant peccare non libeat. Quartam iam id ipsum multo firmius ordinatiusque facientem et emicantem in virum perfectum atque aptam et ydoneam omnibus et persecutionibus et mundi huius tempestatibus ac fluctibus sustinendis ac frangendis. Quintam pacatam atque omni ex parte tranquillam viventem in opibus et habundantia incommutabilis regni summe atque ineffabilis sapientie. Sextam omnimode mutationis in eternam vitam et usque ad totam oblivionem vite temporalis transeuntem in perfectam formam que facta est ad ymaginem et similitudinem dei. Septima enim iam quies eterna est et nullis etatibus distinguenda beatitudo perpetua. Ut enim finis veteris hominis mors est sic finis novi hominis vita eterna. Ille namque homo peccati est iste namque iustitie. xlix Sicut autem isti ambo nullo dubitante ita sunt ut unum eorum id est veterem atque terrenum possit in hac tota vita unus homo agere novum vero et celestem nemo in hac vita possit nisi cum vetere. Nam et ab ipso incipiat necesse est et usque ad visibilem mortem cum illo quamvis eo deficiente proficiente se perduret sic proportione universum genus humanum

cuius tamen unius hominis vita est ab Ada-
m usque ad finem huius seculi ita sub
divine providencie legibus administratur
ut in duo genera distributa appareat.
Quorum in uno est turba impiorum terreni
hominis ymaginem ab inicio seculi usque
ad finem gerencium. In altero series populi
uni deo dediti. Sed ab Adam usque
ad Johannem baptistam terreni hominis
vitam gerens servili quadam iusticia
cuius hystoria vetus testamentum voca-
tur quasi terrenum pollicens regnum. Que
tota nichil est aliud quam ymago
novi populi et novi testamenti pollicen-
tis regnum celorum. Cuius populi vita interim
temporalis incipit ab adventu domini
in humilitate usque ad diem iudicii
quando in claritate venturus est. Post quod
iudicium veteri homine extincto erit illa
mutacio que angelicam vitam pollicetur.
Omnes enim resurgemus sed non omnes immu-
tabimur. Resurget pius populus
ut veteris hominis sui reliquias transfor-
met in novum. Resurget autem impius
populus qui ab inicio ad finem veterem hominem
gessit ut in secundam mortem preci-
pitetur. Ceteri autem articulos qui diligenter
legunt inveniunt nec zyzania nec
paleas perhorrescunt. Impius namque
pio vivit et peccator iusto ut eorum com-
paracione alacrius domino perficienda assur-
gat. Quisquis autem populi terreni temporibus
usque ad illuminacionem interioris hominis me-
ruit pervenire genus humanum pro tempore
adiuvit exhibens ei quod etas illa
poscebat. Et per prophetiam intimabat
quod exhibere oportunum non erat. Tales
patriarche ac prophete inveniuntur ab eis
qui non pueriliter insiliunt sed pie di-
ligenterque pertractant divinum atque humanum
tantum bonum tam grande secretum. Quod
etiam temporibus novi populi magnos
et spiritales viros ecclesie catholice alum-
nos video cautissime providere ne quod
populariter agant quod non dum est tempus
ut cum populo agatur intelligentie ali-
mentis lacteis largiter avidis pluribus
atque insistit infirmioribus validioribus
autem cibis cum sapientibus paucis
vescuntur. Sapienciam enim loquuntur inter
perfectos carnalibus vero et animalibus

et quamvis novis hominibus adhuc tamen
parvulis non nulla obtegunt sed nulla
mentiuntur. Non enim honoribus suis et inanibus
consulunt etiam inanibus laudibus sed uti-
litati eorum cum quibus societate vite
huius inire meruerunt. Hec enim lex est
divine providencie ut nemo a superioribus
adiuvetur ad cognoscendam atque percipien-
dam graciam dei qui non ad eandem puro affectu
inferiores adiuverit. Ita de peccato nostro
quod in homine peccatore ipsa natura nostra commisit
et genus humanum factum est magnum de-
cus ornamentumque terrarum et tam decen-
ter divine providencie procuracione admini-
stratur ut ars in effabilibus medicine
ipsam viciorum feditatem in nescio quam
sui generis feditatem vertat pulchritudinem
Et quoniam de auctoritatis beneficencia quantum
in presencia satis visum est locuti su-
mus videamus quatenus ratio possit
progredi a visibilibus ad invisibilia et a
temporalibus ad eterna conscendens. Non
enim frustra et inaniter intueri oportet
pulchritudinem celi ordinem siderum
candorem lucis dierum et noctium vicis-
situdines lune menstrua curricula anni
quadrifariam temperacionem quadripertitis
elementis congruentem tantamque vim
seminum species gignencium
numeros et omnia in suo genere modum
proprium naturamque servancia. In quorum
consideracione non vana et peritura curio-
sitas exercenda est sed gradus ad
immortalia et semper manencia fa-
ciendus. Primum est enim attendere que
ista sit natura vitalis que cuncta ista sen-
tit. Que profecto quia vitam dat corpori
prestancior eo sit necesse est. Non enim
qualiscumque moles quamvis ista visi-
bili luce prefulgeat si vita careat ma-
gni estimanda est. Quelibet namque
//va viva substancia cuilibet non vive nature lege
preponitur. Sed quia irracionabilia etiam
animancia vivere atque sentire nemo
ambigit illud in animo humano prestan-
tissimum est non quo sentit sensibilia
sed quo iudicat de sensibilibus. Nam
et videt acutius et ceteris corporis
sensibus acrius corpora attingere plures
bestie quam homines sed iudicare de cor-
poribus non sencientis tantum vite sed

Nota divina providencia [illegible]

Nota ascendere a temporalibus ad eterna [illegible]

Et vivens prestancior non vivente

Et deus et ars eterna fit qui omnium iudicium et quam de omnibus iudicamus et non de ipsa

etiam ratiocinatur est qua ille cui venit nos
excellimus. Iam vero illud minime fal-
limum est praestantiorem esse iudicantem
quam illa res est de qua iudicatur.
Non plane autem rationalis vita de sen-
sibilibus sed de ipsis quoque sensibus
iudicat. Cur in aqua remum infrac-
tum oporteat apparere cum rectus sit et cur
ita per oculos sentiri necesse sit. Nam
ipse aspectus oculorum renuntiare
id potest, iudicare autem nullo modo. Quare
manifestum est ut sensualis vita
corpori, ita rationalem utrique praestare.
lvi Itaque si rationalis vita secundum se ipsam
iudicaret nulla iam esset natura praestantior.
Sed quia clarum est eam esse mutabilem
quando nunc imperita nunc perita invenitur,
tanto autem melius iudicat quanto est
peritior, et tanto est peritior quanto
alicuius artis vel disciplinae vel sapientiae
particeps est, ipsius artis natura quaeren-
da est. Neque nunc artem intelligi
volo quae notatur experiendo sed quae
ratiocinando indagatur. Quid enim
praeclarum novit qui novit ea impensa quae
calce et arena conficitur tenacius
lapides cohaerere quam luto, aut qui
tam eleganter aedificat ut quae plura
sunt paria paribus respondeant, quae autem
singula medium locum teneant,
quamquam iste sensus iam sit rationi vici-
nior. Sed certe quaerendum
est cur nos offendat si duabus fenestris
non super invicem sed iuxta invicem
locatis una earum maior minor-
ve sit cum aequales esse potuerint.
Si vero super invicem sint ambaeque de
medio quamvis impares non ita
offendat illa inaequalitas, et cur non
multum curemus quanto sit una earum
maior aut minor quia duae sunt.
In tribus autem sensus ipse videtur expete-
re ut aut impares non sint aut inter ma-
ximam et minimam ita sit media ut
tanto praecedat minorem quanto a maiore
praeceditur. Ita enim primo quasi natura ipsa
consulitur quid probet. Ubi potissimum
notandum est quemadmodum quod solum
inspectum minus displiceat in me-
lioris comparatione respuatur. Ita reperitur

Quid sit ars vulgaris

nichil esse aliud artem vulgarem
nisi rerum expertarum placitarumque memoriam
usu quodam corporis atque operationis ad-
iuncto. Qua si careas iudicare de operi-
bus possis, quod multo est excellen-
tius, quamvis operari artificiosa non
possis. Sed cum in omnibus artibus con-
venientia placeat qua una salva
et pulchra sunt omnia, ipsa vero con-
venientia aequalitatem unitatemque
appetat vel similitudine parium
vel gradatione disparium, quis
est qui summam aequalitatem vel simili-
tudinem in corporibus inveniat, au-
deatque dicere cum diligenter conside-
raverit quodlibet corpus vere ac simpli-
citer unum esse, cum omnia vel de specie
in speciem vel de loco in locum transeun-
do mutentur et partibus constent sua
loca obtinentibus per quas in spatia
diversa dividuntur. Porro ipsa vera
aequalitas et similitudo atque ipsa vera
et prima unitas non oculis carneis
neque ullo tali sensu sed mente in-
tellecta conspicitur. Unde enim qualis-
cumque in corporibus appeteretur aequalitas,
aut unde convinceretur longe plu-
rimum differre a perfecta, nisi ea quae perfecta
est mente videretur? Si tamen quae facta
non est perfecta dicenda est. Et cum
omnia quae sensibiliter pulchra sunt sive
natura edita sive artibus elabora-
ta locis et temporibus pulchra sunt ut cor-
pus et corporis motus, illa aequalitas
et unitas menti tantummodo cognita,
secundum quam de corporea pulchritudine
sensu internuntio iudicatur, nec loco
tumida est nec instabilis tempore.
Non enim recte dici potest secundum eam
iudicari rotundum canthum et non secundum
eam rotundum denarium. Simili-
ter in temporibus atque in motibus corporum
ridiculum dicitur secundum eam iudicari aequales
annos et non secundum eam aequales menses,
aut secundum eam aequales menses et
non secundum eam aequales dies. Sed
sive per ista spatia sive per horas sive
per breviora momenta convenienter
moveatur aliquid eadem una
et non secundum eam vastius

et incommutabili aequalitate iudicatur.
Et nos si maiora et minora spatia
figurarum atque motuum secundum eandem
legem parilitatis vel similitudinis
vel congruentiae iudicamus, ipsa lex
maior est his omnibus, sed potentia.
Ceterum spatio aut loci aut temporis
nec maior nec minor. Quoniam si maior
esset non secundum totam iudicaremus
minora. Si autem minor esset, non
secundum eam iudicaremus maiora.
Nunc vero cum secundum totam quadrati
iudicetur lege et forum quadratum
et lapis quadratus et tabella et
gemma quadrata. Rursus secundum
totam aequalitatis legem iudicetur
convenire sibi motus pedum currentis
formicae et secundum eam gradientis
elephanti. Quis eam dubitet locorum
intervallis ac temporum nec maiorem
esse nec minorem cum potentia superet
omnia. Haec autem lex omnium artium
cum sit omnino incommutabilis, mens vero
humana cui talem legem videre
concessum est mutabilitatem pati
possit erroris, satis apparet supra
mentem nostram esse legem quae veritas
dicitur. Nec iam illud ambigendum
est incommutabilem naturam quae supra
rationalem animam sit deum esse et ibi
esse primam vitam et primam essentiam
ubi est prima sapientia. Nam haec
est illa incommutabilis veritas quae
lex omnium artium recte dicitur et ars
omnipotentis artificis. Itaque cum se
anima sentiat nec corporum speciem mo
tumque iudicare secundum se ipsam, simul
oportet agnoscere praestare naturam
suam ei naturae de qua iudicat, praest
are autem sibi eam naturam secundum quam iudi
cat et de qua iudicare nullo modo potest.
Possum enim dicere quare similia sibi
ex utraque parte respondere membra cuiusque
corporis debeant, quia summa aequa
litate delector, quam non oculis corporis
sed mentis intueor. Quapropter tanto
meliora esse iudico quae oculis cer
nuntur, quanto pro sua natura viciniora sunt
his quae animo intelligo. Quare
autem illa ita sint nullus potest dicere.

Nec ita esse debere quisquam sobrie di
xerit quasi possit esse non ita. Quare lv
autem nobis placeant et cur ea cum me
lius sapimus vehementissime diligamus
ne is quidem quisquam eam rite intelligens
dicere audebit. Ut enim nos et omnes
animae rationales secundum veritatem de in
ferioribus recte iudicamus, sic de nobis
quando ipsi eidem cohaeremus sola ipsa veri
tas iudicat. De ipsa vero nec pater. Non
enim minus est quam ipse. Et ideo quae pater
iudicat per ipsam iudicat. Omnia enim
quae appetunt unitatem hanc habent
regulam vel formam vel exemplum
vel si quo alio verbo dici se sinit, quoniam
sola eius similitudinem a quo esse acce
pit implevit. Si tamen accepit non
incongrue dicitur propter significationem qua
filius appellatur, quia non de se ipso
est sed de primo summoque principio quod
pater dicitur, ex quo omnis paternitas in caelo
et in terra nominatur. Pater ergo non iudicat lvi
quemquam sed omne iudicium dedit
filio, et spiritualis homo iudicat omnia,
ipse autem a nemine iudicatur, id est ab nullo
homine, sed a sola ipsa lege secundum quam iudi
cat omnia. Quoniam et illud verissime
dictum est: Oportet nos omnes exhiberi
ante tribunal Christi. Omnia ergo iudi
cat quia super omnia est quando cum deo
est. Cum illo est autem quando purissime
intelligit et tota caritate quod intelligit
diligit. Ita etiam quantum potest lex
ipsa fit etiam ipse secundum quam
iudicat omnia et de qua iudicare nullus
potest. Sicut in istis temporalibus legibus
quamquam de his homines iudicent
cum eas instituunt, tamen cum fuerint
institutae atque formatae non licebit
iudici de ipsis iudicare sed secundum
ipsas. Conditor tamen legum temporalium
si vir bonus est et sapiens illam
ipsam consulit aeternam de qua nulli
animae iudicare datum est, ut secundum
eius incommutabiles regulas quid
sit pro tempore iubendum vetandumque discernat.
Aeternam igitur legem mundis animis fas est
cognoscere, iudicare non fas est. Hoc
autem interest quod ad cognoscendum

Conclusio [illegible]

[illegible]

Differentia inter cognoscere et iudicare

sitas et ut videamus ita esse aliquid
vel non ita admirandum vero admi-
rari aliquid quo significemus posse et
aliter velut cum dicimus quia ita esse de-
buit ita esse debuit vel ita esse debebit
ut in suis operibus artifices faciunt.
lvij Sed multis finibus ab humana delectatione
hic nolunt tendere ad superiora ut
iudicent cur ista visibilia placeant.
Itaque si quaeram ab artifice uno arcu
constructo cur alterum parem contra in
altera parte moliatur, respondebit credo
ut paria paribus aedificii membra
respondeant. Porro si pergam quaerere
id ipsum cur eligat, dicet hoc decere, hoc
esse pulchrum, hoc delectare cernentes. Nihil
audebit amplius. Inclinatus enim
recumbit oculis et unde pendeat
non intelligit. At ego virum intrinsecus
oculatum et invisibiliter videntem non
desinam commonere cur ista placeant
ut iudex esse audeat ipsius delecta-
tionis humanae. Ita enim superfluit
illi nec ab ea tenetur dum non secundum
ipsam sed ipsam iudicat. Et prius quaeram
utrum ideo pulchra sint quia
delectant an ideo delectent quia
pulchra sunt. Hic mihi sine dubitatione
respondebit ideo delectare quia pulchra
sunt. Quaeram ergo deinceps quare
sint pulchra, et si titubabit subiciam
utrum ideo quia similes sibi partes sunt
et aliqua copulatione ad unam conve-
nientiam rediguntur. Quod cum ita
esse convicerit, interrogabo utrum hanc
ipsam unitatem quam convincuntur appetere
summe impleant an longe infra ia-
ceant et eam quodammodo mentiantur.
Quod si ita est, nam quis non admo-
nitus videat neque ullam speciem neque
ullum omnino esse corpus quod habeat uni-
tatis aequalitatem, neque quamvis
pulcherrimum corpus tamen
intervallis locorum necessario aliud
alibi habeat, posse assequi eam quam
sequitur unitatem. Quae si hoc mihi
flagitabo ut respondeat ubi videat
ipse unitatem hanc aut unde videat,
quam si non videret unde cognosceret
et quid imitaretur corporum species et quid

implere non possent. Nunc vero cum dicit cor-
poribus: Vos quidem nisi aliqua unitas
contineret nihil essetis, sed rursus
si vos essetis ipsa unitas, corpora
non essetis. Recte illi dicitur:
unde ipsam nosti unitatem secundum
quam iudicas corpora, quam nisi vi-
deres iudicare non posses, et eam
non impleant? Si autem his corporeis
oculis eam videres, non vere diceres,
quamquam vestigio eius teneantur,
longe tamen ab ea distare. Nam istis
oculis non nisi corporalia vides. Men-
te igitur eam videmus. Sed ubi videmus?
Si hoc loco esset ubi corpus nostrum, non
eam videret qui hoc modo in oriente
de corporibus iudicat. Non ergo ista con-
tinetur loco et cum adsit ubicumque iudicanti,
nusquam est per spatia locorum et
per potentiam nusquam non est. Quod si lx
etiam corpora mentiuntur, non est creden-
dum mentientibus ne incidamus in van-
itates vanitantium, sed quaerendum
potius, cum ideo mentiantur quia
eam videntur ostendere oculis carnis
cum illa mente pura videatur, utrum in
tantum mentiantur in quantum ei similia
sunt an in quantum eam non assequuntur.
Nam si assequerentur, quod imitantur
implerent. Si autem implerent, omnino essent
similia. Si omnino essent similia, nihil
inter illam naturam et istam interesset. Quod
si ita esset, non eam mentirentur. Id enim
essent quod illa est. Nec mentiuntur ta-
men diligentius considerantibus, quia
ille mentitur qui vult videri quod
non est. Qui autem non volens aliud
videtur quam est, non mentitur, sed
fallit tamen. Nam ita discernitur mendax
a fallente, quod inest omni mentienti
mentiendi voluntas fallendi, etiam si non
ei credatur. Fallens autem esse non
potest qui non fallit. Ergo corporea
species quia nulla voluntate habet,
non mentitur. Si non etiam non putetur
esse quod non est, nec fallit. Sed nec ipsi
quidem oculi fallunt. Non enim renuntiare
animo possunt nisi affectum suum.
Quod si non solum ipsi sed omnes cor-
poris sensus ita nuntiant ut afficiuntur,
quid ab eis amplius exigere debeamus

Differentia inter mentientem et fallentem

regnorum tolle namque vanitates et nulla erit vanitas. Si quis remum frangi in aqua opinatur et cum inde aufertur integrari non malum habet internuntium sed malus est iudex. Nam ille pro sua natura non potuit in aqua aliter sentiri nec aliter debuit. Si enim aliud est aer aliud aqua iustum est ut aliter in aere aliter in aqua sentiatur. Quare oculus recte. Ad hoc enim factus est ut tantum valeat. Sed animus perverse cui ad contemplandam summam pulchritudinem mens non oculus factus est. Ille autem vult mentem convertere ad corpora oculos ad deum. Querit enim intelligere carnalia et videre spiritualia quod fieri non potest.

Quapropter ista perversitas corrigenda est quia nisi fecerit quod sursum est deorsum et quod deorsum sursum regno celorum aptus non erit. Non ergo summa queramus in infimis nec ipsis infimis inhereamus. Iudicemus ista ne cum ipsis iudicemur id est tantum eis tribuamus quantum species meretur extrema ne cum in novissimis prima querimus a primis inter novissima numeremur. Quod nichil ipsis novissimis obest sed nobis plurimum. Nec ideo divine providentie administratio minus decora sit quia et iniusti iuste et fedi pulchre ordinantur. Et si propterea nos fallit rerum visibilium pulchritudo quia unitate continetur et non implet unitatem intelligamus si possumus non ex eo quod est nos falli sed ex eo quod non est. Omne quippe corpus verum corpus est sed falsa unitas. Non enim summe unum est aut in tantum id imitatur ut impleat et tamen nec corpus ipsum esset nisi utcumque unum esset. Porro utcumque unum esse non posset nisi ab eo quod summe unum est id haberet.

O anime pervicaces date michi qui videat sine ulla imaginatione visorum carnalium. Date michi qui videat omnis unius principium non esse nisi unum solum a quo sit omne unum sive id impleat sive non impleat. Quem videtis date qui non litigat. Nolo qui videri velit. Sed volo qui resistat sensibus carnis et plagis quas per illos in anima vapulavit qui resistat consuetudini hominum resistat laudibus hominum. Qui compungatur in cubili suo qui resculpat spiritum suum qui non foris diligat vanitates et querat mendacia qui noverit dicere. Si una Roma est quam circa Tyberim nescio quis Romulus dicitur condidisse falsa est ista quam cogitans fingo non enim est ipsa nec ibi sum animo nam quid ibi ageretur modo utique scirem. Si unus est sol falsus est iste quem cogitans fingo. Nam ille curricula sua certis locis et temporibus peragit. Istum ego ubi volo et quando volo constituo. Si unus est ille amicus meus falsus est iste quem cogitans fingo. Nam ille ubi sit nescio iste ibi fingitur ubi volo. Ego ipse certe unus sum et hic ... loco sentio corpus meum et tamen figmento cogitationis pergo quolibet loquor cum quolibet. Falsa sunt hec nec quisquam intelligit falsa. Non ergo intelligo cum ista contemplor et istis credo quia verum esse oportet quod intellectu contemplor. Numquid forte ista sunt que fantasmata dici solent? Unde ergo impleta est anima mea illusionibus? Ubi est verum quod mente conspicitur? Ita cogitanti dici potest. Illa lux vera est qua hec non esse vera cognoscis. Per hanc illud unum vides quo iudicas unum esse quicquid aliud vides nec tamen hoc esse quod illud est quicquid mutabile vides.

Quod si hec intuendo palpitat mentis aspectus quiescite nolite certare nisi cum consuetudine corporum. Ipsam vincite et victa erunt omnia. Unum certe querimus quo simplicius nichil est. Ergo in simplicitate cordis queramus illum. Agite otium inquit et agnoscetis quia ego sum dominus. Non otium desidie sed otium cogitationis ut a locis et temporibus vacetis. Hec enim fantasmata tumoris et volubilitatis constantem unitatem

Quod retrahit animam a fantasmatibus corporalibus ut unitatem cum deo [illegible] pura mente possumus intelligere

videre non sinunt loca offerunt quod
amemus tempora subripiunt quod amamus
et relinquunt in anima turbam fantasmatum
quibus in aliud atque in aliud
cupiditas incitetur. Ita fit inquie
tus et erumpnosus animus frustra tene
a quibus tenetur exoptans. Vocatur
ergo ad ocium id est ut ista non diligat
que diligi sine labore non possunt.
Sic enim eis dominabitur sic non tene
bitur sed tenebit. Iugum meum
inquit leve est. Huic ergo qui
subiectus est subiecta habebit ce
tera. Non ergo laborabit non
enim resistit quod subiectum est. Sed
miseri amici huius mundi cuius domi
ni erunt si filii dei esse voluerint quia
dedit eis potestatem filios dei fieri.
Amici ergo huius mundi tam timent
ab eius amplexu separari ut ei
sit laboriosius quam non laborare.
lxv Sed cui saltem illud manifestum est
falsitatem esse qua id putatur esse quod
Diffinicio veritatis non est intelligit eam esse veritatem
que ostendit id quod est. At si corpora
in tantum fallunt in quantum non imple(nt)
illud unum quod convincuntur imitari a quo
principio unum est quicquid est ad
cuius similitudinem quicquid nititur
naturaliter approbamus quia naturaliter
improbamus quicquid ab unitate di
scedit atque in eius dissimilitu
dinem tendit. Datur intelligi esse ali
quid quod illius unius a quo
principio unum est quicquid aliquo modo
unum est ita simile sit ut hoc omnino
impleat ac sit idipsum. Hec est veritas
et verbum in principio et verbum deus
apud deum. Si enim falsitas ex hiis
est que imitantur unum non in quantum
id imitantur sed in quantum implere non
possunt. Illa est veritas que id implere potuit
et id esse quod illud est. Ipsa est que
illud ostendit sicut est. Unde et verbum
eius et lux eius rectissime dicitur.
Cetera unius illius similia dici possunt
in quantum sunt in tantum enim et vera sunt.
Hec autem ipsa eius similitudo et ideo veritas.
Ut enim veritate sunt vera que vera sunt

Ita similitudine similia sunt quecumque
similia. Ut ergo veritas forma verorum
est. Ita similitudo forma similium.
Quapropter vera quoniam in tantum vera sunt in quantum
sunt in tantum autem sunt in quantum principalis
unius similia sunt ea forma est omnium
que sunt que est summa similitudo principii
et veritas est quia sine ulla dissimilitudine
est. Unde falsitas oritur non rebus lxvi
ipsis fallentibus que nichil aliud
ostendunt sentienti quam speciem suam
quam pro sue pulcritudinis acceperunt gra
du neque ipsis ipsis sensibus falle
tibus qui pro natura sui corporis affecti
non aliud quam suas affectiones pre
sidenti animo nunciant sed peccata
animas fallunt cum verum querunt re
licta et neglecta veritate. Nam quoniam
opera [illegible] magis quam artificem
atque ipsam artem dilexerunt hoc
errore puniuntur ut in operibus arti
ficem artemque conquirant et cum in
venire nequiverint deus enim
non corporalibus sensibus subiacet
sed ipsi menti supereminet ipsa opera
existiment esse et artem et artificem.
Hinc oritur omnis impietas non lxvii
modo peccantium sed etiam dampnatorum
propter peccata sua. Non enim tantum scrutari
creaturam contra preceptum dei et ea frui
potius quam ipsa lege et veritate
volunt quod primi hominis peccatum
de [illegible] male utentis libero
arbitrio. Sed quod in ipsa dampnatione
addunt ut non modo diligant sed etiam
serviant potius creature quam creatori
et eius colant partes eius a summis
usque ad yma decrescentes. Sed aliqui
se in hoc tenent ut pro summo deo animam
colant et primam intellectualem creaturam
quam per veritatem pater fabricavit ad ipsam
semper intuendam veritatem et se per ipsam
quia omnimodo ei simillima est. De
inde veniunt ad vitam genitalem
per quam eternus et incommutabilis deus visibilia et temporalia
generancia deus eternus et in com
mutabilis operatur. Hinc ad animalia
et inde ad ipsa corpora colenda dela
buntur et in hiis primo eligunt

pulchriora in quibus celestia magis
excellunt. Ergo in primis se his corr-
exerint et in eis non nulli remaneant
aliqui velut splendore religio-
ne dignum putant. Est enim nobis
ut philosophi tradunt [?] ymaginacio. unde vicinior
spiritibus habere sentiunt. Alii etiam celo
et sideribus corpora adiungunt et totum
celum cum stellis suis. Alii celo
celestia copulant aerem et istis duo-
bus superioribus elementis corporibus
subiciunt animas suas. Hec autem
hos illi viderent religiosissimi qui
diligentissimi simul a caritate unitati
omnium cum omnibus que in eis sunt
et vita qua spiritus et alatur quia quedam
corporea tam esse crediderunt. Hec
ergo totum simul unum deum esse ar-
bitrantur cuius partes sint cetera. Ho-
minem enim universe creature auctorem conditorem
requirere noluerunt. Inde in simulacra
prorumpunt et ab operibus dei in opera
in opera sua demerguntur que tamen
adhuc visibilia sunt. Est enim alius
deterior et inferior cultus simulacrorum
quo fantasmata sua colunt et quicquid
animo errante cum superbia vel tu-
more cogitando ymaginati sunt
religionis nomine observant donec
fiat in anima nil omnino colendum
esse et errare homines qui super-
stitione voluerunt et misera implicant
servitute. Sed frustra hoc sentiunt
non enim efficiunt ut non serviant
remanent quippe ipsa vitia quibus
nisi illa colenda opinantur. Attra-
hunt. Serviunt enim cupiditati triplici
vel voluptatis vel excellencie vel
spectaculi. Nego esse quemquam istorum
qui nichil colendum existimat qui
non aut carnalibus gaudiis subditus
sit vel potentiam vanam foveat aut aliquo
spectaculo delectatus insaniat. Ita
nescientes diligunt temporalia ut in
beatitudine expectent. His autem rebus
quibus velit efficitur serviat necesse est
velit nolit. Ita quocumque duxerint
et quasi ea in se sint auferre posse
metuunt. Potest autem auferre ista
scintilla ignis et aliqua parva bestia

ra. Postremo ut omittam innumerabiles ad-
versitates tempus ipsum auferre necesse
est omnia fugientia. Itaque cum omnia tempo-
ralia mundus iste concludat omnibus
mundi partibus serviunt qui ideo putant
nichil colendum esse ne serviant vero lxvii
tamen quia quod iubeat rex consimiliter
in sua iaceant ut vicia sub se dominant
vacant vel libidine vel superbia vel
curiositate dampnati vel duobus horum
vel omnibus. Quamvis dum sunt in hoc stadio
vite humane liceat eis aggredi et vinc-
ere si prius credant quod intelligere non dum
valent et non diligant mundum quia
omne quod in mundo est sicut dictum
est concupiscentia carnis est et con-
cupiscentia oculorum et ambicio seculi. Hoc
modo tria illa notata sunt. Nam concupiscentia
carnis voluptatis infime amatores
significat. Concupiscentia oculorum curiosos
ambicio seculi superbos. Triplex etiam
temptacio in homine quem veritas ipsa
suscepit caute da monstrata est. Dic
inquit temptator lapidibus istis ut
panes fiant. At ille unus et solus
magister: Non inquit in pane solo
vivit homo sed in omni verbo dei. Ita
enim domandam docuit esse cupiditatem
voluptatis ut nec fami
cedendum sit. Sed forte dominacionis
temporalis fastu decipi ~~capiet~~ poterit
qui carnis voluptate non poterit.
Omnia ergo mundi regna monstrata
sunt et dictum est. Omnia tibi dabo si
prostratus adoraveris me. Cui responsum
est: Dominum deum tuum adora-
bis et illi soli servies. Ita calcata
superbia est. Subiecta est autem extrema
etiam curiositatis illecebra. Non enim
ut se de fastigio templi precipitaret
urgebat ~~urgebat~~ nisi causa tamen
aliquid experiendi. Sed neque hic
victus est et ideo sic induit ut intelli-
gamus non opus esse ad cognoscendum
deum temptationibus in subita divina
exploracione volentibus. Non temptabis
inquit dominum deum tuum. Quamobrem
quis quod intus dei verbo pascitur
non querit in isto genere voluptatem.
Qui vero deo subiectus est non querit
in morte [?] eterna elacione iactanciam.

Omnibus quos extra se spiritualibus incommutabi-
libus vitiis adhaeserit. Non per fastigium
huius corporis vel per oculos perspicitur
in temporalia et in se non cognoscit.
xxxvij Quid igitur restat unde non possit anima
recordari primam pulchritudinem quam
reliquit quando de ipsis suis vitiis potest.
Ita enim sapientia dei pertendit a fine
usque in finem fortiter. Ita per hanc sum-
mus ille artifex opera sua in unum
finem decoris ordinata contexuit.
Ita illa bonitas a summo ad extremum
nulli pulchritudini quae ab ipso solo
esse posset invidit ut nemo ab ipsa ve-
ritate deiciatur qui non excipiatur ab aliqua
effigie veritatis. Quaere in corporis vo-
luptate quid teneat nihil aliud
invenies quam convenientiam nam si re-
sistentia pariunt dolorem convenien-
xxxviij tia pariunt voluptatem. Recognosce
igitur quae sit summa convenientia. Noli
foras ire in te ipsum redi in interiore
homine habitat veritas et si tuam naturam
mutabilem inveneris transcende et te
ipsum. Sed memento cum te transcendis ra-
tiocinantem animam te transcendere. Illuc ergo
tende unde ipsum lumen rationis accen-
ditur. Quo enim pervenit omnis bo-
nus ratiocinator nisi ad veritatem cum
ad se ipsa veritas non utique ratiocinan-
do perveniat sed quod ratiocinantes appetunt
ipsa sit. Vide ibi convenientiam qua
superior esse non possit et ipse conveni cum
ea. Confitere te non esse quod ipsa est si
quidem se ipsa non quaerit. Tu autem
ad eam quaerendo venisti non locorum
spatio sed mentis affectu ut ipse in-
terior homo cum suo inhabitatore non
infima et carnali sed summa et spiritua-
xxxix li voluptate conveniat. Aut si
non cernis quae dico et an vera sint du-
bitas cerne saltem utrum te de his
dubitare non dubites. Et si certum est te
esse dubitantem quaere unde sit certum
non illic tibi omnino solis huius lumen
occurret sed lumen verum quod illuminat
omnem hominem venientem in hunc
mundum. Quod his oculis videri
non potest nec illis oculis quibus
fantasmata cogitantur per eosdem
oculos animo impacta sed illis quibus

Secundum predicta q[illegible] contemplanda non ita temporalia visibilia

ipsis fantasmatibus dicitur. Non estis
vos quod ego quaero nec illud quidem
unde ego vos ordino et quicquid mihi inde
vos foedum occurrit improbo quod pul-
chrum approbo cum sit illud
unde improbo et approbo. Quare hoc ipsum ma-
gis approbo et non solum vobis sed
illis omnibus corporibus unde vos
hausi antepono. Deinde regulam
ipsam quam vides concipe hoc modo.
Omnis qui se dubitantem intelligit xxxix
verum intelligit et de hac re quam
intelligit certus est. De vero igitur
certus est. Omnis igitur qui utrum
sit veritas dubitat in se ipso habet
verum unde non dubitet nec illud
nullum verum nisi veritate verum est.
Non itaque oportet eum de veritate
dubitare qui potuit undecumque
dubitare. Ubi videntur haec ibi est
lumen sine spatio locorum et temporum et
sine ullo spatiorum talium fan-
tasmate. Numquid ista ex aliqua parte
corrumpi possunt etiam si omnis ra-
tiocinator intereat aut apud car-
nales inferos veterascat. Non enim
ratiocinatio talia facit sed invenit.
Ergo antequam inveniantur in se ma-
nent et cum inveniuntur nos innovant. xl
Ita renascitur interior homo et exterior
corrumpitur de die in diem. Sed interior
exteriorem respicit et in sua comparatione
foedum videt in suo tamen genere
pulchrum et corporis convenientiam
laetantem et corrumpentem quod in bonum
suum convertit alimenta scilicet carnis quae
tamen corrupta id est amittentia
formam suam in membrorum istorum fabricam
migrant et corrupta reficiunt et in aliam
formam per convenientiam transeuntia
et vitali motu diiudicantur quo-
dammodo ut ex eis in structuram huius
pulchri visibilis quae apta sunt
assumantur non apta vero per congruos
meatus eiciantur. Quorum aliud
faeculentissimum redditur terrae ad alias
formas assumendas aliud per totum
corpus exhalat aliud totius animalis
latentes numeros accipit et inchoat
membrum et sine convenientia duorum
corporum sive tali aliquo fantasmate

commotum per seminales vias ab ipso
ultimo defluit infima voluptatis.
Iam id in mari per certos et innumeros
temporum in locorum numeros accipiunt
ut suas regiones quieti meliora
occupent. Et si modum plenitudinis sui
nanciscantur luce colore admixta in
se corporis quod formosum vocatur. Ra
sus doloribus animat acerrime
non tamen in eo plus placet forma
quem maleficium quamquam vita que ma
net etiam illius animalis si non de
met alliciat molentius si oderit
aut si certissimus et forte si non pos
simus etiam si forma ipsam ple
at fruenti hoc totum est voluptatis
regnum et ima pulchritudo subiacet
enim corruptioni. Quod si non esset
xxi summa putaretur. Sed adest divina
providentia que hanc ostendit et non
malam per tam manifesta vestigi
a primorum numerorum in quibus sapientie
dei non est numerus et extremam
tamen esse misceris ei dolores et
morbos et distortiones membrorum
et tenebras oculorum et animorum sim
ultates ac dissensiones ut ex hijs
admoneamur incommutabile aliquid
esse querendum. Et hoc faciunt per infi
ma ministeria quibus id agere vo
luptatis est quos exterminatores et
angelos iracundie divine scripture
nominant quamvis ipsi nesciant
quid de se agatur boni. Hijs similes
sunt homines qui gaudent mise
rijs alienis et risus sibi ac ludibrii
xxii spectacula exhibent vel exhiberi vo
lunt eversionibus et erroribus aliorum
atque ita in hijs omnibus boni ad
monentur et exercentur et vincunt et tri
umphant et regnant. Mali vero decipiun
tur cruciantur vincuntur damnantur et ser
viunt non uni omnium domino summo
sed ultimis servis illis videlicet
angelis qui doloribus et miseria
damnatorum pascuntur et pro sua ma
livolentia bonorum liberatione tor
quentur. Ita ordinantur omnes officiis
lxxiii et finibus suis in pulchritudine univer
sitatis ut quod horremus in parte si totum
toto consideremus plurimum placeat

Et ea que per se considerata displicent cum
aliis considerata placent

quia nec in edificio iudicando unum tantum
angulum considerare debemus nec in homine
pulchro solos capillos nec in bene pronun
ciante solum digitorum motum nec in lune
cursu aliquas tridui tantum figuras. Ista
enim quia extrema sunt infima quia partibus
imperfectis tota perfecta sunt sive in sta
tu sive in motu pulchritudo sentiatur tota
consideranda sunt si recte volumus iudi
care. Verum enim verum iudicium sive de
toto sive de parte iudicat pulchrum est.
Eminet quippe mundo superfertur nec
alicui eius parti inquantum verum iudicamus
adheremus. Error autem in parte adhe
rens eius ipse per se fedus est. Sed sicut
enim neque color in pictura cum toto sit
pulcher sit ipsa tota ergo nec decet
cedit incommutabilis divina providen
cia aliud victis aliud certantibus
aliud victoribus aliud spectatoribus aliud
quietis et solum deum contemplantibus
tribuens. Cum in hijs omnibus non sit
malum nisi peccatum et pena peccati hoc
est defectus voluntarius a summa essen
tia et labor in infima non voluntarius
quod alio modo sic dici potest libertas lxxiiii
iniusticia et servitus sub peccato. Corrumpi
tur homo exterior aut profectu interioris
aut defectu suo. Sed profectu interioris
ita corrumpitur ut totus in melius
reformetur et restituatur in integrum in novis
sima tuba ut non iam corrumpatur
neque corrumpat. Defectu autem suo in lxxv
pulchritudines corruptibiliores idest
penarum ordinem precipitatur. Nec miremur
quod adhuc pulchritudines nominamus nichil lxxvi
enim est ordinatum quod non sit pulchrum.
Et sicut ait apostolus. Omnis ordo a deo
est. Necesse est autem fateamur meli
orem hominem esse plorantem quam
letantem vermiculum et tamen vermiculi
laudem sine mendacio ullo copiose pos
sum dicere considerans nitorem coloris
figuram teretem corporis priora cum
medijs media cum posterioribus congruentia
et unitatis appetentiam pro sue infime
humilitate nature nichil esse ex una
parte formatum quod non ex altera parili
dimensione respondeat. Quid iam de anima
ipsa dicam vegetante modulum cor
poris sui quomodo eum numerose moveat

quomodo appetit convenientia quomodo
vitat aut vincat obsistentia quid
enim potest ad vim sensuum in colo-
ribus preter ceteros omnia unitatemque
illa condidit naturam pertinere nisi
evidenter quia corpore in seipsum lo-
quor detrimentis animalis qualitatem
emerit et se totis laude nissime atque
ubique plenique dixerunt. Quid ergo
miro est si hominis animam que ubique
sit et qualiscumque sit omni corpore me-
lior. Dicta pulchre ordinat et de pe-
nis eius alias pulchritudines facit cum
ibi non sit quia miseria est ubi esse beatos
deceret sed ibi sit ubi esse miseros de-
cet. Prorsus nemo nos fallat quicquid
recte vituperatur in melioris comparatione
respuitur. Omnis autem natura quamvis
in extrema quamvis infima in comparatione
nichil in[?] laudatur. Et tunc cuique non
est bene si esse melius potest quam
si nobis potest bene esse cum ipsa veritate
male sumus cum quolibet vestigio veri-
tatis multo ergo deterius cum extremis
vestigiis quando carnis voluptatibus
adheremus. Vincamus ergo blandicias cu-
piditatis vel blandicias vel molestias
ad subiungendum nobis hanc feminam
si viri sumus nobis ducibus et ipsa erit
melior. Et iam temperantia pro
cupiditatis nominabitur. Nam cum ipsa
dominat nos aut servimus cupiditas
illa et libido nos vero temeritas et stul-
ticia nuncupamur. Sequamur Christum
caput nostrum ut et nos sequantur cu-
ius caput sumus. ~~Talis~~ Hec femina est
quo melius Christo nec masculus nec
femina sumus. Habent enim et ille in hac
quidam viri feminas subiungentes vo-
luptates viri Christo similiter et imperent
cupiditatibus quos in multis viduis et
virginibus Dei in multis etiam maritatis
iam sine coniugalia iura fraternaliter
habentibus per ipsum dispensatione manifestum
est. Quod si abeat per eam domina
in nobis Deus iubet atque ut in nostram
possessionem restituamur hortatur
et opitulatur. Sic ergo abstrahat per ne-
gligentiam et impietatem viri sub dicio-
nem et vere ... hominem temporis
et mulier se destinam ... vitam et post

hanc vitam ordinat quo enim destina-
tur ibi ordinatur. Sumus illecebrosi rerum et
in ... nulla ... ...
... ...
Ambulemus ergo dum diem habemus lxx...
id est dum ratione uti possumus ut ad
Deum conversi verbo eius quod verum lu-
men est illuminari mereamur ne nos
tenebre comprehendant. Dies enim
presentia illius luminis quod illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum.
Hominem dixit quia ratione uti potest
et ubi cecidit ibi incumbere ut resurgat.
Si ergo voluptas carnis diligitur
ea ipsa diligenter consideretur et cum
ibi recognita fuerint quorundam nume-
rorum vestigia, querendum est
ubi sine tumore sint, ibi enim ma-
gis unum quod est et si tales sunt in ipsa
motione vitali que in seminibus operatur
magis ibi mirandi sunt quam
in corpore. Si enim numeri seminum sicut
ipsa semina tumerent, de dimidio
grano ficus arbor dimidia nasceretur
neque de animalium seminibus etiam non
totis animalia tota et integra gi-
gnerentur. Atque tam parvulum unum
semen vim haberet sui cuiusque generis
innumerabilem. De uno quippe possunt
secundum suam naturam segetes segeti-
bus silve silvis pecora pecoribus propaginum
ut nullum sit ... in illius
... ... successione
... non ... in illo primo et uno
semine sint. Deinde illud cogitandum
est quam multos quasi sonantes ...
pulchritudines ... ...
... ... quas illius ...
... non cum liberet. Et sub-
... ... motu ...
... ... hoc et in ceteris
animantibus que ratione carentia
sensu tamen non carent animadverti
potest. Nullum enim horum est quod
non in sono vocis vel in ceteris motu
atque operatione membrorum numerosum
aliquid et in suo genere moderatum gerit
non aliqua scientia sed tamen intimis natu-
re terminis ab illa incommutabili ...

Hec et seqq. ... pertinent ... (margin, beside line 36)

quiescere (margin, beside line 16)

lxxvi (margin, beside line 20)

lege modulatis. Redeamus igitur ad nos
et dimittamus ea que cum arboribus et
bestiis habemus communia. Quodam mo-
do namque tamen indistincte. Et unicuique anime
inest etiam unus aliquis suo modo sensus
in nobis quo et de illis sibi iudicamus
quas species appetit et qualitatum im-
plevit et nos in ceteris aliis ex cor-
poris speciebus tamen dum omnium istarum
figurarum imaginabilia ... similitudinem. Et unde
in nobis est quod intus intelligit has quas
visibiles corporum moles imaginatione ma-
gnas esse vel parvas et omne corpus habere
dimensionem quantitatis sic et si dimensio-
nem immeabiles partes. Item quod omne corpus
mobile sive tantum quantum minimum
minimum corpus tenet tantum magnum esse
quam mundus est nobis totum quod ipsum mundi
figurarum omne pulchrum est non molestia
quia autem videri non possint quantitate
corporis tamen ... ... quibus
est plenus que tamen cum habent in sim-
tate distinctione non ipsa potest sed maiora
que et maxime ipsius universi comparati-
one parva sunt. Item in spacio temporum
alia res est quia ut omnis loci sic et
temporis longitudo habet dimensionem sine qua
nisi enim sit brevissima et incipit et pergit
et desinit. Itaque non potest nisi habere
dimensionem dum ibi dividitur qua transit
ad finem ac prolixior et brevior ipse comparati-
one comparatione longior brevior et hora ab-
malis que brevior compatiatur minor
est sic et mora unius hore a die et dia
ad mense et mense ad annum et anni
ad lustra et lustra ad maiores circulos,
et ipsi ad universum tempus relata brevior est.
Cum tota ipsa numerosa successio et quasi
gradatio sive localium sive temporalium
spatiorum non tumore vel mora sed sin-
gulari convenientia pulchra iudicetur. Ipse
autem omnis modus vivit immutabiliter spe-
cie nec molestatus nec spiritu volu-
bilis sed potentia supra omnes locos
magnus et immotus supra omnia tempora
immobilis. Enimquia tamen nec illi inest
magnitudo in vitam rerum nec illius tempus
providentiis potest aberrare. Cohibere tamen aliquis
esse vel corpus ut corpus sit vel mo-
tum ut motum sit ipsum est unum principale
nec profinitum crassum nec profinitum
mutabile. Ideo enim habet aliud et aliud
alibi aut aliud nunc aliud postea quia
summe unus et principaliter est sine spatio
que nulla ex parte dissimilis similitudo quia
dicta est et imago et de ipso Veritas et filius
quia in te sic corpus et cetera principium perfec-
tionem forma omni summe implens unum
dictus est ut cetera que sunt in qualitate sunt
dum similia per eam formam sicut hoc aut
sic sunt propriam ut adiungat etiam sunt
ut omnis rationalis et intellectualis
creatura in qua homo rectissime dicitur
factus ad imaginem et similitudinem
dei. Ideo enim aliter incommutabile per vi-
tam possit mente conspicere aliam vero
ita sunt per propriam facta ut non sit ad ymaginem.
Et ideo rationalis anima si creatori suo
famulatur a quo facta est et per quem facta
est et ad quem facta est cunctis ceteris
famulantur et ultima animalia que tamen vici-
na illi est et est adiutorium eius
quo imperat corporibus et ipsum corpus
ad terminam naturam et concordiam cui omnino
cedenti ad arbitrium dominabitur
nulla de illo sentiens molestia quia
iam non de illo nec per illud quiet beati-
tudine sed de deo per ipsam perficietur.
Reformatum quoque corpus ac sanctifica-
tum sine detrimento corruptionis et
sine ulla difficultate administrabit.
In resurrectione enim neque nubent neque
nubentur sed erunt sicut angeli in
celis. Restaurabuntur(?) et venient ceteri
deus vero regnet et illos destruet qui
non est in regno dei esca et potus sed
iustitia et pax et gaudium. Quanti vero
minimus unum commoneantur eam corrup-
natur. Nunquam malum est nec corporis
sed quia in dilectione turpis
voluntatis cum prius inferiore fruitur eo
assumptum est tenebris angelique sic
tenebrositatis dant penas quod quod illud
quomodo crebat accusat si imploret
auxilium ... nolunt ideo absistunt
quando alia ista spectacula de illius
perpetrare facientibus et iussi sicut
in dominatione sunt et officia nihilominus
super ... collocetur habentque in ea
reddunt ne regat clamantibus obtemperantes
et dominos bestias tunc sentiet quod
bene cuique et tota illa mentis sibi
ta sit quod ... eius et ipsam affligit.

et tamen summum decentissime moderationis
amiserit quia et hinc aut corporis
imbecillitate perpetitur anime male utentis
auditis in paradiso usurpatis vetitis
cibum contra medici disciplinam qua
sempiterna continetur salus. Si ergo in
lxxxii ista ipsa insensibili carnis imbecillitate
te ubi beata vita esse non potest
reverenter admonito bene vite pro spe
de summo usque ad yma veniente
quanto magis in appetitione nobi
litatis et excellencie et in omni super
bia vana que pompa huius mundi.
Quid enim aliud in ea homo appetit
nisi solus esse si fieri posset cui
cuncta subiecta sint perversa scilicet imita
cione omnipotentis dei. Cui si sub
ditus imitaretur secundum eius precep
ta vivendo rerum haberet subdita
cetera nec ad tantam deformitatem
veniret ut bestiolam timeat qui
nota de superbia vult hominibus imperare. Habet ergo
et superbia quemdam appetitum uni
tatis et omnipotentie sed in rerum
temporalium principatum que omnia
transeunt tamquam umbra. Invicti
lxxxiii esse volumus, et recte. Hoc enim
animi nostri natura post deum a quo
ad eius ymaginem factus est habet sed eius
erant precepta servanda quibus serva
tis nemo nos vinceret. Nunc vero
dum ipsa cui verbis turpiter consensi
mus dominatur dolore pariendi et nos
in terra laboramus et cum magno
dedecore superamur ab omnibus que nos
commovere ac perturbare potuerint.
lxxxiiii Itaque nolumus ab hominibus vinci et
iram non possumus vincere. Qua tur
pitudine quid execrabilius dici potest.
Fatemur hominem hoc esse quod nos sumus
qui tamen et si habet vitia non est tamen
de victoria ipse vicium. Quanto igitur honestius
homo nos vincit quam vicium quod
invidie subditum. Immane vicium esse
invidentiam quam necesse est tor
queatur et subiciatur qui non vult in
rebus temporalibus vinci. Melius est
ergo ut homo nos vincat quam in
videntia vel quodlibet aliud vitium.
Sed nec ab homine vinci potest qui vitia

sua diligit. Non enim vincitur nisi cui eri lx
pitur ab adversario quod amat. Qui
ergo id amat solum quod amanti
eripi non potest, ille indubitanter invic
tus est nec ulla cruciatur invidia.
Id enim diligit ad quod diligendum
et percipiendum quanto plures
venerint tanto ubertius gratulatur.
Diligit enim deum ex toto corde
et ex tota anima et ex tota mente et
diligit proximum tamquam se ipsum.
Non illi ergo invidet ut sit quod ipse
est, immo adiuvat etiam quantum potest.
Nec potest amittere proximum quem dili
git tamquam se ipsum, quia neque
in se ipso ea diligit que oculis
subiacent aut ullis aliis cor
poris sensibus. Ergo apud se ipsum
habet quem diligit tamquam se ipsum.
Ea est autem regula dilectionis ut lxxx
que sibi vult bona provenire et illi
velit que eadem sibi mala non
vult et illi nolit. Hanc voluntatem
erga omnes homines servat. Nulli
enim nemini operandum est malum et di
lectio proximi malum non operatur.
Diligamus ergo ut preceptum est etiam
inimicos nostros si vere invicti esse volu
mus. Non enim per se ipsum quamquam ho
minum invictus est sed per illam in
commutabilem legem cui quicumque ser
viunt soli sunt liberi. Sic enim ab eo quod
diligit auferri non potest que res
una invictos facit et perfectos viros.
Nam si vel ipsum hominem homo dile lxxx
xerit non tamquam se ipsum sed tamquam iu
mentum aut balneas aut aviculam
pictam vel garrulam id est ut ex eo ali
quam temporalis voluptatis aut com
modi capiat, servire necesse est non
homini sed quod est turpius tam fedo et
detestabili vitio quo non amat
hominem sicut homo amandus
est. Quo vitio dominante usque ad extre
mam vitam vel potius mortem perdu
citur. Sed nec sic quidem homo ab homine
diligendus est ut diliguntur car
nales fratres vel filii vel coniuges
vel quique cognati aut affines
aut cives. Nam et ista dilectio

temporalis est. Non enim illas tres necessitudines [illegible] que nascendo et moriendo contingit si vera mente captus et ymagine dei manens in istam corruptionem non relaxat. Itaque ad perfectam primamque naturam nos ipsa veritas revocans precipit ut carnali consuetudini resistamus docens neminem aptum esse regno dei qui non istas carnales necessitudines oderit. Nec hoc cuiquam inhumanum videatur. Magis enim est non humanum non amare in homine quod homo est sed amare quod filius est. Hoc est enim non in eo amare illud quod ad deum pertinet sed amare illud quod ad se pertinet. Quid ergo mirum si ad regnum non pervenit quia non commune sed privatum se diligit. Immo utrumque ait quispiam. Immo illud unum dicit deus. Dicit enim verissime veritas. Nemo potest duobus dominis servire. Nemo enim potest diligere perfecte quo vocamur nisi oderit unde revocamur. Vocamur autem ad perfectam naturam humanam qualem ante peccatum nostrum deus fecit. Revocamur autem ab eius dilectione quam peccando meruimus. Quare oderimus oportet unde liberari optamus. Oderimus ergo temporales necessitudines si eternitatis caritate flagramus. Diligit homo proximum tamquam se ipsum. Certe nemo sibi ipsi est pater aut filius aut affinis aut aliquid huiusmodi sed tantum homo. Qui ergo diligit aliquem tamquam se ipsum hoc in eo debet diligere quod sibi ipse est. Corpora non nos sunt quod nos sumus non ergo in homine corpus concupiscendum aut desiderandum valet. Ad hoc etiam quod preceptum est ne concupiscas rem proximi tui. Quapropter quisquis in proximo aliud diligit quam sibi ipse est non eum diligit tamquam se ipsum. Ipsa igitur natura humana sine carnali condicione diligenda est sive sit perficienda sive perfecta. Omnes sub uno deo patre cognati sunt qui eum diligunt et faciunt voluntatem eius et invicem sibi sunt et patres cum sibi consulunt et filii cum sibi obtemperant et fratres maxime quia eos unus pater testamento suo ad unam hereditatem vocat. lxxxix Quamquam iste non invictus sit hominem diligendo cum in eo nichil preter hominem diligat id est creaturam dei ad eius ymaginem factam nec ei possit deesse perfecta natura quam diligit cum ipse perfectus est. Sicut enim verbi gratia si quisquam diligat bene cantantem non hunc autem illum sed tantum bene cantantem quemlibet cum sit cantator ipse perfectus ita vult omnes tales esse ut tamen non ei desit quod diligit quia ipse bene cantat. Nam si cuiquam invidet bene cantanti sed iam non illud diligit sed laudem aut aliquid aliud quod bene cantando vult provenire et potest minui vel auferri si et alius bene cantaverit. Qui ergo invidet bene cantanti non amat bene cantantem et rursus qui eo indiget non cantat. Sed quod multo accommodatius de bene vivente dici potest quia invidere nulli potest. Quo enim pervenit bene viventes tantidem est omnibus nec minus fit cum plures habuerit et potest esse tempus quo bonus cantator cantare non deceat quo indigeat voce alterius qua sibi exhibeatur quod diligit tamquam si alicubi convivetur ubi enim cantare turpe sit si deceat audire cantantem. Bene vivere autem semper decet. Quare quisquis hoc et diligit et facit non solum non invidet imitantibus sed et quibus se prebet liberalissime atque humanissime quantum potest. Verum eis tamen non indiget. Nam quod in illis diligit in se ipso habet totum atque perfectum. Sic enim diligit proximum tamquam se ipsum non invidet ei quia nec sibi ipsi prestat ei quod potest quia et sibi ipsi non eo indiget quia nec se ipso tamen deo indiget cui adherendo beatus est. Nemo autem illi eripit deum. xc Ille gravissime atque certissime invictus homo est qui coheret deo non ut ab eo aliquid boni mereatur sed cui nichil aliud quam ipsum deo herere bonum est. Sed in hac vita

nitur animo ad rependendam gratiam
utitur inimico ad patientiam ut-
itur quibus potest ad beneficentiam
xci utitur omnibus ad beniuolentiam. Et quia
quia temporalia non diligit ipse recte utitur
temporalibus et pro eorum sorte hominibus
consulit si equaliter non potest omnibus
quare si aliquem familiarium suorum
promptius quam quemlibet alloquitur
non enim magis diligit sed ad eum
habet maiorem fiduciam et aptiorem
temporis ianuam. Tractat enim tem-
poralibus tanto melius quanto mi-
nus obligatus est tempore. Quos
ei itaque omnibus quos pariter dili-
git prodesse non possit nisi comm-
odis omnibus prodesse malit iniustus est.
Animi aut amici minor est quam
locorum aut temporum quibus in hoc
corpore inmergimur sed ea maxima
xcii est que omnibus preualet. Non igitur iste
affligitur morte alicuius quia qui
toto animo deum diligit novit
nec sibi perire quod deo non perit. Deus
autem dominus est et viuorum et mortuorum.
Non alicuius iniusticia miser est quia
nec alicuius iusticia fit iustus. Et
ut nemo illi iusticiam et deum surripere
possit, beatitudinem. Et si aliquando forte
a periculo vel ardore vel dolore commouetur
usque ad illius auxilium aut correc-
tionem aut consolationem non usque
ad sui subuersionem ualet patitur. In
omnibus autem officiis et laboribus
future quietis certa expectatione
non frangitur. Quid enim ei nocebit
qui bene uti etiam inimico potest
cuius enim presidio atque munimento in-
imicitias non pertimescit cuius precep-
to et dono diligit inimicos. Huic vero
in tribulationibus parum est non contrista-
ri nisi etiam gaudeat sciens quod
tribulatio patientiam operatur patientia
probationem probatio spem spes autem
non confundit quoniam caritas dei
diffusa est in cordibus nostris per spiritum
sanctum qui datus est nobis. Quis
huic nocebit quis huic subiuga-
bit hominem qui prosperis rebus pro-
ficit aduersis quo profecerit discit. Cum

enim mutabilium bonorum adest copia n-
on eis confidit et cum subtrahuntur ag-
noscit utrum eum non ceperint quia ple-
rumque cum adsunt nobis putamus quod non
ea diligamus sed cum abesse ceperint
invenimus qui simus. Hoc enim sine
amore nobis aderat quod sine dolore
discedit. Videtur ergo vincere cum vincat
qui superando ad id peruenit quod cum dolore
amissurus est et vincitur cum vincere videtur;
vincit autem qui cedendo ad id peruenit quod
non amittit nisi invitus. Que delectabilis ergo
libertas ab amore mutabilium rerum lib-
eri appetit et que regnare delectabile vult
omnium regnatori deo subditus heceat plus
enim diligendo quam se ipsum. Et hec est perfecta
iusticia qua potius potiora et minus
minora diligimus. Sapientem animam
atque perfectam talem diligit qualem
illa videt stultam non talem sed quia
est perfecta et sapiens potest quamuis se
ipsum dicit stultum diligere. Nam qui se di-
ligit stultum non proficiet ad sapientiam nec
fiet quisque qualis esse cupit nisi oderit
qualis est. Sed donec ad sapientiam perfectio-
nemque veniatur eo animo ferat stultitiam
proximi quo suam ferret si stultus esset
et amaret sapientiam. Quapropter si et ipsa superbia
vel libertatis et licentie umbra est
etiam per superbiam nos commonet diuina
prouidentia quid significent vitiosi
et quo decursi redeundum correcti. Iam
vero cetera spectacula et omnis illa que
appellatur curiositas quid aliud quam
quam de rerum cognitione leticiam. Quid
vero admirabilius quam speciosius ipsa veritate
ad quam spectatores omnes peruenire se fa-
tentur. Cauent ne fallantur. Inuigilant et in se iactant si aliquo acutius
ceteris et uiuacius inspectando cognoscant
et iudicent. Ipsum denique praestigiatorem nihil
aliud quam falsam profitentem diligent
intuentes et cautissime obseruant et si ab eo
decipiuntur quia sua non possunt illum de-
lectant scientia qui eos eludit. Nam et
si ille nesciret quibus causis fallantur in-
tuentes vel nesciret ab eo. Nullus omnino illi
plauderet. Et quod aut de populo vincens
deprehenderit maiori illo laude se ...

pervenit non ob aliud nisi quod decipi
fallique non potuit. Si autem melius
aptius sit non ille laudatur sed invidet
ceteris qui talia reprehendere nequiunt.
Ita omnibus palma cognitionis datur
et artificis et comprehensionem veritatis
ad quam nullo modo perveniunt qui foris
xlvj eam querunt. Itaque inanitatis et tur-
pitudinis imagines nisi summus ut eam in-
terrogati quid sit melius verum an
falsum dicere uno ore respondeamus verum esse
melius. Iocis et ludis tamen ubi nos
utique non vera sed ficta delectant
multo propensius quam preceptis veritatis
inheremus. Damnamus ita nostro iudicio et
ore punimur aliud ratione approbantes
aliud vanitate sectantes. Tamdiu
autem est ludicrum et ioculare aliquid quam-
diu novimus in quantum verum compara-
tur. Sed diligendo talia recedimus
a veritate et non invenimus quarum rerum
imitamenta sint quibus tamquam primis
pulchris inhiamus et ab eis recedentes
amplexamur nostra fantasmata. Cum
redeuntibus nobis ad investigandam ve-
ritatem ipsa in itinere occurrunt et nos tran-
sire non sinunt nullis viribus sed magnis
insidiis latrocinancia non intelligentibus
quam late pateat quod dictum est: Cavete
a simulacris. Itaque alii per innumerabi-
les mundos vaga cogitatione volutati
sunt, alii deum esse omnino posse nisi cor-
pus igneum putaverunt, alii eundem
lucis immense per infinita spacia un-
dique quaque porrectum fulgorem tamen
esse quasi in nigro quodam cuneo fissum,
duo adversa regna optimates et talia
rebus constituentes principatu suis
fantasmatis fabulati sunt. Quos
xlvij si nunc cogas utrum hec vera esse sciant
fortasse non audeant sed vicissim dicunt:
Tu igitur ostende quid verum sit. Quibus si nihil
respondeam nisi ut illa luce querant quae
eis appareat et certum est aliud esse credere
aliud intelligere in ratione. Tibi necesse
aliis indici posse ista luce nunc eam
qua locorum vastitate cogitatur et nus-
quam non presto esse querentibus et nihil eternius
atque serenius invenitur. Hec rursus ea
que de hac luce mentis nunc ante dicta
sunt in ista alia qua eadem luce manife-
sta sunt. Perspicue enim intelligo vera
esse que dicta sunt et scire me intelligere
perspicue rursus intelligo et hoc rursus
et rursus cum quamquam se aliquid intelli-
gere intelligit et id ipsum rursus intel-
ligit in infinitum pergere intelligo
et nulla hic esse spacia cuiusquam
tumoris aut volubilitatis intelligo.
Intelligo etiam non me posse intelligere
nisi vivam et pleniter vivaciorem in intel-
ligendo fieri certius intelligo. Eterna
enim vita vitam temporalem vivacitate
ipsa superat, nec quid sit eternitas nisi
intelligendo conspicio. Mentis de eternitate
quippe aspectu omnem mutabilitatem
ab eternitate secerno et in ipsa eterni-
tate nulla spacia temporis cerno quia
spacia temporis preteritis et futuris rerum
motibus constant. Nihil autem
preterit in eterno et nihil futurum est quia
et quod preterit esse desinit et quod futurum
est nondum esse cepit. Eternitas autem
tantummodo est nec fuit quasi iam
non sit nec erit quasi adhuc non sit.
Quare sola ipsa verissime dicere po-
tuit humane menti: Ego sum qui
sum, et de illa verissime dici potuit:
Misit me qui est. Cui si nondum xlviij
possumus inherere obiurgemus sal-
tem nostra fantasmata et tam nuga-
torios et deceptorios ludos de spec-
taculo mentis eiciamus. Utamur gradi-
bus quos nobis divina providentia
fabricare dignata est. Cum enim fig-
mentis ludicris nimium delectaremur eva-
nescebamus in cogitationibus nostris et to-
tam vitam in vana quedam sompnia
vertebamus. Rationali creatura serviente
legibus suis per sonos ac litteras ig-
nem fumum nubem columnam quasi
quedam verba visibilia cum infancia
nostra parabolis ac similitudinibus
quodam modo ludere et interiores oculos
nostros luto huiuscemodi curare non
dedignata est ineffabilis providentia dei. Dis-
tinguamus ergo quam fidem debeamus
intelligentie, quid mandemus
memorie verorum esse nescientes sed
credentes tamen, et ubi sit verum
quod non venit et transit sed semper eodem
modo manet. Quis sit modus inter-
pretande allegorie que per sapientiam
dicta creditur in spiritu sancto utrum

invisibilibus rationibus ad invisi-
bilia intentio cum procedit suffici-
at an usque ad animae affectiones atque
naturam an usque ad incommutabilem
aeternitatem. An alie significent gesta
visibilia alie motus animorum alie
legem aeternitatis. An aliquae inve-
niantur in quibus haec omnia vestiganda
sint. Et quae sit stabilis fides sive
historica et temporalis sive spiritualis
et aeterna ad quam omnis interpretatio
auctoritatis dirigenda est. Et quid
prosit ad intelligendam et obtinendam
aeternam ubi finis est omnium bonarum
actionum fides rerum temporalium. Et quid
intersit inter allegoriam historiae et
allegoriam facti et allegoriam sermo-
nis et allegoriam sacramenti. Quomodo
et ipsa locutio divinarum scripturarum
secundum cuiusque linguae proprietates acci-
pienda sit. Habet enim omnis lingua
quaedam propria genera locutionum quae
cum in aliam linguam transferuntur videntur
absurda. Quid prosit tanta loquendi
humilitas ut non solum ira Dei
et tristitia et a somno expergefactio
et memoria et oblivio et alia non-
nulla quae in bonos homines cadere pos-
sunt sed etiam paenitentiae zeli crapule
nomina et alia huiusmodi in sacris
libris inveniantur. Et utrum oculi Dei et ma-
nus et pedes et alia huiusmodi quae mem-
bris in scripturis nominantur ad visibilem
formam humani corporis referenda sint
an ad significationes intelligibilium
et spiritualium potentiarum sicut galea et
scutum et gladius et cingulum et cetera
talia. Et quod maxime quaerendum est quid
prosit generi humano quod sic nobiscum
per rationalem et genitalem et corporalem crea-
turam sibi servientem divina providen-
tia sibi locuta sit. Qua vero cognitio-
ne omnis ab animis protervitas puerilis
excluditur et in sacrosanctam re-
xxix ligionem admittitur et repudiatis nu-
gis theatricis et poeticis divinarum scriptu-
rarum consideratione et tractatione pascamus
animum atque potemus vanae curiositatis
fame ac siti fessum et aestuantem et inani-
bus fantasmatibus tamquam pictis epulis

frustra refici satiarique cupientem.
Hoc vere liberali et ingenuo ludo sa-
lubriter erudiamur. Si nos miracula
spectaculorum et pulchritudo delectant
illam desideremus videre sapientiam quae
pertendit usque ad finem fortiter et dis-
ponit omnia suaviter. Quid enim
mirabilius vi incorporea mundum cor-
poreum fabricante et administrante aut
quid pulchrius ordinante et ornante.
Si autem omnes fatentur per corpus
ipsum sentiri et animum meliorem
esse quam corpus nihilne per se
animus ipse conspiciet aut quod
conspiciet potest esse non multo
excellentius longeque praestantius. Immo
vero commoniti ab his quae iudicamus
quid sit secundum quod iudicamus
et ab operibus artium conversi ad legem
artium eam speciem mente contuebimur
cuius comparatione foeda sunt quae ipsius
benignitate sunt pulchra. Invisi-
bilia enim ipsius a creatura mundi per ea
quae facta sunt intellecta conspiciuntur
et sempiterna eius virtus et divini-
tas. Haec est a temporalibus ad aeterna
regressio et ex vita veteris hominis
in novum hominem reformatio. Quid
autem unde homo commoneri non
possit ad virtutes capessendas quando
ipsis vitiis potest. Quid enim appetit
curiositas nisi cognitionem quae certa
esse non potest nisi rerum aeternarum et eodem
modo se semper habentium. Quid appetit
superbia nisi potentiam quae refertur
ad agendi facultatem quam non in-
venit nisi anima perfecta Deo sub-
dita et ad eius regnum summa cari-
tate conversa. Quid appetit volup-
tas corporis nisi quietem quae non est
nisi ubi nulla est indigentia et nulla
corruptio. Cavendi sunt ergo fratres
inferi id est post hanc vitam pene
graviores ubi nulla potest esse commo-
nitio veritatis quia nulla ratiocina-
tio nulla ratiocinatio quia non est
perfundens lumine verum qui illuminat om-
nem hominem venientem in hunc mundum.
Quare festinemus et ambulemus dum
dies est ne nos tenebrae com-
prehendant. Festinemus a secunda morte

Ceterum super aeterna non possumus conversi in fine

Abari ubi nemo e qui me cor sit dn̄
z abiin fno ubi nemo confitebit deo
s̄ inspa hoies quibus cogitu vilescit
l nouitatib⁹ gaudet libencius dis
cut quam nouimt cu cognicio sit
finib⁹ distendi z quibz ut lis est ac
quirens facilitas actionis libenciq̄
etiam qua vitut cu uictoria sit fi
nis certandi Et quibus utilis sit cor
poris salus malut nesci qua sanai
z malut sine genitalibus mebris
qua nulla talem comocone pati
sustineut etiam qui malut dor
mire qua no dormiunt cu ois illius
finis sit no esurire ac sitire z non
desiderare contrahitu z no esse corpe fa
tigatos quare qui fines ipos desi
derant prius cautelis careat cogno
scentes etiam esse etiam cognicionez
que intus e z p̄ficientes quatinus
in hac uita querunt senciant post
mo etiam quiete corporis abstinendo
ab hijs rebus sine quibus agi h̄
uita potest ita exultant quoniam
sciamus e dnis nec erit dubium quid
post hanc futuri sit z pfectionis sue
fidei spe caritate inueniunt Post hac
autem uita z cognicio pficiet̄ et
corpe inter simul cu autem uenit q̄
pfectum est no erit corpe z parcis omnis
abolit Nunc enim aliam legem in me
bris meis repugnante legi mentis
mee s̄ liberabit nos de corpe mortis
huius gratia dei p̄ ihesum xpm dom
inum nrm Quia comagina corpe cum
corpore cum adest sano dum cu
illo simul in uia z tota familiaris
z nulla indigencia z nulla fatigacio
adest corpi quia corruptibile est
tempe autem q̄ dnis suo quo resurrect
ois carnis sua est induet̄ incorrup
cone Et no nunc autem si hoc dabitur
hijs qui in magnitudine sola mentis
amant z in accione solam pacem
z in corpe solam sanitatem Hoc enim
eis pstat̄ post hanc uitam q̄ in hac
uita plus diligunt Et ergo male
uiuent tamen mentis bono ut corpa
et insibilia magis appetit quibz
ab eo placenda z diligenda intelli
gibilia comitanti debuerint dubi
cis corporis tenebre hanc quippe

Corpus diligitur manibus z pedibus

mentis est carnis prudencia z sensus
corpe imbecillitas z qui ex eis
bus delectant alienabunt a pace
z summis difficultatibz implicabunt
humana enim sunt difficultates et bel
lum atq̄ contentio z s̄ pugna fiat
arbitrari q̄ ligant ei manus z pe
des x facultas omnis aufertur operan
di z qui sitit z esuriat z nolunt z in
libidine ardescit z defatigari ut
libenter edant z bibant z concubant
z dormiant amant in digencia que
nutriunt summorum dolorum z pficiet̄ quo
magis q̄ amat ut ibi sint ubi est
ploratus z stridor dentium plures enim sunt
qui h̄ omnia simul diligunt
z quorum uita e, pectare manducare
z bibere concubere dormire z in cogita
cone sua nichil aliud qua fantas
mata que de uisis colligit ample
ctari z eorum fallacia suppositione
ut impietatis regulas figere q̄bus
decipiunt̄ z quibz inherent etiam
si ab illecebris carnis se abstine co
nentur quia no bene utunt̄ tale
eo sibi commisso x mentis acie qua vi
gent omnibus qui docti aut urbani
aut facti nominant̄ corporalia s̄
habent etiam in sectis uanitatum
aut metra obrutis x diligunt
z superfluis rebus aut certis cupi
ditatibus in voluta z oppressa
ligabimur̄ quo hijs manibus z pedibus
z mittent in tenebris exteriores
ubi erit fletus z stridor dentium s̄
no quia ipa dilexerunt carnis enim
h̄ diligunt s̄ quia illa dilexerunt
inicia istorum s̄ crebro diliciis
suos ad ista pducunt Enim om
nia magis amant ut quam redunt ad
pmeme in longinquam iniciis
sunt qui carnis s̄ z sine tribu
lans z no iritans Enim uos bene
utitur̄ ut suis quinque sensibus
corporis ad credenda z pdicanda
opa dei z nutrienda caritate ipius
ut actione z cognicione ad pacem
ambulandam sua z cognoscendum
deum intrat in gaudium domini
sui petra talentum q̄ male utitur
aufert̄ illi dns̄ qui talentis
quinque bene usus est no qua

transferri sicut anime intelligentis de-
cus ita significatum est posse hoc
amittere negligentes et impios in
tenebras et eam pervenire diligen-
tes et pios quamvis ingenio tar-
diores. Nam cum datum est illud ta-
lentum ei qui acceperat duo habebat
enim et hic qui iam in actione et in
agnitione bene vivit sed ei qui ac-
ceperat quinque non datum enim hic ad eter-
na contemplandi ydonea mentis
acie qui invisibilibus tantum et tempora-
libus credit. Sed habere potest qui hoc
omnium sensibilium deum artificem
laudat et eum persuadet fide et ex-
pectat spe et querit caritate. Que
cum ita sint hortor vos homines
karissimi et proximi mei mecum
ipsum hortor vobiscum ut ad id quo
nos per sapientiam suam deus hortatur
quanta possumus alacritate curramus.
Non diligamus mundum quoniam omnia
que in mundo sunt concupiscentia carnis
et concupiscentia oculorum est et am-
bitio seculi. Non diligamus perimere carnis
voluptate corrumpi atque corrumpi
ne ad miserabiliorem corruptionem
dolorum tormentorumque veniamus.
Non diligamus certamina ne angelis
qui talibus gaudent in potestatem demur
humiliandi vincendi verberandi. Non
diligamus visibilia spectacula ne
ab ipsa veritate aberrando et amando
umbris in tenebris proiciamur.
Non sit nobis religio in fantasmati-
bus nostris. Melius est enim qualecumque
verum quam omne quicquid pro arbitrio
fingi potest et tamen animam ipsam quam-
vis anima vera sit tamen falsa ymaginantem
colere non debemus. Melior est vera
stipula quam lux inani cogita-
tione pro suspicantis voluntate for-
mata et tamen stipulam quam sentimus
et tangimus dementis est credere colendam.
Non sit nobis religio humanorum operum
cultus. Meliores enim sunt ipsi artifi-
ces qui talia fabricantur quos tamen colere
non debemus. Non sit nobis religio cultus
hominum mortuorum quia si pie vixerunt
non sic habentur ut tales querant honores
sed illum a nobis coli volunt quo illuminante le-

cv
Exhortatio ad contemptum mundi

Cog[itationem] inanem quod colere non debemus sed [illegible] qui

de religione [illegible]

tantur meriti sui nobis esse consortes. Ho-
norandi enim sunt propter imitationem non
orandi propter religionem. Si autem male
vixerunt ubicumque sunt non sunt colendi.
Non sit nobis religio cultus demo-
num quia omnis superstitio cum sit ma-
gna pena hominum et periculosissima tur-
pitudo honor est ac triumphus illorum.
Non sit nobis religio cultus terrarum
et aquarum quia istis purior et lucidior
est aer etiam caliginosus quem tamen
colere non debemus. Non sit nobis reli-
gio etiam purioris aeris et serenioris
cultus quia luce absente inumbratur
et purior illo sit ignis fulgor etiam
flamma quem tamen quoniam pro voluntate accendimus
et extinguimus colere utique non debemus.
Non nobis sit religio cultus corporum
ethereorum atque celestium que quamvis
omnibus ceteris corporibus recte preponantur
melior tamen ipsis est quecumque vita.
Quare si anima sunt melior est quelibet
anima per seipsam quam corpus quodlibet ani-
matum et tamen animam vitiosam nemo co-
lendam esse censuit. Non sit nobis
religio cultus illius vite qua dicuntur
arbores vivere quia nullus sensus in
illa est et ex genere est ista qua in
nostra corporis numerositas agitur qua
etiam capilli et ossa vivunt que sine
sensu preciduntur. Hac autem melior
est vita sentiens et tamen vitam bestia-
rum colere non debemus. Non sit nobis re-
ligio vel ipsa perfecta et sapiens anima
rationalis sive in ministerio partium stabi-
lita sive que in summis hominibus expectat
commutationem reformationemque sue portionis
sive quoniam omnis vita rationalis si per-
fecta est incommutabili veritati secum in-
trinsecus sine strepitu loquenti obtemperat
non obtemperans autem vitiosa fit. Non
ergo per se excellit sed per illam cui libenter obtemperat.
Quod colit ergo summus angelus id colen-
dum est ab homine ultimo quia ipsa
hominis natura non colendo ipsa facta
est ultima. Non enim aliunde sapiens
angelus aliunde homo sed ab una
incommutabili sapientia et veritate.
Namque id ipsum actum temporali dispen-
satione ad salutem nostram ut natura
humana ipsa dei virtus et sapientia
incommutabilis et consubstantialis patri et coeterna

vii

viii

dignaretur suscipere per quam nos docuit
id esse homini colendum quod ab omni
creatura intellectuali et rationali colen-
dum est. Hoc etiam ipsos optimos an-
gelos et excellentissima ministeria
dei velle credamus ut unum colamus
cum ipsis deum cuius contemplatione
beati sunt. Neque enim et nos videndo
angelum beati sumus sed videndo
veritatem qua etiam ipsos diligimus
angelos et his congratulamur. Nec
invidemus quod ea paratiores vel nullis
molestiis impedientibus perfruuntur
sed magis eos diligimus quoniam et nos
tale aliquid sperare a communi domino
iussi sumus. Quare honoramus eos cari-
tate non servitute nec eis templa con-
struimus. Nolunt enim se sic honorari
a nobis quia nos ipsos cum boni sumus
templa summi dei esse noverunt. Recte
itaque scribitur hominem ab angelo pro-
hibitum ne se adoraret sed unum deum
sub quo ei esset et ille conservus. Qui
cvij autem nos invitant ut eis serviamus
et tamquam deos colamus similes sunt
superbis hominibus quibus si liceat
similiter coli volunt. Sed istos homines
perpeti minus periculosum est. Omnis autem
hominum dominatio in homines aut do-
minantium aut servientium morte fini-
tur. Aut servitus angelorum malorum superbia
propter ipsum tempus quod est post mortem
magis metuenda est. Et illud etiam cui-
vis cognoscere facile est quod sub homine
dominante liberas cogitationes habere
concessum est. Illos autem dominos ipsis
mentibus formidamus quia unus est oculus
intuende ac percipiende veritatis. Quare
si omnibus potestatibus que dantur hominibus
ad regendam rem publicam pro modo vin-
culo subditi sumus reddentes Cesari
quod Cesaris est et deo quod dei est, non
est metuendum ne quis hoc post mortem nostram
aliquid exigat. Et aliud est servitus
anime et aliud est servitus corporis. Iu-
cviij sti autem homines et in uno deo habentes
gaudia omnia sua cum per eorum facta deus
laudatur congratulantur laudantibus
eum non ipsi tamquam ipsi laudantur.

coniungunt errantes quos possunt, quos
autem non possunt non eis consentiunt et
ab illo errore corrigi nolunt quibus
placent vel etiam invidiosi atque severos
si sunt boni angeli et omnia sancta
dei ministeria quid metuimus ne aliquem
illorum offendamus si non superstitiosi superstitio
fuerimus cum ipsis adminiculantibus ad unum
deum tendentes et ei uni religantes animas
nostras unde religio dicta creditur omni
superstitione careamus. Ecce unum deum co- Conclusio de uno
lo unum omnium principium et sapientiam qua deo colendo
sapiens est quecumque anima sapiens est
et ipsum munus quo beata sunt quecumque
beata sunt. Quisquis angelorum diligit hunc
deum certus sum quod etiam me diligit.
Quisquis in illo manet et potest humanas
preces sentire in illo me exaudit. Quisquis
ipsum habet bonum suum in ipso me
adiuvat nec mihi eius participationem potest in-
videre. Dicat mihi quisquis adulatores aut cix
adoratores partium mundi quem non
optimum sibi conciliet qui hunc unum
colit quem omnis optimus diligit
et cuius cognitione gaudet et ad quod
principium recurrendo fit optimus.
Omnis quisquis non angelus excessus
suos diligit et veritati esse subditus
non vult et privato suo letari cu-
piens a communi omnium bonorum
et vera beatitudine lapsus est cum
omnibus malis subiugandus et premendus.
Nullo autem bono nisi committendus
in potestate data. Et nullo dubitante non
est colendus cuius letitia est nostra
miseria et cuius dampna est nostra
reversio. Religet ergo nos religio cx
ad unum omnipotentem deum quia
inter mentem nostram qua illum intelli-
gimus patrem et veritatem id est lucem
interiorem per quam illum intelligimus
nulla interposita creatura est. Quare
ipsam quoque veritatem nulla ex parte
dissimilem in ipso et cum ipso vene-
remur que forma est omnium que ab
uno facta sunt et ad unum nituntur
unde apparet spiritualibus animis placere
formam et facta omnia que sola
implet quod appetunt animi que
tamen omnia nec fierent nisi

consimilem nec super suis similibus solum aeterni Deus summe bonus est qui in nulla natura que nata ab ipso bona est possit inveniri et in bono ipso aliquid quam vellet aliud quantum posset ubi manere ~~debent~~ dedit. Coniunctione ipsum donum Dei cum Patre et Filio eque incommutabili colere et tenere nos convenit. Unius sub trinitate unum Deum a quo sumus per quem sumus in quo sumus a quo discessimus cui dissimiles facti sumus a quo perire non permissi sumus principium ad quod recurrimus et formam quam sequimur et graciam qua reconciliamur unum quo auctore conditi sumus et similitudinem eius per quam ad unitatem reformamur et pacem qua unitati adheremus Deum qui dixit fiat et verbum per quod factum est omne quod substancialiter et naturaliter factum est et donum benignitatis eius quo placuit et reconciliatum est auctori suo ut non interiret quicquid ab eo per verbum factum est unum Deum quo creatore vivimus per quem reformati sapienter vivimus quem diligentes et quo fruentes beate vivimus unum Deum ex quo omnia per quem omnia in quo omnia ipsi gloria in secula seculorum Amen.

Explicit liber sancti Augustini de vera religione

Incipit liber eiusdem de agone christiano

Corona victorie non promittitur nisi certantibus. In divinis autem scripturis assidue invenimus promitti nobis coronam si vicerimus. Sed ne longum sit multa commemorare, apud apostolum Paulum manifestissime legitur: Opus perfeci, cursum consummavi, fidem servavi; iam superest mihi corona iusticie. Debemus ergo cognoscere quis sit ipse adversarius quem si vicerimus coronabimur. Ipse est enim quem Dominus noster prior vicit ut eciam nos in illo permanentes vinceremus. Et Dei quidem virtus atque sapiencia et verbum per quod facta sunt omnia qui filius Dei unicus est super omnem creaturam semper incommutabilis manet. Et cum sub illo sit eciam creatura que non peccavit, quanto magis sub illo est omnis creatura peccatrix. Ergo cum sub illo sint eciam sancti angeli, multo magis sub illo sunt omnes prevaricatores angeli quorum dyabolus princeps est. Sed quia naturam nostram deceperat dyabolus, dignatus est unigenitus Dei filius ipsam naturam nostram suscipere, ut de ipsa dyabolus vinceretur, et quem ipse semper subiectum habet, eciam sub nobis eum esse faceret. Ipsum significat dicens: Princeps huius mundi missus est foras. Non quia extra mundum missus est, quomodo quidam heretici putant, sed foras ab animis eorum qui coherent verbo Dei et non diligunt mundum cuius ille princeps est, quia dominatur eis qui diligunt temporalia bona que hoc mundo visibili continentur. Non quia ipse dominus est huius mundi, sed princeps cupiditatum earum quibus concupiscitur omne quod transit, ut ei subiaceant qui negligunt eternum Deum propter instabilia et mutabilia. Radix est enim omnium malorum cupiditas, quam quidam appetentes a fide erraverunt et inseruerunt se doloribus multis. Per hanc cupiditatem regnat in homine dyabolus et cor eius tenet. Tales sunt qui diligunt istum mundum. Mittitur autem dyabolus foras quando ex toto corde renunciatur huic mundo. Sic enim renunciatur dyabolo qui princeps est huius mundi cum renunciatur corrupcionibus et pompis et angelis eius. Ideoque ipse Dominus iam triumphantem naturam hominis portans: Scitote, inquit, quia ego vici mundum. Multi autem dicunt: Quomodo possumus vincere dyabolum quem non videmus? Sed habemus magistrum qui nobis demonstrare dignatus est quomodo invisibiles hostes vincantur. De illo enim dixit apostolus: Exuens se carne principatus et potestates exemplavit fiducialiter triumphans

Mittitur dyabolus foras

Radix cupiditatis est per quam regnat dyabolus in homine

cxx. dyabolus vincitur

eos in semet ipso ibi ergo vincit ubi invi
-sibiles nobis invisibiles potestates ubi vi
-cerit invisibiles cupiditates nostras
et ut sic in quem nos ipsis vincimus
temporaliter et ipso cupiditates nostras est
ut in nos ipsis vincimus et illum qui
per eas cupiditates regnat in homine.
Quando enim dictum est dyabolo terram
manducabis dictum est peccatori terra es
et in terram ibis. Datus est in cibum
dyabolo peccator. Non simus terra si
nolumus manducari a serpente. Sicut
enim quod manducamus in nostrum corpus
convertimus ut cibus ipse secundum corpus
hic efficiatur quod nos sumus sic malis
moribus per nequiciam et superbiam et iniq-
-uitatem hic efficitur quisque quod dyabolus
est et similis eius et subiicitur ei sicut
subiectum est nobis corpus nostrum
et hoc est quod dicitur manducari a serpe-
-nte. Quisquis itaque timet illum ig-
-nem qui paratus est dyabolo et angelis
eius discat opus tamen facere de illo in
semetipso. Hos enim quos foris nos op-
-pugnant intus vincimus vincendo con-
-cupiscentias per quas nobis dominantur
et quos invenerint sibi similes secum
ad penas trahunt. Sic et apostolus dicit
quod in semet ipso pugnet adversus
potestates exteriores. Ait enim Non est
nobis colluctatio adversus carnem
et sanguinem sed adversus principes et
potestates huius mundi rectores tenebrarum
adversus spiritualia nequicie in celesti-
-bus. Celum enim dicitur iste aer ubi
venti et nubes et procelle et turbines
sunt sicut et scriptura dicit multis
locis. Et in totum dicitur volucres
celi et volatilia celi cum manifestum sit
aves in aere volare et nos ex con-
-suetudine hunc aerem celum appella-
-mus. Nam tamen de sereno vel nubilo quando
aliquid dicimus qualis est aer alias
dicimus quale est celum. Hoc dixi
ne quis existimet ibi habitare mala
demonia ubi posuit deus solem et lunam et stellas
ordinavit. Ergo mala demonia
in celestibus apostolus appellat spiritualia qui-
-dem mali angeli in scripturis sic ap-
-pellantur. Ideo autem rectores harum

tenebrarum eos dicit quia peccatores ho-
-mines tenebras appellat quibus
isti dominantur. Ideo et alio loco dicit Fuistis
aliquando tenebre nunc autem lux in
domino. Quia et peccatoribus iustificati
sunt. Non ergo arbitremur in
summo celo habitare dyabolum cum
angelis suis unde lapsum credimus.
Sic enim errant manichei qui
dicunt ante mundi constitutionem fuisse
gentem tenebrarum que contra deum
rebellavit. Cuius bello credunt omnipo-
-tentem deum non sibi aliter potuisse
succurrere nisi partem suam contra eam mit-
-teret. Cuius gentis principes devo-
-rantes sicut illi dicunt devoraverunt
partem dei et temperati sunt ut
posset de illis mundus fabricari.
Sic deum dicunt prius esse adiuctorium
in magnis calamitatibus et
captivitatibus et miseriis membrorum suorum
que membra dicunt esse commixta te-
-nebrosis visibus principum illorum
ut eos temperarent et a summo compesce-
-rent et non intelligunt tam sacrilegum
esse peccatum suum ut credant omnipoten-
-tem deum non peccatum quia fecit
sed propriam naturam suam bellasse cum te-
-nebris quia nescis et ante se confessum
sed contra illos qui victi sunt factos
esse meliores quia sua dei corpori compre-
-hensus est naturam que venit formam
et inspiciam. Dicunt enim ex prima
compositione perdidisse intellectum
et beatitudine sua et magnis erroribus
et cladibus esse implicatam quod
si aliquis vel totam purgari dicerent
magna tamen impietate contra
omnipotentem deum affirmaverunt
quam partem eius credent tanto tempore
in erroribus et penis esse iactatam sine
aliquo peccato eius. Nunc vero infelices
audent adhuc dicere nec totam
posse purgari et ipsam partem quod purgari
non potuit postea ad vinctam vice
de involucrum et in ligatam malicie per-
-petuo et sic ibi semper sit pars ipsa
dei misera que nichil peccavit et
affligatur in eternum carcere tenebrarum.
Hoc illi dicunt ut simul dicas fal-
-lax sed quis tam simul est ut ipse non
sentiat esse sacrilegum quibus affirmat
omnipotentem deum necessitate oppressum

quod dyabolus vincatur

dyabolus cum suis peccatoribus

alias

Nota

— Probat quod bellum gentis cum dyabolo probat apud quosque vi

ceat per eum sua bona et innocentem tamquam clavibus obtinendam, et tamquam in medicina inquinandam dicat et nos totam liberari posse et qui liberare non potuit et nos vinculis colligaverit. Quibus quod ista non decet quis non intelligit impia esse et nefanda. Sed illi qui capiunt homines non ista dicunt primus. Quae si dicerent et audirentur aut fugerentur ab hominibus. Sed eligunt capitula de scripturis que simpliciter homines non intelligunt et per illa de capitulis suis imperitas quasdam animas sic malum faciunt. In isto capitulo faciunt quod ab apostolo scriptum est contra rectores harum tenebrarum et spiritualia nequitie in celestibus. Dicunt enim decepti ab illis et interrogant homines scripturis divinis non intelligentes et unde sunt in celo rectores tenebrarum ut eam inde non potuit traducere. Nec periculosissime quod omnibus [illegible] in doctrina catholica Christum enim fidei catholice bene dicat et bonis moribus et vera pietate imbutus est quamvis eos per quemadmodum nesciat rideat illos tamen. Nec enim decipi potest qui in nomine Christi permanet in catholica fide que catholica dicitur per orbem terrarum sparsa et catholice dicitur. Omnes impios et peccatores homines negligentes aut suo domino gubernante creatura quos dicebamus apostolum paulum dixisse nobis colluctationem adversus rectores tenebrarum harum et spiritualia nequitie in celestibus. Scripturam etiam istum aerem terre proximum celum vocari. Apparet ergo adversus diabolum et angelos eius nos dimicare qui gaudent perturbationibus nostris. Nam ipse apostolus alio loco diabolum principem potestatis aeris huius appellat, quamvis ille locus ubi ait spiritualia nequitie in celestibus possit et aliter intelligi ut non ipsos prevaricatores angelos in celestibus esse dixerit sed nos potius de quibus alio loco dicit: Conversatio nostra in celis est, ut nos in celestibus constituti id est in spiritualibus preceptis dei ambulantes dimicemus adversus spiritualia nequitie que nos inde conantur abstrahere. Magis ergo aliud querendum est quomodo

Quomodo pugnatur cum demonibus et vincitur

ii adversus eos quos non videmus pugnare possimus et vincere ne putent stulti adversus aerem nos debere certare. Docet itaque ipse apostolus dicens: Non sic pugno quasi aerem cedens sed castigo corpus meum et in servitutem redigo ne forte aliis predicans ipse reprobus inveniar. Item dicit: Imitatores mei estote sicut et ego Christi. Ut intelligendum sit etiam apostolum in semetipso triumphasse de potestatibus huius mundi sicut de domino dixerat quem se imitari profitetur. Imitemur ergo et illum et nos sicut hortatur et castigemus corpus nostrum et in servitutem redigamus si mundum volumus vincere. Quia per illicitas delectationes suas et pompas et perniciosam curiositatem nobis dominari potest hic mundus id est ea que in hoc mundo perniciosa delectatione colligant amatores rerum temporalium et diabolo et angelis eius servire cogunt. Quibus omnibus si renuntiaverimus redigamus in servitutem corpus nostrum. Sed ne quis forte hoc ipsum querat quomodo fiat ut corpus nostrum in servitutem redigamus facile intelligi et fieri potest si prius nos ipsos subiciamus deo bona voluntate et sincera caritate. Nam omnis creatura velit nolit uni deo et domino suo subiecta est. Sed hoc admonemur ut tota voluntate serviamus domino deo nostro. Quoniam iustus liberaliter servit

ii iniustus autem compeditus servit. Omnes tamen divine providentie serviunt sed alii obediunt tamquam filii et faciunt cum ea quod bonum est, alii vero ligantur tamquam servi et fit de illis quod iustum est. Ita deus omnipotens dominus universe creature qui fecit omnia sicut scriptum est bona valde sic ea ordinavit ut et de bonis et de malis bene faciat. Quod enim iuste fit bene fit. Iuste autem fit ut boni beati et iniusti mali penas patiantur. Ergo et de bonis et de malis bene facit deus quoniam

ii Quod boni et mali deo serviunt sed differenter

Quod deus de malis bene facit

iuste facit omnia. Boni sunt autem qui tota voluntate deo serviunt, mali autem necessitate serviunt. Nemo enim leges omnipotentis evadit, sed aliud est facere quod lex iubet, aliud pati quod lex iubet. Unde et boni secundum leges faciunt, mali secundum leges patiuntur. Nec nos moveat quod in hac vita secundum carnem quam portamus iusti multa gravia et aspera tollerant. Nihil enim mali patiuntur qui iam possunt dicere quod ille vir spiritualis exultat et predicat apostolus dicens: gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Si ergo in hac vita ubi tanta tormenta sunt possunt boni et iusti viri qui talia patiuntur non solum equo animo tollerare, sed etiam in caritate tollerantiam gloriari, quid cogitandum est de illa vita que nobis promittitur, ubi nullam de corpore molestiam sentiemus. Quoniam non ad hoc resurgit corpus iustorum ad quod resurget corpus impiorum. Sicut scriptum est: Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur. Et ne quisquam putet non iustos in immutatione ista promitti, sed potius iniustos, et eam quasi [illegible] esse penalem, sequitur et dicit: et mortui resurgent incorrupti et nos immutabimur. Cunctique ergo mali sunt sic ordinati sunt quia unusquisque sibi et omnes sibi invicem nocent. Hoc enim appetunt quod proximos diligunt et quod eis auferri potest facile. Et quod sibi auferunt invicem qui sunt persequentium et eo cruciantur quibus auferuntur temporalia quia diligunt ea. Illi autem qui auferunt gaudent, sed talis leticia cecitas est et summa miseria. Ipsa enim implicat magis animam et adducit eam in tormenta pondus diaboli. Nam gaudet et piscis qui hamum non videns escam devorat, sed cum piscator eum adducere ceperit viscera eius torquentur. Homo demum a bonum leticia sua p[illegible]

Nota leticia rerum temporalium summa miseria est

escam de qua letatus est ad consumptionem traxit. Sic sunt omnes qui de bonis temporalibus beatos se putant. Hamum enim acceperunt et cum illo sibi vagantur. Veniet tempus ut sentiant quanta tormenta cum aviditate devoraverint. Et ideo bonis nichil nocet quia hec eis auferunt qui non diligunt ea. Quod diligunt et unde beati sunt auferri nec potest. Cruciatus vero corporis malas animas miserabiliter affligit, bonas autem fortius purgat. Sic fit ut et malus homo et malus angelus divine providencie militet, sed nesciunt quod bonum de illis operetur deus. Non itaque premiis officii sed premiis malicie stipendiantur. Sed ut he anime que sunt voluntate nocendi et ratione cogitandi subditum ius legibus ordinate sunt, ne aliquis iniustum quisquam patiatur, ita omnia et animalia et corporalia in genere suo et in ordine suo divine providencie legibus subdita administrantur. Iohannes dicit: Nonne duo passeres asse veneunt et unus eorum non cadit in terram sine voluntate patris mei. Hoc enim dixit volens ostendere quod quid vilissimum homines putant omnipotencia domini gubernari. Sic et volatilia celi ab eo pasci et lilia agri ab eo vestiri veritas loquitur, que capillos etiam nostros numeratos esse dicit. Sed quoniam animas racionales per se ipse dominus curat, sive in optimis et magnis angelis sive in hominibus toto sibi voluntate servientibus, ceteras vero per ipsos gubernat, iustissime dicere potuit etiam illud ab apostolo: Non enim de bobus cura est deo. In scripturis enim suis de hominibus docet quomodo cum hominibus agant et ipsi deo serviant. Deus autem agat cum pecoribus ipse scit, a quo salutem pecorum suorum gubernat usum et prestacionem nichil que a deo omnia de[illegible] quibus sui creatoris operibus acquirunt. Ergo potest intelligere quomodo universe creature conditor deus gubernat etiam parvas sanctitas que inspicit cuius sunt melius et meritis quamquam

Nota mali homines et mali angeli divine providencie militant

Nota quod deus aliter potuit liberare genus humanum quam per humane nature assumpcionem

sancte anime ab ipso facte sunt et in eius
caritate perpetuam tenet. Cum ergo
potest intelligere intelligat et intret
in gaudium domini sui. Si autem hic non
possumus quia dum sumus in corpore
peregrinamur a domino consistamus
saltem quia suavis est dominus
qui dedit nobis pignus spiritum in quo sen-
ciamus eius dulcedinem et desideremus
ipsum vite fontem ubi sobria ebrietate
inundemur et irrigemur sicut lignum
quod plantatum est secus decursus aqua-
rum et dat fructum in tempore suo et folia
eius non decidet. Dicit enim spiritus
sanctus filii autem hominum in tegmine
alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur
ab ubertate domus tue et torrente
voluptatis tue potabis eos. Quoniam
apud te est fons vite. Talis ebrie-
tas non evertit mentem sed tamen
rapit sursum sursum et oblivionem
prestat omnium terrenorum. Sed si possimus
toto affectu iam dicere Quemadmodum
desiderat cervus ad fontes aqua-
rum ita desiderat anima mea ad te deus.
Quod si forte adhuc propter egritudinem
anime quam de seculi amore conce-
pit nec gustare sinimus quam dulcis
est dominus credamus
divine auctoritati quam voluit
esse in scripturis sanctis de filio suo
qui factus est ex semine David secundum
carnem sicut apostolus loquitur. Omnia
enim per ipsum facta sunt sicut in evangelio scrip-
tum est et sine ipso factum est nichil.
Qui compatitur infirmitati nostre. Quam
inbecillitatem non eius opere sed nostra
voluntate meruimus. Nam deus hominem
inestimabilem facit et ei liberum volun-
tatis arbitrium dedit. Non enim esset optimus
si dei preceptis necessitate non voluntate
serviret. Facile est ergo quantum existimo
quod intelligere nolunt qui catholicam
deserunt fidem et christianum vocari volunt.
Nam si nobiscum fateantur naturam nostram
non saniri nisi recte faciendo fateantur
non infirmari nisi peccando et non est
credendum animam nostram hoc esse quod deus est
quia si hoc esset nec sua voluntate nec ali-
qua necessitate in deterius mutaretur. Quoniam

Nota quod voluntas [illegible] est data [illegible]

deus incommutabilis intelligitur
deus sed a vobis qui non iam contentione
et emulacione et vane glorie cupiditate
certatis loqui quesituri sed humilitate
christiana sentite de domino in bonitate
et in simplicitate cordis querite eum.
Hac ergo ineffabilitate naturam suscipere
dignatus est filius dei et verbum caro
factum est et habitavit in nobis. Non
quia eternitas illa mutata est sed
quia mutabilem creaturam mutabili-
bus hominum oculis ostendit quam
incommutabili maiestate suscepit.
Sunt autem stulti qui dicunt Non poterat
aliter homines sapientia dei liberare nisi susci-
peret hominem et nasceretur de femina
et a peccatoribus illa omnia pateretur.
Quibus dicimus poterat omnino. Sed si ali-
ter faceret similiter vestre stulticie displiceret.
Si enim non appareret oculis peccatorum lu-
men eius eternum utique quod per interiores
oculos videtur inquinatis mentibus
videre non possent. Nunc autem quia visibili-
ter nos ammonere dignatus est ut ad
invisibilia prepararet displicet avaris
quia non aureum corpus habuit. Dis-
plicet impudicis quia de femina
natus est. Magnum enim oderunt impu-
dici quod concipiunt et pariunt femine.
Displicet superbis quod contumelias
pacientissime pertulit. Displicet
timidis quod mortuus est. Et ut non
videantur vicia sua defendere
non in homine dicunt sibi hoc displicere
sed in filio dei. Non enim intelligunt quid
sit eternitas dei que hominem assumpsit
et quid ipsa humana creatura que
mutacionibus suis in pristinam firmitatem
revocabatur ut disceremus dicente ipso
domino. Infirmitates quas peccando
collegimus recte faciendo posse sanari.
Ostendebatur enim nobis ad quam
fragilitatem sua culpa homo per-
venerit et ex qua fragilitate divino
auxilio liberetur. Itaque filius dei homi-
nem assumpsit et in illo humana per-
pessus est. Hec medicina hominum
tanta est quanta non potest cogitari.
Nam que superbia sanari potest si humilitate
filii dei non sanatur. Postremo que
timiditas sanari potest si re-

Que avaricia sanari potest si paupertate filii dei
non sanatur. Que iracundia sanari potest si paciencia
filii dei non sanatur.

Nota filius dei est summa medicina ad
sanandum nos

ne corporis non sanat. Erigit spem
suam et eius humanam et recognoscat
naturam suam et videat quantum locum habeat
in operibus dei. Nolite vos ipsos con
temnere viri filius dei virum susce
pit. Nolite vos ipsas contempnere
femine filius dei natus ex femina
est. Nolite tamen amare carnalia
quia in filio dei nec masculus nec
femina sumus. Nolite amare tempora
lia quia si bene amarentur amaret
homo ea que suscepit filius
dei. Nolite timere contumelias et cruces
et mortem quia si noceret homi
ni non ea pateretur homo quem suscepit
filius dei. Hec omnis exhortacio que
iam ubique predicatur ubique veneratur
que omnem obedientem animam sanat
non esset in rebus humanis si non
essent facta illa omnia que stultissi
mis displicent. Quid dignatur imi
tari superba iactancia ut adducatur
percipienda possit ad deum. Si erube
scit imitari eum de quo dictum est an
tequam nasceretur quod filius dei vocabitur
altissimi et ponens iam quos quod
nasci nemo potest filius altissi
mi vocari. Si multum de nobis se
timus dignemur imitari eum qui fi
lius altissimi vocatur. Si parum de
nobis sentimus audeamus imitari
piscatores et publicanos qui eum
imitati sunt. O medicinam omnibus
consulentem omnia tumencia compri
mentem omnia tabescencia reficientem
omnia superflua resecantem omnia ne
cessaria custodientem omnia perdita
reparantem omnia depravata corrigentem.
Quis iam se extollat contra filium dei.
Quis de se desperet pro quo tam humilis
voluit esse filius dei. Quis beatitu
dinem esse arbitretur in hiis que con
tempnenda esse docuit filius dei. Qui
bus adversitatibus cedat qui naturam
hominis tantis persecucionibus custoditam
credit in filio dei. Quis sibi
esse clausum regnum celorum putet qui
cognoscat publicanos et meretrices
imitatores esse filium dei. Aut quam pusillitatem
non curat qui facta et dicta suscepit
et diligit et precepta illius hominis

in quo se nobis ad exemplum vite pre
buit filius dei. Itaque iam et masculi
et femine et omnis etas et omnis huius
seculi dignitas ad spem vite eterne
commota est. Alii neglectis temporali
bus bonis convolant ad divina.
Alii cedunt eorum virtutibus qui hoc
faciunt et laudant quod imitari non
audent. Pauci autem adhuc mur
murant et inani livore torquentur
aut qui sua querunt in ecclesia quam
vis videantur catholici aut ipso
christi nomine gloriam querentes heretici
aut peccatum impietatis sue deffen
dere cupientes iudei aut curiosi
tate vane licencie perdere (?) tune
tes pagani. Sed iam catholica per
totum orbem longe lateque diffu
sa impetus eorum prioribus temporibus
frangens magis magisque roborata
est non resistendo sed perferendo. Et
nunc insidiosas eorum questiones fi
de virtute diligencia discutit in
telligencia dissoluit. Curatores
paleam in suis non curat quia
tempus messis et tempus arearum
caute diligenterque distinguitur. Frumenti
autem aut frumenti sui aut correctis
corrigit aut in vitibus inter spinas
et zizania computat. Subiciamus
ergo animas deo si volumus subicere
sibi corpus nostrum et de dyabolo
triumphare. Fides est prima que sub
iungat animam deo. Deinde precep
ta dei quibus custoditis spes nostra fir
matur et nutritur caritas et lucere in
cipit quod tantummodo credebatur.
Cum enim cognicio et actio beatum homi
nem faciant sicut in cognicione ca
vendus est error sic in actione ca
venda est nequicia. Errat autem
quisquis putat veritatem cognoscere
se posse cum adhuc nequiter vivat. De fide
Nequicia est autem mundum istum
diligere et ea que nascuntur et transeunt
pro magno habere et ea concupiscere
et pro eis laborare ut acquirantur et le
tari cum habundaverint et timere ne per
eant et contristari cum pereunt. Talis
vita non potest illam sinceram et incommuta-bilem

De nequicia

[Quere quid credere te- / neat plenius de car- / [illegible] / [illegible] / [illegible] liber]

videt veritatem et inhereat illi et mentem
suam non moveri. Itaque pius quia mens
nostra purgatur, donec id credat quod intelli-
gere nondum valemus, quod verissime
dictum est: In principio erat verbum, credentibus non
intelligentibus fides incarnati verbi firmissime
traditur, in qua commendantur eterna
que intelligi a carnalibus nondum
possunt, et temporalia preterita et futura que pro sa-
lute hominum gessit et gestura est eternitas
divine providentie. Credamus ergo
in patrem et filium et spiritum sanctum. Hec eterna
sunt et incommutabilia, id est unus deus, ||
ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia.

[|| una substantia et trinitas beata ad]

14 contra Nec eos audiamus qui dicunt patrem
tantum modo esse, nec habere filium, nec
esse cum eo spiritum sanctum, sed ipsum patrem
aliquando appellari filium, aliquando spiritum
sanctum. Nesciunt enim principium ex
quo sunt omnia, et ymaginem eius
per quam formantur omnia, et sanctitatem
eius in qua ordinantur omnia. Nec
15 eos audiamus qui indignantur et stoma-
chantur quia non tres deos colen-
dos dicimus. Nesciunt enim quid sit una
eademque substantia, et phantasmatibus su-
is illuduntur, quia solent videre corpo-
ra vel animalia tria vel quecumque
corpora tria locis suis esse separata, sic
putant intelligendam substantiam dei,
et multum errant quoniam superbi sunt
et non possunt discere quia nolunt credere.
16 Nec eos audiamus qui patrem so-
lum verum deum et sempiternum esse
dicunt, filium autem non de ipso genitum
sed ab ipso factum de nichilo, et fuisse
tempus quando non erat; sed tamen primum
locum tenere in omni creatura; et spiritum sanctum
minoris maiestatis esse quam filium, et
ipsum factum esse post filium, et hos tres
diversis esse substantiis, tamquam aurum
et argentum et aramentum. Nesciunt enim
quid loquantur, et de suis rebus quas
per oculos carneos videre consueverunt
vanas ymagines ad spirituales
suas transferunt. Quia revera magnum
est mente conspicere generationem que non sit ex
aliquo tempore, sed eterna est, et ipsam cari-
tatem et sanctitatem qua genitor et genitus
ineffabiliter sibi copulantur. Magnum

et difficile est hec mente conspicere etiam
si pacata et tranquilla sit. Non potest
ergo fieri ut illi hec videant qui eter-
nas generationes nimis intuentur
et ad istas tenebras addunt
fumum que sibi cotidie [illegible]
lubricis cotidianis excitare non cessant
[illegible] animas carnis affectibus
affluctuantes defluctuantes tamquam ligna
humore saginata in quibus ignis
fumum solum vomit et hic flammas
lucidas non potest. Et hoc quidem
de omnibus hereticis verissime dici
potest. Credentes ergo incommutabilem
trinitatem, credamus etiam dispensationem
temporalem pro salute generis humani.
Nec eos audiamus qui filium dei 17
Iesum Christum nichil esse aliud quam
hominem dicunt, sed ita iustum ut di-
gnus sit appellari filius dei. Et
hos enim catholica disciplina in-
sit foras quia vane glorie cupi-
ditate decepti contentiose dis-
putare voluerunt antequam intellige-
rent quid sit dei virtus et dei sapientia
et in principio verbum per quod facta sunt
omnia, et quomodo verbum caro factum est
et habitavit in nobis. Nec eos audia- 18
mus qui non verum hominem dicunt susce-
pisse filium dei, neque natum esse de
femina, sed falsam carnem et ymaginem
simulatam corporis humani ostendisse
videntibus. Nesciunt enim quomodo substantia
dei administrans universam creaturam
inquinari omnino non possit, et tamen
predicant istum visibilem solem ra-
dios suos per omnes feces et sordes
corporum spargere, et eos mundos et sinceros
ubique servare. Si ergo visibilia munda
visibilibus immundis contingi possunt
et non inquinari, quanto magis invi-
sibilis et incommutabilis veritas per
spiritum animam et per animam corpus susce-
pit, toto homine assumpto, ab omni-
bus eum infirmitatibus nulla sui
contaminatione liberavit. Itaque ma-
gnas patiuntur angustias et in-
timent quod fieri non potest, ne humana
carne veritas inquinetur, veritatem

dicit esse mentita Et tu illa p̄ce
pit dicens Sic in me mo est ē no
non et apl̄s clamat dicens in
ciīt in illo est ꝛ no ꝭ est in illo
ciīt isti totu corpus eius i flat
carne suisse contendunt ut no sibi
videant imitari xpm si no suis
auditoribus mentiant Rect eos
xq audiamus qui trinitate quidem in v̄l
etna sb̄a confitentur ꝭ hoiem
ipm qui temporalia dispensatione
susceptus est audet dicē no huisse
mentem hominis ꝭ solu animaꝫ ꝛ cor
pus Hoc ē dicē no fuit homo sed
membra corpis hebat humana
animaꝫ em ꝛ corpus hent bestie
ꝭ ronem no hent que ment ē pⁱxi
ꝭ si racionandi sꝭ illi qui eu ne
gant huanam corpus huisse que
insinui in homine inior q̄ isti no
erubescant qui hoc enim negant
huisse que optimu in homine gl
ti em lugenda ē mens huana
si intit asuo corpe si quid em
in illo homine no reformatu est
in quo ipm corpus huanu iam di
gnitatem forme celestis accepit
Sed absit ut hoc credamus quod
confinxit temeritas vanitatis et
q superba loquacitas Rect eos audiuit
qui sic dicit ab illa etna sapientia
susceptu esse hominem qui deiugie
natus est quomo ꝛ alii homines ꝭ
ea sapientes fiunt qui pfecte sa
pientes sꝭ Nesciunt em ipsi illius
hominis sacramentu ꝛ putant hoc
solū enim amplius huisse mtᵉ ce
teros btissimos quod de virgie
natus est q̄ ipm si bene conside
rent fortassis credat Ideo nullu
hoc p̄t ceteros meruisse quod aliq̄
habet etia ipa susceptio p̄ innu c̄
ceteros Aliud est em sapientē tm
fieri p̄ p̄ryam dei ꝛ aliud est ipaꝫ
p̄sonam sustinē sapientie dei Q̄
uis em ad na p̄t corpus eccie
ninfen tamē distac inᵗ caput ꝛ
membra ceta quis no intelligit Si
em eccie caput ē homo ille cuius

susceptione ubū caro factu est ꝛ hi
tauit in nobis mebra ceti sꝭ omis
sancti quibꝫ pficit ꝛ comple ecclia
Sicut ḡ anima totu corpus nrm
animat ꝛ uiuificat ꝭ in capite ꝛ
uiuendo sentit ꝛ audiendo et
odorando ꝛ gustando ꝛ tangendo
In ceteris aute membris tangendo
tantu ꝛ io capiti cetra subiecta
sꝭ ad operandum illud aute sup
collocatu est ad consulendum
quia ipsius anime que consulit
corpi quodamo p̄sona sustinet
caput Ibi em omnis sensus
apparet Sic uniūso p̄plo sancto p̄
tamquam uni corpi caput est me
diator dei ꝛ hominum homo xpc
Jesus ꝛ p̄terea sapia dei ꝛ ubum
in principio p̄ quod factu sꝭ omia
no sic assumpsit illum homine
ut ceteros sanctus ꝭ multo excel
lencius multoq̄ꝫ sublimius Et no
ipm solum assumi optauit in quo
sapia hominibꝫ appareret sicut ei
uisibili decebat Unde Quapp
alit sꝭ sapientes ceteri homines
quecumq̄ꝫ sꝭ ul ee potuunt ul pote
rūt ꝛ alit ille mediator dei et
homi homo xpus Jesus quia sa
piencie ipsius p̄ quam fiunt sapie
tes quecumq̄ꝫ homines no solum
beneficiu hꝫ ꝭ solu etia p̄sonam gᵉt
De ceteris em sapientibꝫ ꝛ spuali
bus animis recte dici p̄t quod
haent in se ubū dei p̄ quod fca
sꝭ omia ꝭ in nullo corpore di
ci p̄t quod ubū caro factum
ē ꝛ habitauit in nobis Nᵉ in solo
dno nro Jhu xpo rectissime di
Rect eos audiamus qui solu octa q
corpus huanu susceptu esse
dicunt a ubo dei ꝛ sic audiunt
q̄ dcm est ubū caro factu est
ut negent illu hominē ul aiaꝫ
ul aliquid hominis huisse nisi
carne solam Errant em ualde
ꝛ no intelligunt io carne solam
nominataꝫ esse in eo quod dictu
est ubum caro factum est qā
o ceteris hominis in quos scri est illa
susceptio caro sola potuit appare
Nam si absurdum est ꝛ ualde

indignum ut humanum corpus homo ille non
susceperit superbius tractamus sicut quan
to magis absurdum et indignum est ut
nec corpus nec animam susceperit et hoc solum
susceperit quod et impietatibus illius ex
terminus est corpus ...
de ista impietate excludatur totum
quod homines utique corpus ambo dei esse
susceptum credamus. Nec eos audia
xx mus qui tale corpus domini nimium fuis
se dicunt quale apparuit in columba
quam vidit Johannes baptista descendentem
de celo et manentem super eum in signo
spiritus sancti. Ita enim persuadere cona
tur filium dei natum non esse de femina
quia si carnalibus oculis erat ostendendus
inquiunt potuit inquiunt sic assumere
corpus quo spiritus sanctus. Non
enim et columba illa de ovo nata est
et tamen quemadmodum oculis potuit ap
parere. quibus primo illud respondendum est
quod ibi legimus in specie columbe apparuisse
spiritum sanctum ubi legimus et
christum natum esse de femina et non op
ortet in parte credere evangelio et in parte non
Cur spiritus sanctus non est natus de columba sicut christus de femina — credere. Unde enim credis in columbe
specie demonstratum esse spiritum sanctum
nisi quia in evangelio legisti. Ergo et ego
credo christum natum esse de virgine quia
in evangelio legi. Quare autem spiritus
sanctus non est natus de columba
quemadmodum christus de femina illa
causa est quia non columbas liberare
venerat spiritus sanctus sed hominibus
significare innocentiam et amorem
spiritualem quod in columbe specie visibi
liter significatum est. Dominus autem
Jhesus christus cum venerat ad homines
liberandos in quibus et mares et femine
pertinent ad salutem, nec mares fa
Cur vir et femina per christum liberatus est — stidivit quia marem suscepit nec
feminas quia de femina natus est. Huc
accedit magnum sacramentum ut
quoniam nobis per feminam mors acce
derat vita nobis per feminam nasceretur ut de
utroque sexu et femina et masculina
victus dyabolus cruciaretur quoniam de
amborum subversione letabatur
cui parum fuerat ad penam si ambo
natura in nobis liberarentur nisi et
per ambos liberaremur. Nec ...

ita dicimus quod dominum Jhesum christum putamus
tamen solum verum corpus habuisse
spiritum autem sanctum apparuisse fallaciter oculis
hominum sed ambos illa corpora vera cor
pora credimus. Sicut enim non op
ortebat quod homines falleret filius
xxi dei ita nec spiritus sanctus. Sed omnipotenti
deo qui universam creaturam de
nichilo fabricavit non erat
difficile verum corpus columbe
sine aliarum columbarum ministerio
figurare sicut ei non fuit difficile
verum corpus in utero Marie sine virili
semine fabricare cum creatura corporea
et in visceribus femine ad formandum
hominem et in ipso mundo ad
formandam columbam imperio domini vo
luntatique serviret. Sed stulti homines
quod aut ipsi facere non possunt
aut in vita sua numquam viderunt
ab omnipotenti deo fieri potuisse
xxii non credunt. Nec eos audiamus qui
propterea nolunt credere ut inter crea
turas filium dei inveniamus quia
passus est. Dicunt enim si passibilis et
mutabilis est, si mutabilis est
creatura est quia substantia dei non
potest immutari. Ad quibus etiam nos
dicimus et dei substantiam commutari non
posse et creaturam esse mutabilem.
Sed aliud est esse creaturam et aliud
suscipere creaturam. Filius ergo uni
genitus dei qui est virtus et sapientia
dei et verbum per quod facta sunt omnia
immutari omnino non potest. Suscepit
humanam creaturam quam et ipsam
erigere atque in eternam renovare
dignatus est. Nec tamen passione
ipse inde minus commutatus est sed eam
potius per resurrectionem in melius
commutavit. Nec propterea ipsum virtutem
et verbum dei filium per quod facta sunt
omnia negandum est natum et pas
sum esse pro nobis. Et martires enim pas
sos dicimus et mortuos propter regna
celorum et tamen in ea passione
et morte anime eorum occise non sunt.
Dicit enim dominus nolite timere eos
qui corpus occidunt animam autem
nichil possunt facere. Sicut ergo marti
res passos et mortuos dicimus
in corporibus que portabant ...

interfectionem sic dei filium passum ut
mortem et mortuum dicimus in homine
quem portabat sine diminutione aliqua
commutatione ad mortem. Nec eos
xiiij audiamus qui negant tale corpus
domini resurrexisse quale positum est
in monumento. Si enim tale non fuis-
set non ipse dixisset post resurrec-
tionem discipulis palpate et videte
quia spiritus ossa et nervos non habet sicut
me videtis habere. Sacrilegum est enim
credere dominum nostrum cum ipse sit veritas
in aliquo fuisse mentitum. Nec eos mo-
veat quod clausis hostiis subito eum
apparuisse discipulis scriptum est
ut propterea negemus hoc fuisse illud
corpus humanum quod contra naturam
huius corporis videmus esse per clausa
hostia intrare. Omnia enim possibilia
sunt deo. Nam et ambulare super aquas
contra naturam huius corporis esse mani-
festum est et tamen non solum ipse dominus
ante passionem ambulavit sed etiam
petrum ambulare fecit. Ita ergo et post
resurrectionem de corpore suo fecit quod voluit.
Si enim potuit ante passionem clarifi-
care illud quod sicut splendorem
solis quare non potuit et post pas-
sionem ad quantam vellet subtilitatem
temporis momento redigere ut per clau-
sa hostia posset intrare. Nec eos
audiamus qui negant corpus ipsum
secum levasse in celum dominum nostrum
et commemorant in evangelio quod
scriptum est. Nemo ascendit in celum
nisi qui descendit de celo et dicunt
quia corpus non descendit de celo
non potuisse ascendere in celum. Non
enim intelligunt quia corpus non ascen-
dit in celum. Dominus enim ascendit
corpus autem non ascendit sed levatum est
in celo illo levante qui ascendit.
Si enim quisque descendat verbi gratia
de monte nudus cum autem descendit
vestiat se et vestitus iterum ascendit
recte utique dicimus nemo ascendit
nisi qui descendit. Nec vestem cogi-
tamus quam secum levavit sed ipsum

qui vestitus est solum dicimus ascendis-
se. Nec eos audiamus qui negant ad xv
dexteram patris sedere filium dicentes numquid
deus pater habet latus dextrum
sinistrum sicut corpora. Nec nos hoc de
deo patre sentimus. Nulla enim forma
corporis deus finitur atque concluditur. Quod dextera patris est
sed dextera patris est beatitudo perpetua que beatitudo eterna
sanctis datur sicut sinistra eius rectissi- sinistra miseria
me dicitur miseria perpetua que impiis datur eterna
ut non in ipso deo sed in creaturis hoc
modo dextera intelligatur dextera et
sinistra quia et corpus christi quod est
ecclesia in ipsa dextera hoc est in ipsa beati-
tudine futurum est sicut apostolus dicit
qui et simul nos suscitavit et simul sedere fecit
in celestibus. Quamvis enim corpus
nostrum non dum ibi sit tamen spes nost-
ra ibi est propterea et ipse dominus post
resurrectionem iussit discipulos
quos piscantes invenit ut in dex-
teram partem mitterent retia quod cum
fecissent ceperunt pisces qui omnes
magni erant id est iustos significa-
bant quibus promittitur dextera. Hoc
significavit quod etiam in iudicio
dixit se agnos ad dexteram he-
dos autem ad sinistram esse positurum.
Nec eos audiamus qui negant xvj
diem iudicii futurum et commemorant
quod in evangelio scriptum est eum qui cre-
dit in christum non iudicari. Eum autem
qui non credit iam iudicatum esse.
Dicunt enim si et ille qui credit non
veniet in iudicium et ille qui non
credit iam iudicatus est ubi erunt quos Quod preteritum quandoque
iudicaturus est in die iudicii. Non ponitur pro futuro
intelligunt sic loqui scripturas ut
preteritum tempus pro futuro tempore in-
sinuet sicut supra diximus quod apostolus
dixit de nobis quod simul nos sedere
fecit in celestibus. Non dum factum
est sed quia certum est futurum
ita dictum est quasi iam factum sit.
Sicut et ipse dominus discipulis dixit
Omnia que audivi a patre meo
nota feci vobis et paulo post dicit
Multa habeo vobis dicere sed non po-
testis illa portare modo. Quomodo ergo
dixerat omnia que audivi a patre

meos nota sunt nobis nisi quia illud
per spiritum sanctum certissime futurus erat
quasi iam factum esset locutus est Hic
ergo cum audimus qui credit in christum
non veniet in iudicium intelligamus
quia non veniet ad dampnationem
Dicitur enim iudicium pro dampnatione sicut
dicit apostolus Qui non manducat
manducantem non iudicet id est non
de illo male sentiat et dominus dicit
Nolite iudicare ne iudicemini de vobis
Non enim tollit nobis intelligentiam
iudicandi cum et propheta dicat Si vere
iusticiam diligitis recta iudicate filii
hominum et ipse dominus dicat Nolite
iudicare personaliter sed iustum iu-
dicium iudicate Sed illo loco ubi
vetat iudicare illud admonet ne
dampnemus aliquem cuius non cogi-
tatio nobis non aperta est vel incertum
qualis postea sit futurus Sic ergo
cum dixit ad iudicium non veniet hoc
dixit quia non venit ad dampnationem
qui autem non credit iam iudicatus
est Hoc dixit quia iam dampnatus
est presciencia dei qui novit quid im-
mineat non credentibus Hec eos
xiiij audiamus qui dicunt spiritum sanctum
quem in actibus apostolorum dominus promisit disci-
pulis suis aut in paulo apostolo ve-
nisse aut in montano et priscilla
sicut cataphriges dicunt aut in quodam
quo manete vel manicheo sicut
manichei dicunt Tam ceci sunt isti
ut scripturas manifestas non intelli-
gant aut tam negligentes salu-
tis sue ut omnino non legant Quis
enim cum legit non intelligat vel in
actibus quod post ascensionem domini scrip-
tum est dicente domino Ego mitto
promissum patris mei in vos vos autem
sedete in civitate quousque in-
duamini virtute ab alto et in actibus
apostolorum postea quia dominus a di-
scipulorum oculis abscessit intra
decem diebus peractis die pente-
costes non attendunt apertissime ve-
nisse spiritum sanctum et tam certe illi
in civitate sicut eos dominus monuerat
implevisse illos ita ut loquerentur
linguis Nam diverse nationes que
tunc aderant unusquisque audiebat
sua lingua intelligebant sed isti ergo
minus decipiunt eos qui negligentes
catholica fide et ipsam fidem suam que
inscriptum manifesta est non vult
discere et quod est gravius cum velut de-
lendum eam in catholica negligenter
versetur hereticis aut diligenter
accomodat Hec eos audiamus xv
qui unitatem sanctissimam eciam que vera
catholica est negant per orbem
esse diffusam sed in sola affrica hoc
est in parte donati pollicebuntur
Ita surdi sunt adversus prophetam
dicentem Filius meus es tu ego
hodie genui te Postula a me et da-
bo tibi gentes hereditatem tuam et pos-
sessionem tuam terminos terre et alia
multa sive in veteris sive in novi
testamenti libris que scripta sunt ut
apertissime declarent ecclesiam christi
per orbem terre esse diffusam Qui cum
eis obicimus dicunt iam ista omnia
fuisse completa antequam esset
pars donati sed postea totam ecclesiam
perisse et in sola donati parte reliquias
eius remansisse contendunt O
linguam superbam et nefariam ... sit
ne inveniant ut vel inter se pacem
postea custodient Nunc autem non
attendunt iam in ipso donato com-
pletum fuisse quod dictum est Iniqu[illegible]
mensura mensi fuistis metietur
vobis Sicut enim christum dividere
conatus est sic ipse cum suis cot-
tidiana concisione dividitur Ad
hoc pertinet eciam illud quod dominus
dicit Qui enim gladio percusserit
gladio morietur Gladius enim illo
loco siquidem in malo positus est
Discordiosam linguam significat
qua tunc ille infelix ecclesiam per-
cussit sed non occidit Non autem
dixit dominus Qui occiderit gladio
gladio morietur sed qui gladio u-
sus fuerit inique gladio morietur
Ergo ille percussit eciam linguam
largiosa quamvis ipse conciditur

ut animo displiceat atque moriatur.
Et tamen illud tunc apostolus petrus
non superbia sua, sed quamvis carna-
li tamen amore domini fecerat. Itaque
ammonitus recondit gladium. Iste
autem nunc mictus est fecit si quid de-
cem quo catholico cum ei dicit
audientibus omnibus Rome quos ipse
petiuit ne eos que intenderat po-
tuit donare probare et sic remansit in
scismate ut suo gladio moreretur.
Plus autem ipsius qui non audit
prophetas et evangelium in quibus aptissime
scriptum est ecclesiam xpi per omnes gen-
tes esse diffusam et audit scismati-
cos non dei gloriam querentes sed
suam. Sic significat servum se esse non
liberum et aurem dextram se habere
perdidisse. Petrus enim errans in amo-
re domini servo non libero aurem dex-
tram precidit ex quo significat eos
qui gladio scismatis feriuntur et
servos esse carnalium desideriorum
non dum eductos de libertate spiritus
sancti ut iam non considerat in homine
et non audire quod doctrinam et domini
gloriam per catholicam ecclesiam latissime
propagatam et audire sinistram quia
ne in fractionibus cadere sed tamen
eum dominus in evangelio sanat cui per
omnes evangelium promissum fuit tunc
sine esse futurum. Quomodo isti dicunt
quod iam cetere iste omnes gentes ceci-
derunt a fide et in parte donati parte
remansit ecclesia cum manifestum
sit ex quo ista pars ab unitate preci-
sa est non nullas gentes postea
credidisse et adhuc esse aliquas
que non dum crediderunt quibus cotti-
die non cessatur evangelium predicari.
Quomodo non invenerunt esse aliquem qui se
xpianum dici velit et ab usu xpi
gloriam tanta impietate armatur
ut audeat dicere omnes prophetas gen-
tium qui modo adhuc accedunt ecclesie
dei et in dei filium sperant a donati-
stis faciendi quia non eos aliquis
donatista baptizet. Sine dubio
ista accederent homines et eos sine di-
latione relinquerent si xpum quererent
si ecclesiam diligerent si liberi essent
si aurem dextram integram retinerent. xviij
Nec eos audiamus qui communicare
nimie rebaptizent perdiderunt se-
tamen ab unitate et luciferianam ma-
gis dici quia catholici maluerunt.
In eo enim quod intelligit baptisma
xpi non esse repetendum recte faci-
unt. Denique enim sacramenti sig-
naculum nusquam esse nisi in ca-
tholica ecclesia sed eam formam sciunt ha-
bere sacramenti propter quam in ipsa in-
te unquam perderent acceperant.
Hii sunt enim de quibus apostolus dicit ha-
bentes speciem pietatis virtutem autem eius
abnegantes. Est enim magna virtus
pietatis pax et unitas quia unus
est deus hanc illi non habent quia
precisi sunt ab unitate. Ita quod si qui
ex ipsis ad catholicam veniunt non ite-
rant speciem pietatis quam habent sed acci-
piunt virtutem pietatis quam non habent.
Nam et amputatos ramos de uno
posse inseri si non permanserint
in incredulitate aptissime apostolus
docet. Quod cum luciferianam intelligunt
et non rebaptizant non improbamus ipsi
sed quod etiam ipsi pacem ecclesie dicere nolunt
quamvis non detestandum est cognoscat-
ur maxime quia eis displicuit
in ecclesia catholica quod ne sanctitatis
cellice est. Nusquam enim tam in-
gerere debent misericordiam quam in ca-
tholica ecclesia ut tamquam vera ma-
ter peccantibus filiis superbe in-
sultet nec conversis difficile ig-
noscat. Non enim sine causa inter
omnes apostolos huius ecclesie catholi-
ce personam sustinet petrus. Huic
enim ecclesie claves regni celorum
date sunt cum petro date sunt et cum
ei dicitur ad omnes dicitur: amas
me pasce oves meas. Debet ergo ecclesia
catholica correctis et pietate firmatis
filiis libenter ignoscere cum ipsi pe-
tro personam eius gestanti venia
in mari titubasset ut eum dominus ma-
nualiter a passione revocasset et au-
rem servi gladio percidisset et

dominum ipsum ter negasset et a[illegible]
[illegible] post[illegible] lapsus esset
in [illegible] venia esse concessa
cum ipse fuerit correctus atque firmatus usque
ad dominice passionis gloriam perve-
nisset. Itaque post persecutiones que
per tirannos et reges facte sunt post-
ea qua pax quam quidem catholica
in domino tenet etiam a principibus
seculi reddita est ipsi qui pro [illegible]-
[illegible] in illa persecutione gesse-
runt multa correcti reddere catholice
delegerunt damnationes
sive qui acciderant sive qui se ea-
didisse simulaverant. Hos enim
catholica mater recipit sicut eum
quem petrum post fletum negationis
per galli cantum admonitum aut
tamquam eundem post peccatum simula-
tionem voce pauli correctum.
Sant illi inanis caritatem superbe
accipientes et impie reprehendentes
quia petrus post galli cantum
surgenti non gratulati sunt cum
lucifero qui mane oriebatur ca-
dere meruerunt. Nec eos audiamus
XVIII
qui negant ecclesiam dei omnia
peccata posse dimittere. Itaque
miseri dum in petro petram non
intelligunt et nolunt credere datas
ecclesie claves regni celorum ipsi eas
de manibus amiserunt. Isti sunt qui
viduas si ad nupserint tamquam
adulteras dampnant et super aposto-
licam doctrinam se predicant esse mun-
diores qui nomen suum si vellent
agnoscere mundanos se potius quam
mundos vocarent. Nolentes enim
si peccaverint corrigi nichil aliud
elegerunt nisi cum hoc mundo dampna-
ri. Nam quibus veniam peccatorum
negant non eos aliqua sanitate cu-
stodiunt sed egros sibi trahunt medi-
cinam et viduas suas uri cogunt
quas nubere non permittunt. Non enim
prudentiores eos habendi sunt quam pau-
lus apostolus qui ait malo eas nube-
XVIII
quam uri. Nec eos audiamus qui
carnis resurrectionem negant et commemorant
quod ait apostolus paulus caro et san-
guis regnum dei non possidebunt

non intelligentes quod ipse dicit apostolus
oportet corruptibile hoc induere corrup-
cionem et mortale hoc induere morta-
litatem. Cum enim hoc factum fuerit
iam non erit caro et sanguis sed
et celeste corpus quod et dominus promittit
cum dicit. Neque nubent neque uxores
ducent sed erunt equales angelis
dei. Non enim iam hominibus sed deo vi-
vent cum equales angelis fu-
erint. Immutabitur ergo caro et sanguis
et fiet corpus celeste et angelicum.
Et mortui enim resurgent incorrup-
ti et nos immutabimur ut et illud
verum sit quod resurget caro et illud
verum sit quod caro et sanguis regnum
dei non possidebunt. Ista fidelissima
caritate simplicitate lactata nutri-
amur in christo et cum parvuli sumus maio-
rum cibos non appetamus sed in christo
saluberrimis alimentis crescamus in christo acce-
dentibus bonis moribus et christiana
iusticia in qua est caritas dei et pro-
ximi perfecta et firmata ut vincamus
in nobis de dyabolo et inimico et ange-
lis eius in semet ipso christo quem
induimus quia perfecta caritas nec cu-
piditatem habet seculi nec timorem seculi
id est nec cupiditatem ut acquirat res
temporales nec timorem ut amittat
res temporales per quas duas ia-
nuas intrat et regnat inimicus
qui primo dei timore deinde caritate
expellendus est. Debemus itaque tan-
to avidius appetere apertissimam et
evidentissimam cognitionem veritatis quanto
nos videmus in caritate proficere et eius
simpliciter cor habere mundatum quia in-
teriori oculo videtur veritas. Beati
enim mundo corde inquit quoniam ipsi
deum videbunt ut in caritate radi-
cati et fundati prevaleamus comprehendere
cum omnibus sanctis que sit latitudo et lon-
gitudo et altitudo et profundum. Cognosce-
re etiam supereminentem scientie caritatem christi ut
impleamur in omnem plenitudinem dei
et post istam cum invisibili hoste certamina
quam volentibus et amantibus iugum christi leve
est et sarcina eius levis coronam victo-
rie mereamur. Amen. Explicit liber sancti augustini
de agone christi [illegible]
[illegible]

Quodam die in diebus sancte octavarum cum mane apud me essent multi fratres layci christiani et in loco solito consedissent ortus est sermo de religione christiana adversus presumpcionem et tamquam scientiam et magnam paganorum qui irridebant atque contempnebant putantes non posse per nos contra dicere quod eis adversus christianam religionem et magis contradicto quereretur videretur quod paganum indici oporteret. Cum igitur de divinacione demonum quereretur et affirmaretur predixisse nescio quem eversionem custodis templi Serapis que in Alexandria facta est. Respondi non esse mirandum si istam eversionem templi et simulacri sui imminere demones et scire et predicere potuerunt sicut alia multa quantum eis nosse et prenunciare permittitur. Et tamen referre non quod sint male divinaciones tamquam non Deo displiceat aliquid omnipotens et iustus iste si non permitteret. Si mala sunt iniusta esse videtur non ideo fieri, nisi iniusta debeat que ea fieri permittit omnipotentissimus et iustissimus Deus ut et alia multa manifestissime fieri sicut iniusta homicidia, adulteria, furta, rapinas et cetera huiusmodi que quamvis iusto Deo eo quod iniusta sunt sine dubitacione displiceant. Iste tamen omnipotens ea fieri certa iudiciorum suorum racione permittit non utique impune sed ad eorum dampnacionem a quibus fiunt que displicent iusto. Et tu certe non quidem dubitandi quod omnipotens et iustus sit Deus si sic quomodo parva que contra potestatem hominis fiunt nocent cum aliquando fieret, prohibere posset fieri que utique fieri non possent si omnipotens non sinisset. Illa videlicet ipsam religionem colunt perveniunt in illo modo ab eo credendum esse contendunt ac per hoc fieri non potuisse nisi ei placuissent. Non mala ea putari non oportet. Ad hoc quoque mihi dicitur quod ei displiceat ea templa et simulacra cultus et illa gentium sacrificia si fieri sinit permittit. Sic enim dicunt: non ea fieri potuisse nisi Deo placuissent. Et ideo bona putanda quia iniusta placent ita dicant: si non ea prohiberet eum cui potuisset prohibere nisi Deo displicerent, at placere si tunc ideo fiebant quia iusto Deo placebat, consequebantur ut illo placito fiebant. Ideo non mutemus sunt quia Deo displicent tamen omnia que ei iniuste placent. Cum ita ut iubet et permittit cum talis hoc dictum est in iusta quidem esse mihi ista non tamen mala et iniusta que contra leges quibus prohibentur fiunt. Ipso autem non mala quia si mala essent iniqua dixerunt placuisse potuisset. Si inique placuisset iniqua esset. Ideo non sinente omnia ut et qui talia non contigerunt que tam magna sint ut contra ipsam religionem qua Deus colitur fierent. Si male fierent sic eos si pretereamus mala non sunt quia Deo placent quia probantur quia ea fieri sinit omnipotens. Nemo est bonum quod fieri prohibent et cetera eum que Deo placent. Sic fieri non sinit omnipotens quia et hec contra religionem sit qua colitur Deus si ea que Deo placent ab hominibus eciam. Et ideo hec et male fiat permittit omnipotens non ideo putanda sunt illa bona quia ea fieri permisit omnipotens.

Deinde contendendum esse non ista recte non fieri. Immo ideo prohibita non fieri quia omnipotenti mihi displicent. Nec tamen placuisse non fieret. Nos enim nescimus unde fieret mihi placuit. Mihi autem unde displiceret. Deo tamen certum sit non mihi fieri potuisse nisi placuisset omnipotenti. Hec mihi accepisse nisi displicuissent omnipotenti. Ad hoc ergo mihi quod iniqua et mihi talia oraculis fiunt que vel predicio de hiis fecerunt vel deo pensa premunt. Si mihi hoc ipsi sinit omnipotens nisi quod ea iusto placent cum iusto quod iniustum est placere non possit. Contra hoc dictum contra mihi omnino talia modo fieri preter eum illa inquit non sunt que potius sicut et ceteris conscripta sunt libris ea quippe mihi recte fiebant ea mihi Deo placere demonstrabant. Et ideo quod ab omnipotente ac iusto si sinebant

Si quid autem nunc prohibitorum sacrificiorum fit occulte atque illicite, non est illi fas pontificali sacrificiorum comparandum, sed in eo deputandum quod etiam nostro tempore fit, cum hec omnia illicita ipsis pontificalibus libris etiam sit prohibita atque dampnata. Sic vidi autem talia permittit deus fieri si michi horum malefactorum extremum que in religione sunt cum [illegible] hec communicare sinit etiam cogantur concedere qui pontificales libros magni estimant quod ea que hiis libris utique prohiberi divinitus asseruntur. Quo igitur divinitus prohibentur nisi quia displicent deo? que utique prohibendo non solum sibi displicere verum etiam cavere sed omnino contempnere. Unde colligitur quod deus aliquid et prohibet iustus et tamen permittit omnipotens. Sicut ei dicitur concessum est, non ideo putandum quod iuste ac bene fieri. Tamen sunt fatendum que et contra illa malas contra religionem qua colitur deus sunt et displicent deo iusto et tamen iudicio eius ab omnipotente permitti. Sed aliud iam tractandum demonum sunt divinationes velut demonum vel quibus illi sunt quos deos pagani vocant. Videndum enim est ne forte non quidem propterea sed bona putanda sunt quia ea fieri permittit omnipotens, sed quia ea magna sunt quia vel non nisi dei potestate tribuenda esse videantur ab hiis inepta esse videntur esse permissa. Quoniam autem hoc [illegible] ad primam ianuam nos [illegible] ingrediebat non distuli eis spatium datum est, scribendo et illa iterato [illegible] respondere. Primo demonum eam esse naturam ut aerii corporis sensu terrenorum corporum sensum facile precedant. Celeritate etiam propter eiusdem aerii corporis superiorem mobilitatem non solum cursus quorumlibet hominum vel ferarum verum etiam volatus avium incomparabiliter vincunt. Quibus duabus quantum rebus ad aerium corpus attinet preditie sunt, scilicet acrimonia sensus et celeritate motus, multa ante cognita prenunciant vel nunciant que homines pro sensus terreni tarditate mirentur. Accessit etiam demonibus per tam longum tempus quo eorum vita protenditur rerum longe maior experientia quam potest hominibus pro brevitate vite evenire. Per has efficacias quas aerii corporis natura sortita est, non solum multa futura predicunt demones verum etiam multa mira faciunt. Que quoniam homines dicere ac facere non possunt, eos dignos quibus serviant et divinos honoribus deferunt arbitrantur, instigante maxime vitio curiositatis propter amorem felicitatis false atque terrene excellentie temporalis. Qui vero se ab hiis cupiditatibus mundant nec eos eis se rapiendos sternendosque permittunt, sed inquirunt et amant aliquid quod eodem modo semper est, cuius participatione beati sunt, prius considerant non ideo preponendos sibi esse demones quod acrioris prevaleant sensu corporis, prevalent aerii, scilicet hoc est subtilioris elementi, quia nec ipsis terrenis corporibus bestias sibi preponendas putant que acutius multa persentiunt, velut sagacissime canes quia latentes feras olfactu acutissimo sic inveniunt ut ad eas capiendas ducatum quedam homini prebeant, non utique prudentiore intellectu animi sed acriore corporis sensu. Vel vultures quia projecto cadavere [illegible] longinquitate advolant; vel aquila que fertur volans sublimiter delitescentem sub fluctibus natantem piscem deprehendere et rapere aquis in [illegible] pedibus atque unguibus rapere; vel alia multa animalium genera que inter herbas salubres suas noxias presciendo eas vitant nec aliquid eorum quo ledantur attingunt, cum eas homo vix experiendo cavere didicerit et multa innoxia quod sint incognita formidet. Unde conicere facile est quanto possit in aeriis corporibus sensus acrior esse. Nec ideo tamen demones qui eo preditie sunt bonis hominibus preponendos prudens quisque censuerit. Hec de corporum celeritate diximus et hac ea presentia non solum avolucres homines verum etiam animalibus quadrupedibus ita superantur ut in eorum comparatione plumbei deputandi sint. Nec tamen ideo sibi hec animalium genera existimant preponenda quibus capiendis ista sue salutis atque in sue voluntatis usum commodum [illegible] gendis non in corporis sed rationis impetu illa vero etiam demonum potestatem

Sol^a

Conclusio

[illegible]

2 modus

quod demonstrat rerum experientia quod ad pronun-
ciandum atque prenunciandum multa didice-
runt ita contendunt qui hec vigilanter
exigunt maxime per consuetudinem dis-
ne ut nec malos senes plura expertos
robustos quasi doctores adeo per sibi
adolescentes sibi anteferre consuetudine
nec medicos nec nautas nec agricolas
quos parum velut et imperitis moribus
videmus adeo sibi putant esse preferen-
dos quia illi de valetudinibus illi de
tempestatibus illi de arbustorum frugum-
que generibus multa nunc prenunciant ut
talia rerum in corpore divinare videantur
quid ergo non solum quedam demones
futura predicunt verum etiam quedam mira faciunt
propria utique sui corporis excellentia cum
non contemptum apud doctos cum plerum-
que inique ac perditi homines in contrario
corpora sua tanta ex diversis artibus pos-
sent ut ea qui hec nesciunt nec aliquando vide-
runt etiam narrata vix credant quod
multa funambuli ceterique theatrica ar-
tifices quam multa perfectos maxime
et mechanici mira fecerunt Non
ideo meliores sunt bonis et sancta pietate
preditis hominibus Que ideo commemora-
vi ut quicumque sine pertinacia et sine
vana resistendi animositate con-
siderat similiter cogitet si de sibi accepte
crassiori materia vel sui quisque corporis
vel terre et aque lapidum atque ligno-
rum metallorum quoque usu tanta quidam
homines possunt ut eos illi qui hec
non possunt plerique studendo in suis
comparatione divinos vocent cum quidam
illorum sint artibus potentiores quam
istorum moribus meliores. Quanto mirabi-
liora et mirabiliora per subtilissimi cor-
poris hoc est aerii facultatem ac faci-
litatem demones possunt cum tamen
sint voluntate perversissima maxime
et superbie fastu et invidentie malicia
et spiritus inmundi atque perversi quantum
autem valeant aeris elementum quo cor-
pora pervalet ad multa visibilia
invisibiliter molienda movendamque mutan-
da atque versanda longum est nunc de-
monstrare. Et prius quod vel mediocri
consideranti facile occurrit Que cum ita
sint primum sciendum est quod de divina-

demonum questio est Illos enim plerumque
prenunciare que ipsi facturi sunt Accipiunt
enim sepe potestatem et morbos immittere
et ipsum aerem viciando morbidum
reddere et perversis atque amatoribus ter-
renorum commodorum malefacta suadere de
quorum moribus certi sunt quod sint eis
talia suadentibus consensuri Suadent
autem miris et invisibilibus modis
per illam subtilitatem suorum corporum
corpora hominum non sentientium pene-
trando seseque cogitationibus eorum
per quedam ymaginaria visa immi-
scendo sive vigilantium sive dor-
mientium. Aliquando autem non que ipsi
faciunt sed que naturalibus signis futura
prenoscunt que signa in hominum sensus
venire non possunt ante predicunt.
Neque enim quia previdet medicus
quod non previdet eius artis ignarus
ideo iam divinus habendus. Quid autem
mirum si quemadmodum ille in corporis huma-
ni aut perturbata aut modificata
temperie seu bonas seu malas
futuras previdet valitudines. Sic
demon in aeris affectione atque
ordinatione sibi nota nobis incog-
nita futuras previdet tempestates.
Aliquando et hominum dispositiones non
solum voce prolatas verum etiam
cogitatione conceptas cum signa
quedam ex animo exprimuntur in corpore
tota facilitate perdiscunt atque hinc
etiam multa futura prenunciant aliis
videlicet mira qui ista dis-
posita non noverunt. Sicut enim
apparet concitatior animi motus
in vultu ut ab hominibus quoque
aliquid foris agnoscatur quod
intrinsecus agitur. Ita non debet
esse incredibile si etiam leniores
cogitationes dant aliqua signa
per corpus que obtuso sensu ho-
minum cognosci non possunt acu-
to autem demonum possunt. His atque
huiusmodi facultatibus multa demo-
nes prenunciant cum tamen ab eis
longe sit altitudo illius prophetie
quam deus per sanctos angelos
et prophetas operatur et ea predicit

Unde quod demones predicendo futura quandoque vere, quandoque falso dicunt, fallunt et falluntur, si quandoque potestatibus superioribus divinis fallunt et falluntur.

que inde audiunt non falluntur neque fal-
lunt. Verissima enim sunt angelica
et prophetica oracula. Sic autem indig-
natur accipiunt quod aliqua etiam talia
demones et audiant et predicant quia
si aliquid indignum sit ut quod dicitur
ut hominibus innotescat hoc non solum
boni verum etiam mali non taceant.
Etenim in impiis hominibus etiam interdum bo-
ne precepta videamus preter aliis
pravis quod tamen et ob hoc aliquid
immo etiam prodesse ad maiorem noti-
tiam fame quam virtutis. Etenim de illa
etiam hic quidquid noverint dicant
qui ei prophetis sermonibus contradi-
cunt. Inventis autem suis predictioni-
bus demones plerumque et falluntur et
fallunt. Et falluntur quidem quia
cum suas dispositiones pronunciant
comprimunt desuper aliquid iubetur quod
eorum consilia cuncta perturbet,
velut si aliquid disponant quibus ho-
mines quibus potestatibus subditi quos
non prohibitiones suos proposuit arbi-
trentur id quod facturos se esse pronun-
ciant et illi penes quos maior
potestas est consilio superiore consilio
quod totum dispositum atque ipsum re-
pente perturbabant. Falluntur etiam
causis naturalibus sicut medici aut nau-
te aut agricole sed longe acutius
longeque prestantius pro aerii corporis
sensus subtilitate et celeritate prenos-
cunt. Quia et ab angelis Dei sunt
in operibus sanctis et alia dispositione
ignota demonibus conspirant ac
repente immutantur. Tamquam si aliquid
egro contingat accidat quo moriatur
que medicus verus salutem prebe-
ribus signis victurus esse promiserat,
aut si aeris qualitatem prenuntiaverit di-
flaturo illum ventum nautae aliqui
predixissent cum dominus christus cum disci-
pulis navigans ut quiesceret imperavit
et facta est tranquillitas magna, vel
si agricola illo anno fructificationem
vitium vite polliceatur naturam utique
terre et numeros seminum calleans
quos tamen eodem anno vel irrupta ce-
li intempestas arefaciat vel aliqua
iussis potentioris cuiusdam. Item vel

ta etiam aspirata etiam predictionem
que demonum prescientia que moribus
et usitatis causis futura previdet
eisdem moribus et occultationibus
causis impedita immutantur. Fallunt
autem etiam studio fallendi et invida
voluntate qua hominum errore le-
tantur. Sed ne apud cultores suos
pondus auctoritatis amittant id
agunt ut interpretibus suis signorum
suorumque coniectoribus culpa tribuatur,
quando vel decepti fuerint vel mentiti. Quid er-
go sit mirum si imminente templorum
et simulacrorum eversione quam propheta di-
vinitus tanto ante predixerat, Serapis
demon alicui cultorum suorum hoc de
proximo prodidit ut sua quasi dimittens
et recedens vel fugiens commendaret.
Fugarent enim isti vel etiam iussis su-
perioribus colligati abstrahuntur
et alienantur a locis suis ubi dentibus
quibus adherebant quibusque colebantur.
Fiat voluntas Dei qui hoc tanto
ante per gentes futurum esse predixit
et ut per suos fideles fieret imperavit.
Curat enim quod non suo demon predicen-
sibi iam prospicit imminere cum hoc
prophete et prophetie attestentur quibus sunt
ista conscripta et prudentibus datur in-
telligi quia vigilanter esse cauta
demonum fallacia cultoresque fugiendus.
Quid enim an per eum longum tempus tempus
sibi esse futura cecinisset que per prophetas
predicta ignoraret non posset. Propterea quod
appropinquare conspicit noluerit eam apertius pre-
dicere ne ignavi inertesque putarentur.
Cum igitur tam longe ante predictum esset
atque conscriptum ut alia interim taceam
illud quod Sophonias propheta dicit: Prevalebit
Dominus adversus eos et exterminabit omnes
deos gentium terre et adorabunt eum vir
quisque de loco suo omnes insule gentium,
aut non credebat ista Serapis venturum
qui interim per gentium colebatur. Et
etiam per suos vates ac fanaticos
sequentes noluerunt sicut carmina
poetica in noticiam inducuntur non dimit-
tendente que deterrimam mortem impr-
dixerat. Immo autem ab istis prope aeria
predicta que apud Aegyptum pelagi
terre manet in pariete [illegible] [illegible]
[illegible] vana [illegible] ut potius

formidine falsam dicit quam in melius tua potius reflectis dicta autem ergo ista sibi quae per prophetas praedicta nouerat posse accidere demones hoc etiam patres acute dubitabant et per ea praedictorum celebritatem noluerunt [illegible] intelligentibus non est qualiter sit autem cum aduenientia christianae fuit et idola prima templa tacuerint uerum tamen inspicit ab hominibus intelligentibus desertum atque contemptum quod de templorum et simulacrorum suorum futura euersione eius prophetis attestantur qui eos coli prohibebant. Nunc uero postea quam ea tempora aduenerunt quo complerentur vaticinia prophetarum dei ueri qui istos falsos deos gentium et ne colantur vehementissime praecepit, cum nobis hec tamen ipsi completum praedicere sentirent ut inde clarius appareret eos hoc ante ea uel nunc accidisse uel suis cultoribus enuntiare timuisse in fine ac tamquam [illegible] gentes amplius quam agerent et ibi noluisse prima ostentare diuinitatem ubi iam premuntur diu simulacrorum diuinitate quod autem dicit eorum reliqui cultores et suorum quibusdam libris et procognitione eorum quamquam dicitur in plateis ficta putanda sint quae in eorum templis tam longo ante tempore prophetis eorum si [illegible] in notitie debuerunt sic enim non solum in [illegible] rebus nostris quod ad gentium testimonium [illegible] omnes ualet in Iudeorum synagogis antiquissima et notissima reperiantur tam [illegible] ipsa que ab eis [illegible] et clamitans praemonens nos deum si aliquis demonium contum est id praedicere cultoribus suis quod dicitur [illegible] prophetarum ut angelorum [illegible] quod non fiet aut ista non sic [illegible] attestatio uelut illud enim quod solum ab eis flagitabatur est numquam ante perualuerint nec umquam praeter in sancte confictum proferre conabimur aliquid deos suos pronatos suos contra deum ipsos fuisse praedicere autem de quo deo doctissimum eorum auctores quia omnia illa lege ac nosse potuerit magis [illegible] quis deus esse quem

negare deum potuerit potius autem deus iste quem nullus eorum negare ausus est uero deum qui et si negaretur non solum subiaceret debitis penis uero eam omnibus committitur confitebitur. Iste igitur deus quem nemo [illegible] diuinorum negare ausus uero deum illos falsos esse deos et omnino destruendos eorumque templa et simulacra et sacra euertenda per suos uates qui est prophetas apertam denunciatione praedixit aperta potestate postea aperta ueritate compleuit. Vnde quis usque adeo desipiat qui non eum potius colendum eligat quam coli non prohibent quos et colebat quem procul dubio eum colere cepit illos utique non esse cultus quos prohibuit coli quem colit. Quod autem ipsum contra [illegible] cultum gentes deprimatur diis falsis quos antea colebant apertissime eius [illegible] per eum paulo ante commemoratum et inter repetitum praeualebit inquit dominus aduersus eos et exterminabit omnes deos gentium terrae et adorabunt eum uir quisque de loco suo omnes insulae gentium neque solae insulae sed ita omnes gentes ut eas uocet insulae gentium quae quidem alibi non insulas nominat sed uniuersum orbem terrarum dicens commemorabuntur et conuertentur ad dominum uniuersi fines terrae et adorabunt in conspectu eius uniuersae patriae gentium quoniam domini est regnum et ipse dominabitur gentium. Hoc autem proximum fuisse complendum et aliis pluribus testimoniis et in eodem ipso psalmo uidetur commemoratum satis apparet cum enim paulo superius sumitur passione per prophetam ipse loqueretur dicens foderunt manus meas et pedes meos dinumerauerunt omnia ossa mea ipsi uero considerauerunt et conspexerunt me diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestem meam miserunt sortem paulo post in fine illud quod posui commemorabuntur et conuertentur ad

dominum universi fines terre et certa qua-
qua et illud testimonium adhibuimus
quod prius adhibuimus ubi dictum est praevale-
bit dominus adversus eos et exterminabit
omnes deos gentium terre in eo quod
positum est praevalebit satis ostendi-
tur hoc praenunciatum quod paganum prius
oppugnaturi erant etiam nomen quasi
christianum quantum valerent precauturi
ut si fieri posset de terra omnino dele-
retur et quia eos per tantam martyrum
et magnitudinem miraculorum atque
ipsam fidem populorum erat superaturus
ideo sic dictum est et praevalebit dominus adversus
eos nisi oppugnando illi resisterent
unde et in psalmo illo prophetatum est ut
quid fremuerunt gentes et populi me-
ditati sunt inania astiterunt reges
terre et principes convenerunt in unum
adversus dominum et adversus christum eius
et paulo post dicit dominus dixit ad
me filius meus es tu ego hodie
genui te postula a me et dabo
tibi gentes hereditatem tuam et posses-
sionem tuam terminos terre et unde
dictum est et in alio psalmo quod superius
interposui commemorabuntur et con-
vertentur ad dominum universi fines ter-
re hec atque huiusmodi prophetice docu-
mentis praedictum ostenditur quod videmus
impleri per christum factum fuisse ut
deus israel quem unum verum deum
intelligimus non in una ipsa gente
que appellata est israel sed in omnibus
gentibus coleretur et omnes falsos deos
gentium et a templis eorum et a cordi-
bus suorum amoliretur ut autem //cultorum
nunc isti et contra christianam religionem
contraque dei cultum vaniloquas
disputationes defensitare audeant
cum strepitu perierunt etiam et hoc de
illis predictum est in psalmis dicen-
te propheta sedisti super thronum qui
iudicas equitatem increpasti gen-
tes et periit impius nomen eorum delesti
in eternum et in seculum seculi inimici de-
fecerunt framee in finem et civitates

eorum destruxisti periit memoria eorum
cum strepitu et dominus in eternum permanet
nunc est ergo ut impleantur hec omni-
no quod adhuc audent ipsi pauci qui
remanserunt vaniloquas suas
ostentare doctrinas et christianos tamquam
imperitissimos irridere moneri debe-
mus et eis impleri ea que dicta sunt videre
cum ipsa quippe velut imperitia
et stultitia christianorum que humilibus
et sanctis eius diligenter studiosis
apparuit et excelsa et sola vera sapientia
ipsa namque velut stultitia christianorum
eos ad istam paucitatem redigit cum
sicut dicit apostolus stultam fecit deus
sapientiam huius mundi subiugit com-
mirabile si quis intelligit et in-
sequitur nam quia in dei sapientia non
cognovit mundus per sapientiam deum pla-
cuit deo per stultitiam predicationis
salvos facere credentes quoniam quidem
iudei signa petunt et greci sapientiam
querunt nos autem predicamus christum crucifixum
iudeis quidem scandalum gentibus autem
stultitiam ipsis autem vocatis iudeis et
grecis christum dei virtutem et dei sa-
pientiam quoniam quod stultum est dei sapientius
est hominibus et quod infirmum est dei fortius
est hominibus irrideant ergo quantum possunt
tamquam imperitiam et stultitiam nostram et iac-
tent doctrina et sapientia sua illud scio
quod isti irrisores nostri pauciores sunt
hoc anno quam fuerunt priore anno ex quo
enim fremuerunt gentes et populi medita-
ti sunt inania adversus dominum et adversus
christum eius quando ab eis fundebatur san-
guis sanctorum et vastabatur ecclesia usque
ad hoc tempus et deinceps cotidie
minuuntur nos autem adversus eorum
probra et superbas irrisiones for-
tissimos reddunt oracula divina in
quibus debile est et videmus et gaudemus
impleri sic enim nos alloquitur
propheta audite me qui scitis iudi-
cium plebs meus in quorum corde
lex mea est obprobria hominum
nolite metuere et detractione eorum ne
superemini nec quod vos spernunt magni-

divitias sicut enim vestimentum ita peri-
bunt et sicut lana a tinea
comedentur. Iusticia autem mea in eter-
num manet. Legant ergo hec in nomine si di-
gnantur et eorum contradictiones
eorum proveniunt quantum dominus adiu-
vat videbimus. Explicit sermo sancti augustini de
dimicatione demonum Incipit liber contra
quinque hereses

Debitor factus sum fateor
non necessitate adimplendi
sed quod vehementius est cari-
tate adimplendi non potestate
quoque molestus exactor quia
reddendi devotus est debitor. Sed
ut impleat quod promisi adiuvate me
sanctis orationibus vestris ut deus omni-
potens det graciam sermonibus meis
Volentes satisfacere vestris mentibus et animi-
bus vestris. Et meminisse dignamini quod
in tempore affuistis quamque hostium agmina
contra divinitatis contra que expugna-
da in diversas expugnanda postula-
vimus ut necessaria paraverit arma
possemus. Primum dicens nos contra
illum impingere. Attamen domino ad-
iuvante processimus. Adiutorium nostrum
in nomine domini qui fecit celum et
terram donabit certanti victoriam qui
certandi dedit audaciam. Non nos
hostium tuba non bellantium terreat
forma non quasi fulgens vitrea
terreat arma. Goliam magnum ro-
bustum armis terribilibus ingentique
forma munitum david solus puer-
pueris atque inermis uno lapidis ic-
tu prostravit totique alloflorum castra
turbavit atque fugavit. David autem
petra contra golia manum david
missa nisi christum contra dyabolum ex-
primit. David significat vectem. Ag-
grediamur ergo eos que diximus
genera quinque proponamus. Paganum di-
cit. David est qui nos cohortetur
atque abiciat tamquam milites co-
lentes deos. Ecce et nos deum que
predicatis dicitis filium colendum
esse eumque sine aliquo commixtione
sexus natum confingitis. Iudei
dicunt quo vivit colitur deum quia
hominis que patres nostri crucifixe-
runt deum dicentes eum cum eo corruptum

ut tamquam filium dei nobiscum veneren-
tur colant. Manichei dicunt fantasma
esse quod dicitur dominum ihesum christum femineas
non posse adire. Non enim dignum
inquiunt ut tanta maiestas per
sordes et squalores femine transisse credatur.
Sabellium dicit a patre passum
unus est deus pater et filius quia quem
pater ipse et filius est nec si alius di-
ximus. Et arriani dicunt nolunt cole-
re. Arriani dicunt alius est pater alius
et filius sed minor est filius. Atque enim
filii esse potest ut genitori genitus ex-
stat equalis. Ecce sunt ecce eorum
proponere quos nos quasi hostium oppo-
nere acies. Contra istas acies perseve-
rans fortissimi fratres assumite arma
dei ut possitis resistere in die malo
et in omnibus perfecti stare. Accingimini lum-
bos in veritate nemo trepidet nec
formidet. Est lorica iustitie est scu-
tum fidei in quo sagitte maligni ignite
excipiant et extinguant. Est
galea salutis est gladius spiritus
quod est verbum dei. Christus quos fideliter
militantes suos fuit munitus armis
non tamquam formidabit presumptio non
turpe temporibus attamen revocabitur.
Ecce fratres etiamne imperpetuum fuctus
pus neque adversus spicula patiam
certe tempus nemo expavescat fratres
plures sunt nobiscum quam contra illis.
Nobiscum est Moyses ille magnus
amicus dei qui ut hoste vinceret prelio
ad celum manus extendit. Iam tunc
signacionem crucis ostendit ipso dum ope
timentes fluctus sponte nolentes
flexuosis sinibus nudas ut ictu
virga percusso transeundo populum animus
in terram dedit in campos. Nobiscum est
ihesus post moysen dux populi israelitici
fortissimus preliator cuius etiam
nomine iudicare salvatorem. Impera-
vit et divina fiducia diem ne sine
inchoatis peragens stetit et nocte ne
accelerat imperavit. Impegerant reges
non singulari sed congregati sunt a cap-
tiva humiliati occidit. Nobiscum est
david manu fortis quod dicitur
filius dei atque dei christus est preveniendi

Novit et bene novit non solum parce-
re subiectis sed et debellare superbos. Vere
etiam virtute condere et patriam custodi-
re. Ipse inimicos suos cum persequitur non
comprehendit et cum vincit non occidit impios.
Nobiscum alii atque alii unum sanctum qui
omnia sua perdiderunt atque perdiximus.
Nos ergo quia nos tenuit tam crudeliter
audite dicite in tenebris et auctorem cri-
mine vestra sit ordo. Non dimittimus in moe-
rore et iamque possumus persequamur.
Quid dicis pagane? Deus meus inquit si
delectatus est filium indiguit coniugio.
Sic horruit coniugium. Solus est sine filio
qui enim potuit invenire sibi deo parem
et filium deo dignum, sicut dicitis si ha-
beret deus filium non unum colitis deum.
Quid agimus ab illo philosopho missum?
Quod primus quem remittimus? Quid hic impius
cedit sicut pervenit ad illum nihil
prodest? Quia dicimus quia divinus est
vivus est lapis deus est, ydola colit?
Et scriptum est: Similes illis fiant qui
faciunt ea et omnes qui confidunt in eis.
Sed eas scripturas non accipit. Quaeramus
ergo lapidem quo percutiatur ut percussus
quassetur, quassatus comminuatur, commi-
nutus in pulverem redigatur, redactus in
pulverem compluatur, complutus fructi-
ficet, satis faciat fructum non quem igni co-
burendum sed quem horreo recondat. Her-
mes qui Mercurius dicitur scripsit librum
qui logosteleos appellatur, id est verbum perfectum.
Magnum liber hunc quia magnus
est de quo iste liber scriptus est. Audiendum
enim perfectum verbum qui perfectus est in memor-
tuis libri audiamus quid loquatur
Mercurius de verbo perfecto. Dominus inquit et
omnium factor deorum secundum fecit domi-
num. Et post pauca ut ostenderet quid di-
xerit repetivit et dixit: Quoniam
ergo hunc fecit primum et solum et unum,
bonus autem ei visus est et plenissimus
omnium bonorum. Quam plenissimus
Iohannes apostolus dicit: De plenitu-
dine eius nos omnes accepimus
et gratiam pro gratia. Bonus autem
ei visus est et plenissimus omnium bonorum.
Et gavisus est et laetatus est valde, tamquam
quod laetatus est dicat ipsa sapientia dei

filius dei: Ego eram cum eo cui adgaudebam. Quo-
modo laetatus est et valde dilexit tamquam
unigenitum suum. Quem primo factum
dixit postea unigenitum appellavit.
Item alio loco sic dixit: filius bene-
dicti dei atque bonae voluntatis cuius
nomen non potest humano ore nunc compre-
hendi. Credebas pagane coniungere dei
audi Mercurium patrem. Frontem compe-
scuit super lapidem cadentem cicatricis stringe
ut confirmetur obstruere ut ... ictus
ictus lapidis non cutem dividat fron-
tis nec vena rumpat sanguinem non
appareat sanies vulneris sed signum fi-
at crucis. Coniunge dei quaeris
abiciatur accedite tuo rogo impium
spiritus animo dei quod bona volun-
tas quomodo autem vere sit deus et fi-
lius deus non tamen duo dii sed unus deus
tecum disputare non debeo quia infi-
delis intellegere potius et tamen
filium dei dominum fateri. Mercurius hoc la-
pide percussus lapideus designat et
sacrilegus audiamus quid ipsa sibilla
vates ... eodem dicat: Alium
inquit dedit deus hominibus fidelibus
colendum quantum apparet in huius
eius Mercurii et sibillae sacrilegiis, nimis
etiam inducatur asinus et patrem dominum di-
cit et filium. Sibilla dicit alium deum. Sa-
bellius dicit non alium quia eundem patrem
asserit esse quem filium optimum valde est.
Si unum non unum, tantum sed et adquantos ergo
missus pervenire potuit ad ipsos vos
ictu percutiatur. Item sibilla dicit: Ipsum tuum
cognosce dominum dei filium esse. Ista ipse
et paganum increpat et Iudaeum. Alio
loco filium dei symbolo appellat, id est co-
silium, ut consiliarium et prophetia dicit: Vocabi-
tur nomen eius admirabilis consiliarius
deus fortis et potens. Sed arrianus
arguitur. Cum tu dicas minorem dei
filium dicat alius deum non habuisse fi-
lium et si fuit sine filio fuit sine consi-
lio. Ecce ad quae pericula provocant
et qui nunquam fuit sine consilio et et de-
dicente arrio nunquam potuit esse
sine filio. Quid agis pagane? Capud autem
et noli esse sicut aspis surda quae obtu-
rat aures ne vocem audiat incantantis.
Nos enim eos auctores proferimus quos tu audis.
Aliquis denotatur dicens Mercury

//coniunge deo

//Herme[s]

inimicus eum in te Vos a nobis honor-
atitibus allatus est ut eius nomine
diem dñi vocaretis Ipm audi ipe
te convincat ipe te expugnet ut
cum te vicerit illi credas tm credas
q' eius dixit Dilexit et vingen-
tum ipe dixit filius bndictus dei
atque bone voluntatis et ne de eius noie
in erogacionis tedium sustineret scriptu(m)
admonuit eius nome non pt humano ex-
primere Et tu marcus ab hominibus
dicis nome filii dei non posse narrari
n' ac nairet qui non homo sed deus
ab hominibus estimaris Et loquitur ad
deum filium suum dicens Est aut quis
filii inenarrabilis 2o sapie Sed
scis non nescis est inproprium ... Et unum
Dicimus sumo iste sapie hominem
Sed de solo deo dns est omni dnante
deo mortalibus et qui ab hominibus indi-
gui non pt ... Sup homines
ego quia sup homines e nome fili-
i dei narrare non possum quod deus
non sum dicit homines qui non sum
ego agnosco qui sum Sed mo sapie de
solo deo est No g' ibi paganorum
ini suspicio ... fingas suisse eo
iugum de solo deo e et sup hominis
est Inuenit et sibilla dns ipm
tuum agnosce deum dei filium ee ipm
cognosce deum Ipm non alium non mar-
tem non iouem non mercurium sed que confite-
mur eius Et ind mar... vane quod talia
isti de patre et filio dicant Et demo-
nes credunt et contremiscunt Sed que mar-
tis fuerunt dno dnt Domine qui
sit filius dei venisti ante tpus p-
dere nos inter que demones indiciis
sic homines agnoscerent salvatorem Et
dicit Iudeus omnis e nobis de pecca-
tum alium non nominus Ille ideo que
dicitis xpm peccatorem non deum sed
hominem occiderunt et ipe ... quod di-
xi Itma quo demones indice sic homines
agnoscunt salvatorem sic demones ...
te inuidunt et venerunt homines vide-
runt et occiderunt demones confessi sunt
homines persecuti sunt que infelicitas et
quanta miseria est in patrem et demonibus
inveni Item homines credunt de se ...
venit homines salvaturum demones pu...

Sed si inuitatio dei eius non presumptio ho-
minis de suis viribus confidentis
Contra istum ideo iudeum non laboro
pugnet contra eum codices sui
pugnet lex et prophete et aut mittat et
similiat salvabit aut superbiam p-
timax puniet Dixit dominus ad
moysen Ecce ego mitto angelum
qui precedat te et custodiat te et intro-
ducat in via te in locum quem paravi
Obserua eum et audi vocem eius nec
contemnendum putes Audisti
angelum agnosce dnm nec contem-
nendum putes Adhuc audi quod
metuas nemo quit contempne dn
putes Quare quia non remittet cum
peccaveris et e nome meum in illo quis
est iste tam magnus cui deus et
potestatem suam sed dedit et nomen dns
virtutum ipe est rex glorie Et unde p-
bamus quod tu dicis angelus debet
intelligi deus Hoc in libro genesis pa-
gen venerunt inquit duo angeli sodo-
ma vespere sedente loth pro foribus
civitatis quos cum vidisset surrexit
et iuit obviam eis Quid plura
suscepit obsecratus est eis tamquam
peregrinus consuetudine hospitalitatis
liberalius apertis ianitoris et ...
et evasit in tendum et ... occultatus
est primum Discite xpiani sine
vocant, et eum sine ambiguitate loqui nolumus, non dicimus creaturam. Si ergo creatura est filius, quamlibet magna sit, facta est. Nos autem credimus in eum per quem facta sunt omnia, non in eum per quem facta sunt cetera. Nec enim hic aliter accipere possumus omnia, nisi quecumque sunt facta. Sed quoniam verbum caro factum est et habitavit in nobis, eadem sapientia que de deo genita est, dignata est etiam in hominibus creari. Quo pertinet illud: Dominus creavit me in principio viarum suarum. Viarum enim eius principium est caput ecclesie, quod est homo indutus sapientia, per quem nobis exemplum vivendi daretur, hoc est via certa qua perveniremus ad deum. Non enim redire potuimus nisi humilitate, qui superbia lapsi sumus, sicut dictum est prime nostre creature: Gustate et eritis tamquam dii. Huius ergo humilitatis exemplum, id est vie qua redeundum fuit, ipse reparator noster in se ipso demonstrare dignatus est, qui non rapinam arbitratus est esse equalis deo, sed se ipsum exinanivit formam servi accipiens, ut crearetur homo in principio viarum eius verbum per quod facta sunt omnia. Quapropter secundum id quod unigenitus est, non habet fratres; secundum id autem quod primogenitus est, fratres vocare dignatus est omnes qui post eius et per eius primatum in dei gratiam renascuntur per adoptionem filiorum, sicut apostolica doctrina commendat. Naturalis ergo filius de ipsa patris substantia unicus natus est, id existens quod pater est, deus de deo, lumen de lumine. Nos autem non lumen naturaliter sumus, sed ab illo lumine illuminamur, ut sapientia lucere possimus. Erat enim, inquit, lumen quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Addimus itaque fidei rerum eternarum etiam temporalem dispensationem domini nostri, quam gerere et ministrare nobis pro nostra salute dignatus est. Nam secundum id quod unigenitus est dei filius, non potest dici: fuit et erit, sed tantum est; quia et quod fuit, iam non est, et quod erit, nondum est. Ille ergo est incommutabilis sine conditione temporum et varietate. Nec aliunde arbitror manasse quod tale nomen suum insinuavit famulo suo Moysi. Nam cum ab eo quereret, si populus ad quem mittebatur contemneret, a quo se diceret missum, responsum accepit cum illo loquente: Ego sum qui sum. Deinde subiunxit: Sic dices filiis Israel: Qui est misit me ad vos.

Hinc iam spiritualibus animis patere confido nullam naturam deo esse posse contrariam. *Quod deo nulla natura est contraria* Si enim ille est, et de solo deo dici proprie potest—quod enim vere est incommutabiliter manet; quoniam quod mutatur fuit aliquid quod iam non est, et erit aliquid quod nondum est—nihil ei est contrarium. Si enim quereretur a nobis quid sit albo contrarium, responderemus nigrum; si quereretur quid sit calido contrarium, responderemus frigidum; si quereretur quid sit veloci contrarium, responderemus tardum, et quecumque similia. Cum autem queritur quid sit contrarium ei quod est, recte respondetur id quod non est. Sed quoniam temporali, ut dixi, dispensatione, ad nostram salutem et reparationem operante dei bonitate, mutabilis natura nostra ab illa incommutabili dei sapientia nostra suscepta est, *Fides temporalium ad salutem pertinentium* temporalium vero salubriter pro nobis gestarum adiungimus fidem, credentes in eum dei filium qui natus est de spiritu sancto ex virgine Maria. Dono enim dei, hoc est sancto spiritu, concessa nobis est tanta humilitas tanti dei, ut totum hominem suscipere dignaretur in utero virginis, maternum corpus integrum inhabitans, integre deserens. Huic temporali dispensationi multis modis insidiantur heretici. Sed quisquis tenuerit catholicam fidem, ut totum hominem credat a verbo dei esse susceptum, id est corpus, animam, spiritum, satis contra illos munitus est. Quippe cum illa susceptio pro nostra salute gesta sit, cavendum est ne cum crediderit aliquid nostrum non pertinere ad istam susceptionem, non pertineat ad salutem. Et cum homo excepta forma membrorum, que diversis generibus animantium diversa tributa est, non distet a pecoribus

mi virginali spū que meus etiam
nomina. Quomodo sana est fides q
credit q̄ id m̄rm suscepit dei sapiā,
quod habemus commune cū pecore
Illud aūt nō suscepit q̄ illa sapiā
luce sapiēt. Et quod homini ppiū ē
detestandi etiā illi sunt qui dnm
nrm ihm xpm in tm mazarin
tris negāt habuisse cū illa dispēsa
tis utrumque sexum tam masculinū
q̄ femininū honorauit et adtum
q̄ dei ptinē monstrauit non solū
quem suscepit sed illū etiā p quē su
scepit m̄rm gerendo nascēdo de
femina. Nec nos ad negandū xp̄i
matrē cogit q̄ ab eo dictū est quid
mī et tibi est mulier non dum ve
nit hora mea. Sed amonet potius ut in
telligamus secundū deum nō habuis
se matrē cuius maiestatē psona
pabat ondere aquam in vinū
uertendo. Quod autē crucifixus est
secundum hominē crucifixus ē
et illa erat hora que nō dum ve
nerat qū dictum est mihi et t
quid est nō dum uenit hora mea
idest quando te cognoscam. Tunc enim
ut homo crucifixus cognouit
hominē matrē et dilectissimo filio
humanissime comendauit. Nec et
nos moueat quod cū ei nūciatē
mat eius et fratres uidere quem
mater aut qui fratres etcetera sed potius
doceat ministerium nrm quo v̄bum
dei fr̄ibus ministrāmus parētes tū impe
dimit non ipos debē cognosci na
si pp quisquam putauit nō enim habuis
se matrē in terra quia dixit q
mihi mater, Coga et nec a terra,
postolos habuisse patres in terra negat
quoniam pcepit eis dicens Nolite
nobis patrem dicere in terris. Unus e
enim pater noster qui in celis est. Nec
nobis fidē istam minuat cogitatio
muliebrium viscerum ut propterea re
cusando videatur talis dnī natiuitas
q̄ eam sordidi sordidam putant esse
stultitia dei sapiencia est hominibus et etiā
munda mundis ut ille aplus dicit

qd ī scptd le

Et dicunt vnici qui se putant so
lis huius radios que tā nō ting
creaturas dei laudant sed tanquā
deum adorant per colorem solis
et quecumque horribilia usque quaque dif
fundi et in eius opari sēdm naturā sua
nec tamē inde aliquā contamina
sordescē. Cum visibilis lux inuisibi
libus sordibus sic natura coniuncta
Quanto minus igitur poterat pollui verbum dei
non corporeum neque inuisibile de femineo
corpore ubi humanam carnem suscepit
cum anima et spiritu quibus interuenien
tibus habitat maiestas verbi ab huma
ni corporis fragilitate secretius
Unde manifestum est nullo modo potuis
se verbum dei maculari humano cor
pore quo nec ipsa anima humana macu
latur. Non enim cum regit corpus atque
uiuificat sed cū eius bona morta
lia concupiscit de corpore anima
maculatur. Quod si hic maculabi
li mortis uellent hec media
potius et sacrilegia formidarent
sed parua est pro nobis domini nostri
humilitas in nascendo. Accessit etiā
ut mori pro mortalibus dignaretur
Humiliauit enim se factus subditus
usque ad mortem mortem autem cru
cis quisquam nostrum etiam si mortem pos
set non timeret aliquo genus mortis
quod homines ignominiosissimum arbi
trantur horrerent.

Credimus itaque in eum qui sub pon
cio pylato crucifixus est et se
pultus. Addendum enim erat
iudicis nomen propter temporum cognitionem.
Sepultura uero illa cum creditur
fit recordatio noui testamenti ad
uite nouitatē prebet testimonium
sicut natiuitas uteri virginalis
Nam sicut in illo monumento nullus
alius mortuus sepultus est nec
ante nec postea sic in illo utero nec ante nec
postea quicquam mortale conceptum est

Credimus etiam illum 3a de 3a die resurrexit
die resurrexisse a mortuis
primogenitum consequuturis fratribus
quos in adoptionem filiorum dei uocauit
quos comparticipes et coheredes suos
esse dignatus est

Credimus in illum ascendisse q

beatitudinis locum etiam nobis promisit dominus. Erunt sicut angeli in celis. In illa civitate que est mater omnium nostrum iherusalem eterna in celis. Solet autem quosdam offendere vel impios ~~gentiles~~ gentiles vel hereticos quod credamus assumptum terrenum corpus in celum. Sed gentiles plerumque philosophorum argumentis nobiscum agere solent ut dicant terrenum aliquid in celo esse non posse. Nostras enim scripturas non noverunt nec sciunt quomodo dictum sit. Seminatur corpus animale surget corpus spirituale. Non enim ita dictum est quasi corpus vertatur in spiritum et spiritus fiat quia et nunc corpus nostrum quod animale dicitur non in animam versum est et anima factum. Sed spirituale corpus intelligitur quod ita spiritui subditum est ut celesti habitationi conveniat omni fragilitate ac labe terrena in celestem puritatem et stabilitatem mutata atque conversa. Hec est immutatio de qua item dicit apostolus. Omnes resurgemus sed non omnes immutabimur. Quam mutationem non in deterius sed in melius fieri docet idem cum dicit. Et nos immutabimur. Sed ubi et quomodo in celo sit dominicum corpus curiosissimum et supervacaneum est querere tantummodo in celo esse credendum est. Non enim est fragilitatis nostre celorum secreta discutere sed est nostre fidei de dominici corporis dignitate sublimia et honesta sentire.

Quod sedet ad dexteram patris

Credimus etiam quod sedet ad dexteram dei patris. Nec ideo tamen quasi humana forma circumscriptum esse deum patrem arbitrandum est ut de illo cogitantibus dextrum aut sinistrum latus animo occurrat aut id ipsum quod sedere pater dicitur flexis poplitibus fieri putandum est ne in illud incidamus sacrilegium in quo execratur apostolus eos qui commutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem corruptibilis hominis. Tale enim simulacrum deo nefas est christiano in templo collocare multo magis in corde nefarium est ubi vere est templum dei si a terrena cupiditate atque errore mundetur. Ad dexteram ergo intelligendum est sedere in summa beatitudine ubi iusticia et pax et gaudium est sicut ad sinistram edi constituuntur id est in miseria propter iniquitates labores atque cruciatus. Sedere ergo quod dicitur deus non membrorum positionem sed iudiciariam significat potestatem qua illa maiestas numquam caret semper digna dignis tribuendo quamvis in extremo iudicio multo manifestius inter homines unigeniti filii dei iudicis vivorum atque mortuorum claritas indubitata futura sit.

Inde venturus iudicare vivos et mortuos

Credimus etiam inde venturum convenientissimo tempore et iudicaturum vivos et mortuos. Sive istis nominibus iusti et peccatores significentur sive quos tunc ante mortem in terris inventurus est appellati sunt vivi mortui vero qui in eius adventu resurrecturi sunt. Hec dispensatio temporalis non tantum est sicut illa generatio sed etiam fuit et erit. Nam fuit dominus noster in terris et nunc est in celo et erit in claritate iudex vivorum atque mortuorum. Ita enim veniet sicut ascendit secundum auctoritatem que in apostolorum actibus continetur. De hac itaque temporali dispensatione loquitur in apocalipsi ubi scriptum est. Hec dicit qui est et qui fuit et qui venturus est.

Digesta itaque fideique commendata divina generatione domini nostri et humana dispensatione sequitur ad confirmandam fidem quomodo de deo est spiritus sanctus non minor natura quam pater et filius sed consubstantialis et coeternus quia ista trinitas unus est deus non ut idem sit pater qui est filius et spiritus sanctus sed ut pater sit pater et filius sit filius et spiritus sanctus sit spiritus sanctus. Et hec trinitas unus deus sicut scriptum est. Audi israhel dominus deus tuus deus unus est.

tamen si interrogemur de singulis et dicatur nobis deus est pater respondeamus deum. Si queratur utrum deus filius hoc respondebimus. Nec si fuerit de spiritu sancto talis interrogatio aliud eum debemus quam deum respondere vehementer cavendo sic accipere quod de hominibus dictum est Dii estis. Non enim sunt natura dii quicumque facti sunt atque conditi ex patre per filium dono spiritus sancti. Ipsam enim significat trinitatem cum apostolus dicit quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Quamquam ergo de singulis interrogati ~~videamur~~ respondeamus deum esse de quo queritur sive patrem sive filium sive spiritum sanctum. Non tamen tres deos a nobis coli quisquam existimaverit. Nec mirum est ista de ineffabili natura dici cum etiam in rebus quas corporeis oculis cernimus et corporeo sensu diiudicamus tale aliquid accidit. Nam cum de fonte interrogati non possimus dicere quod ipse sit fluvius nec de fluvio interrogati possimus eum fontem vocare et rursus potionem que de fonte vel de flumine est nec fluvium possimus appellare nec fontem, tamen in hac trinitate aquam nominamus et cum de singulis queritur singillatim respondemus aquam. Nam si quero utrum in fonte aqua sit respondetur aqua et si queramus utrum aqua sit in flumine nichil aliud respondetur et in potione non potest alia esse responsio. Nec tamen tres aquas sed unam dicimus. Sane cavendum est ne quisquam ineffabilem illius maiestatis substantiam sicut fontem istum substantiam visibilem atque corporeum vel fluvium vel potionem cogitet. In hiis enim aqua illa que nunc in fonte est exit in fluvium nec in se manet et tamen de fluvio vel de fonte in potionem transit non ibi permanet unde sumitur. Itaque fieri potest ut eadem aqua nunc ad fontis appellationem pertineat nunc ad fluvii nunc ad potionis. In illa trinitate diximus non posse fieri ut pater aliquando sit filius aliquando spiritus sanctus. Sicut in arbore radix non est nisi radix nec robur est aliquid quam robur nec ramos nisi ramos possumus dicere. Non enim quod dicitur radix robur potest dici et ramus nec lignum quod pertinet ad radicem potest aliquo transitu nunc in radice esse nunc in robore nunc in ramis sed tantummodo in radice cum illa regula nominis maneat ut et radix lignum sit et robur lignum et rami lignum nec tamen tria ligna dicantur sed unum. Aut si hec habent aliquam dissimilitudinem ut possint non absurde propter firmitatis diversitatem etiam tria ligna dici possint, propter illud certe omnes concedunt si ex uno fonte tria pocula impleantur posse dici tria pocula tres autem aquas non posse dici sed omnino unam quamquam de singulis poculis interrogatus in quolibet horum aquam esse respondeas quamvis nullus hic transitus fiat sicut de fonte in fluvium dicebamus. Sed hec non propter illius divine nature similitudinem sed propter visibilium etiam unitatem corporalia exempla data sunt ut intelligatur fieri posse ut aliqua tria non tantum singillatim sed et simul singulari nomine teneantur nec quisquam miretur et absurdum putet quod deum dicimus patrem deum filium deum spiritum sanctum nec tamen tres deos in ista trinitate sed unum deum unamque substantiam. Et de patre quidem et filio multis libris disseruerunt docti et religiosi viri in quibus quantum homines hominibus potuerunt quemadmodum non unus esset pater et filius sed unum esset et quid proprie pater esset et quid filius insinuare conati sunt quod ille genitor ille genitus ille non de filio ille de patre ille huius principium unde et caput Christi dicitur quamvis et Christus principium sit sed non patris. Hic vero illius ymago quamvis nulla ex parte dissimilis et omnino indifferenter equalis. Tractantur hec latius ab eis qui non tam breviter sicut nos totius christiane fidei professionem volunt explicare. Itaque in quantum filius est de patre accepit ut sit cum ille de filio id non accepit. Et in quantum hominem mutabilem scilicet creaturam in melius commutandam ineffabili misericordia temporali dispensatione suscepit multa de illo in scripturis inveniuntur ita dicta ut impias hereticorum mentes prius volentes docere quam nosse in errorem miserint ut putarent eum non

[Margin note, red: Comparat trinitatem fonti flumini rivulo sicut Augustinus in libro de ... [illegible]]

[Margin note, red: exemplum de radice robore et ramis]

equalem patri nec eiusdem substancie qua-
lia sunt illa quoniam pater maior me
est et pater caput mulieris vir caput viri
christus caput autem christi deus et tunc et ipse
subiectus erit ei qui illi subiecit
omnia et vado ad patrem meum et ad
patrem vestrum deum meum et deum vestrum
et nonnulla huiusmodi que omnia
posita sunt non ut nature atque substancie
inequalitatem significent ne falsa
sint illa Ego et pater unum sumus et qui
me videt videt et patrem meum et deus
erat verbum Non enim factus est deus
cum omnia per ipsum facta sunt et non rapi-
nam arbitratus est esse equalem
deo et cetera alia sed illa posita sunt
partim propter administracionem suscepti ho-
minis Qua dicitur semet ipsum exina-
nivit Non quia mutata est illa
sapiencia cum sit omnino incommutabilis
sed quia tam humiliter hominibus innote-
scere voluit partim ergo propter hanc administracionem
illa ita scripta sunt de quibus heretici calum-
niantur partim vero quia filius patri debet quod est
hoc et deus utique patri debens quod
eidem ~~patri~~ equalis aut par est pater
autem nulli debet quicquid est De spiritu
autem sancto nondum tam copiose
ac diligenter disputatum est a doctis
et magnis divinarum scripturarum tracta-
toribus ut intelligi facile possit et
eius proprium quo proprio fit ut eum neque
patrem neque filium dicere possimus
sed tantum spiritum sanctum nisi quod eum donum
dei esse predicant ut deum credamus
non se ipso inferius donum dare Servant
tamen ut non genitum spiritum sanctum tamquam
filium de patre predicent unicus est enim
christus neque de filio tamquam nepotem
summi patris neque tamen id quod est nulli
debere sed patri ex quo omnia ne duo
constituamus principia sine principio quod
falsissimum est et absurdissimum et non
catholice fidei sed quorundam hereticorum
errori proprium Ausi sunt tamen quidam
ipsam communionem patris et filii atque ut
ita dicam deitatem quam greci theotita
appellant spiritum sanctum credere ut quoniam pater deus
et filius deus ipsa deitas qua sibi co-
pulantur et ille gignendo filium et ille
patri coherendo ut ei a quo est genitus
equetur Hanc ergo deitatem quam etiam

est spiritus sanctus et caritas patris et filii

dilectionem in se invicem amborum caritatemque
que volunt intelligi spiritum sanctum appella-
tum dicunt multisque scripturarum documentis
assumunt huic opinioni sue sive illo
quod dictum est Quoniam caritas dei
diffusa est in cordibus nostris per spiritum
sanctum qui datus est nobis sive aliis multis
talibus testimoniis et eo ipso quod per spiritum
sanctum reconciliamur deo Unde etiam
donum dei satis significari volunt
caritatem dei esse spiritum sanctum Non
enim reconciliamur illi nisi per dilectionem
qua etiam filii appellamur non iam
sub timore tamquam servi quia consumma-
ta dilectio foras mittit timorem et spiritum
libertatis accepimus in quo clamamus
abba pater Et quia reconciliati et
in amiciciam revocati per caritatem
poterimus omnia dei secreta cognoscere
propterea de spiritu sancto dicitur Ipse nos in-
ducet in omnem veritatem propterea et fiducia
predicande veritatis qua impleti sunt
in adventu eius apostoli recte caritati
tribuitur quia et diffidencia timori
datur quem consummacio caritatis
excludit Ideo donum dei dicitur
quia eo quod quisque novit nemo fruitur
nisi idem diligat Frui autem sapiencia — Quod sit frui sapiencia dei
dei non est aliud quam ei dileccione
coherere neque quisquam in eo quod
percipit permanet nisi dileccione et
ideo spiritus sanctus dicitur quoniam ad
permanendum sanciuntur quecumque
sanciuntur Nec dubium est a sanci-
endo sanctitatem vocari maxime
illo testimonio utuntur assertores
huius sentencie quod scriptum est Quod
natum est de carne caro est et quod
natum est de spiritu spiritus est quoniam
deus spiritus est Hic enim regeneracionem
nostram dicit Que non secundum
adam de carne est sed secundum christum
de spiritu sancto Quapropter si spiritus sancti
hoc loco facta est commemoracio
cum dictum est Quoniam deus spiritus est
animadvertendum dicunt non dictum esse
Quoniam spiritus dei est sed quoniam deus
spiritus est ut ipsa deitas patris et fi-
lii hoc loco dicta sit deus quod est sanctus
spiritus Huc accedit aliud testimonium
quod dicit iohannes apostolus Quoniam deus dil-
ectio est Etiam hic enim non ait
dilectio dei est sed deus dilectio est ut

ipsa deitas dilectio intelligatur et quam in se invicem [illegible] sibi [illegible] ubi dicitur: Omnia vestra, vos autem Christi, Christus autem Dei, et caput mulieris vir, caput viri Christus, caput autem Christi Deus. Nulla fit commemoratio spiritus sancti. Ad hoc pertinere dicunt quia non fere in his que sibi connexa sunt numerari solet ipsa connexio. Unde in illo etiam loco attentius ipsam videntur agnoscere qui legunt attentius cum dicitur: Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Ex ipso tamquam ex eo qui nulli debet quod est, per ipsum tamquam per mediatorem, in ipso tamquam in eo qui continet, id est copulatione coniungit. Huic sententie contradicunt qui arbitrantur istam communionem quam sive deitatem sive dilectionem sive caritatem appellamus non esse substantiam. Requirunt autem secundum substantiam sibi exponi spiritum sanctum, nec intelligunt non aliter dici potuisse Deus dilectio est nisi esset substantia dilectio. Ducuntur quippe consuetudine rerum corporalium, quia si duo sunt corpora copulentur ita ut iuxta invicem collocentur, ipsa copulatio non est corpus, quandoquidem separatis illis corporibus que copulata fuerant nulla invenitur; nec tamen quasi discessisse et migrasse intelligitur sicut illa corpora. Sed tales cor mundum faciant quantum possunt ut videre valeant in Dei substantia non esse aliquid quasi aliud ibi sit substantia, aliud quod accidat substantie et non sit substantia; sed quicquid ibi intelligi potest substantia est. Verum hec dici possunt facile et credi, videri autem nisi puro corde quomodo se habeant omnino non possunt. Quare sive vera sit sententia sive aliud aliquid, fides inconcussa tenenda est ut Deum dicamus patrem, Deum filium, Deum spiritum sanctum, neque tres deos, sed istam trinitatem unum Deum, neque diversos natura sed eiusdem substantie; neque ut pater aliquando filius, aliquando sit spiritus sanctus, sed pater semper pater et filius semper filius et spiritus sanctus semper spiritus sanctus. Nec temere de invisibilibus aliquid affirmemus tamquam scientes, sed tamquam credentes, quia videri nisi mundato corde non possunt; et qui ea in hac vita ex parte vident ut dictum est atque in enigmate, non possunt efficere ut et illi videant cum quibus loquuntur, si cordis sordibus impediuntur. Beati autem mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Hec est fides de Deo conditore et renovatore nostro. Sed quoniam dilectio non tantum in Deum nobis imperata est, cum dictum est: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima et ex tota mente tua, sed etiam in proximum, nam diliges, inquit, proximum tuum sicut te ipsum; si autem ista fides congregationem societatemque hominum non teneat in qua fraterna caritas operetur, minus fructuosa est.

Credimus et sanctam ecclesiam utique catholicam. Nam et heretici et scismatici congregationes suas ecclesias vocant. Sed heretici de Deo falsa sentiendo ipsam fidem violant, scismatici autem discessionibus iniquis a fraterna caritate dissiliunt, quamvis ea credant que credimus. Quapropter nec heretici pertinent ad ecclesiam catholicam que diligit Deum, nec scismatici quoniam diligit proximum, et ideo peccatis proximi facile ignoscit, quia sibi ignosci precatur ab illo qui nos reconciliavit sibi, delens omnia preterita et advocans ad vitam novam nos vocat. Quam vitam donec perfectam capiamus, sine peccatis esse non possumus. Interest enim qualia sint. De peccatorum [illegible] dici modo necessarium est, sed credendum omnino nullo modo nobis ignosci ea que peccamus, si nos inexorabiles ad ignoscenda peccata fuerimus. Itaque credimus remissionem peccatorum. Et quoniam tria sunt quibus homo constat: spiritus, anima et corpus, que rursus duo dicuntur, quia sepe anima simul cum spiritu nominatur; pars enim quedam eiusdem rationalis qua carent bestie spiritus dicitur; principale nostrum spiritus est; deinde vita qua coniungimur corpori anima dicitur; postremo ipsum corpus quod visibile est ultimum nostrum est. Hec autem omnis creatura ingemiscit et parturit usque nunc. Dedit tamen primitias spiritus quia credidit Deo et bone iam voluntatis est. Hic spiritus etiam vocatur mens, de quo dicit apostolus: Mente servio legi Dei. Qui item alio loco dicit: Testis

enim est inimicus deus cum spiritu mentis
spiritu meo anima vero cum carnalia
et bona adhuc appetit caro nominatur.
Pars enim quedam eius resistit
spiritui non natura sed consuetudine
peccatorum. Unde dicitur mente servio legi
dei carne autem legi peccati. Que
consuetudo in naturam versa est secundum
generationem mortalem peccato primi hominis.
Ideoque scriptum est et nos aliquando fuimus
naturaliter filii ire id est vindicte per quam
factum est ut serviamus legi peccati.
Est autem anime natura perfecta cum
spiritui sancto subditur et cum sequitur se-
quentem deum. Ideo animalis homo non
percipit que sunt spiritus dei. Sed non
tam cito anima subiugatur spiritui
ad bonam operationem quia cito spiritus
deo adheret fidem et bonam vo-
luntatem sed aliquando carnalibus eius
impetus quibus in carnalia et temporalia
defluit refrenatur. Sed quia et ipsa mun-
datur recipiens stabilitatem nature
dominante spiritu quod sibi caput est
cui eius capiti caput est Christus.
Non est disputandum etiam corporis
restitutione ne desperemus sed utique non tam cito
quam anima sicut nec anima tam cito
quam spiritus sed tempore optimo in novis-
sima tuba. Cum mortui resurgent
incorrupti et nos immutabimur. Ideo
credimus et carnis resurrectionem non
tantum quia reparatur anima que
nunc propter carnales affectiones carnis
nominatur. Sed quia etiam visibilis ca-
ro que naturaliter est caro cuius
nomen anima non propter naturam sed propter
affectiones carnales accepit. Hec ergo
visibilis proprie dicitur sine dubitatione
credenda est resurgere. Videtur enim
Paulus apostolus eam tamquam digito
suo ostendere cum dicit: Oportet cor-
ruptibile hoc induere incorruptionem.
Cum enim dicit hoc tamquam quasi digi-
tum suum intendit. Quod autem visibile est
id potest digito ostendi quia posset etiam
anima corruptibilis dici. Nam vitiis
morum ipsa corrumpitur et mortale hoc in-
duere immortalitatem cum legitur eadem
significatur visibilis caro quia ad eam
secundum velut digitus intenditur. Pot-
est enim et anima sic corruptibilis per mo-
rum vitia. Ita etiam mortalis dici

mors quippe anime est apostatare a
deo quod primum eius peccatum in paradiso Cur sit in anima [illegible]
sacris litteris continetur. Resurget igitur corpus
secundum christianam fidem que fallere non potest.
Quod cui incredibile videtur qualis sit
nunc caro attendit qualis autem futura
sit non considerat. Quia illo tempore im-
mutationis angelice non iam caro erit et
sanguis sed tantum corpus. Cum enim de carnibus
apostolus loqueretur alia inquit caro peco-
rum alia volucrum alia piscium alia
serpentium et corpora celestia et corpora terre-
stria. Non enim dixit caro celestis dixit
autem et terrestria corpora. Omnis enim
caro etiam corpus est. Non autem
omne corpus etiam caro est. Primo in his
terrestribus quoniam lignum corpus est
sed non caro. Hominis autem vel pecoris
et corpus et caro. In celestibus vero
nulla caro sed corpora simplicia et lu-
cida que appellat apostolus spiritualia.
Non nulli autem vocant etherea.
Et ideo non carnis resurrectioni contra-
dicit illud quod ait caro et sanguis reg-
num dei non possidebunt sed quale
futurum sit quod nunc caro et sanguis est
predicat. In qualem naturam quisquis
hanc carnem converti non credit gra- posse
dibus ducendus est ad fidem. Si
enim ab eo queras utrum terra in aquam
possit converti propter vicinitatem non ei
videtur incredibile. Rursus si queras
utrum aqua possit in aerem neque hoc
absurdum esse respondet. Vicina enim sibi sunt.
Et de aere si queratur utrum in ethereum
corpus id est celeste possit mutari iam
ipsa vicinitas persuadet. Quod ergo
per hos gradus fieri posse concedit
ut etiam in corpus ethereum convertatur
cur non accedente dei voluntate qua
corpus humanum super aquas potuit
ambulare celerrime id fieri posse cre-
dat quemadmodum est in ictu oculi sine ullis
talibus gradibus sicut plerumque
fumus in flammam mira celeritate conver-
titur. Caro enim nostra utique ex terra est.
Philosophi autem quorum argumentis
sepius resurrectioni carnis resistitur
quibus asserunt nullum esse posse terrenum
corpus in celo quodlibet corpus etiam
omne corpus converti et mutari posse con-
cedunt. Qua corporis resurrectione facta a tem-
poris conditione liberati eterna vita ineffabili
caritate atque stabilitate perfruemur.
Tunc enim fiet illud quod

scriptum est absorpta est mors in vic-
toria. Ubi est mors aculeus tuus
ubi est mors contentio tua. Hec est
fides que paucis verbis tenenda in sym-
bolo novellis christianis datur. Que
pauca verba fidelibus nota sunt
ut credendo subiugentur deo sub-
iugati recte vivant recte vivendo
cor mundent corde mundato quod credunt
intelligant. Incipit alia expositio
symboli secundum augustinum

Q[illegible] nos fides [illegible] ut
nobis reddentibus expositionem
symboli attentius
audiatis. Doctrina symboli
virtus est sacramenti. Illuminatur
plenitudo credendi in eo si quod
docetur ac discatur et unitatis trinitatis
et trinitatis distincta personis et opu-
la creatore et redemptio passionis.
pslm. Hoc nostre infidelitati ab ~~[illegible]~~ hec
[illegible] pandit hec gloria confes-
sionis ostendit. Symbolum dilectissimi
breve est verbis sed magnum est senten-
tiis prius ostendens in numero clarita-
tis et dinis sed totum continens quod predicabitur
exiguitatibus memoria non obruat
sed diffusum ut intelligentiam superabat
confirmans omnes perfectione credendi
desiderio confitendi fiducia in sperandi.
Dignitas ergo attentius et frequentius p-
re tempore prioris ipsius ad au-
diendum symbolum convenistis. Et quod
enim prefiguratum est in patriarchis quidquid
denunciatum est in scripturis quidquid
predicatum est in prophetis vel de domino
genito vel ex deo in deum natum
vel de spiritu sancto quamvis latenter
ostensum sit vel de suscipiendi hominis
sacramento vel de morte domini vel resurrectione
in scriptis totum hoc breviter iuxta articulum
perfectionum symbolum in se continet
confitendo tenendo. Ergo in primo hec
credo dicitis quod dominus in uno nos iu-
bet distincte divina iudicia fore dicit
nec rationem requirere sed fidem simpli-
cem [illegible] exhibere in deum patrem om-
nipotentem quod cum dei patris nomine in confes-
sione coniungit ostendit quod non ante
deus cepit esse et postea pater sed sine ullo
initio et deus semper et pater est. Et nunquam
semper fuit pater semper habuit filium. Cui
pater est omnipotens et ideo dicitur quia

omnipotens est cui nichil impossibile est.
Qui in celum et terram mare homines atque
omnia animalia et reptilia non a-
quo opus actu sed solo verbi creavit
imperio et ideo non nobis venialis cogi-
tatione quo hoc aut illud potuit
fieri qui omnipotentem profitemur et confitemur
creatorem celi et terre. Hoc autem quod superius
dixi quia omnia solo verbo perfecit perfec-
[illegible]. Et in Ihesum Christum filium eius unicum
[illegible] quo imperium sit et in filium
credendum sit et quod cum patre equa-
lis est maiestate tantum ipsi quantum
et patri honorem nos debere nominis
sui ut obsequium. Ihesum Christum Ihesus
salvator interpretatur Christus vero a chrismate
dicitur. Enim sicut reges et sacerdotes o-
leo sacro perungebantur sic dominus no-
ster Christus spiritus sancti infusione
repletus est. Qui conceptus est de
spiritu sancto. Non potuit aliunde nisi
de deo concipi que deum meruit pa-
rere. Natus ex Maria virgine. Non
potuit non talem habere conceptum
que virgo erat permansura post partum.
Passus sub Pontio Pylato. Iste Py-
latus iudex erat in illo tempore ab imperato-
re positus in iudea sub quo dominus
passus est. Cuius mentio temporis
significationem non ad personam illius perti-
net dignitate. Crucifixus est et sepul-
tus. Crucis illam in qua ille crucifi-
xus est in corpore nos gestamus in fron-
te. Sepultus est sicut in veritate na-
tus ita in veritate mortuus et sepultus.
Tertia die resurrexit. Triduana se-
pulture mora evidenter ostendit quod
domini corpus in sepulcro iacuit [illegible]
illa [illegible] Ascendit
ad celos id conditione nature nostre
quam de homine natus assump-
sit super celos. In dextera dei patris col-
locavit. Sed ubi et quo sit in celo
dominicum corpus curiosissimum et su-
pervacuum est querere tantummodo in celo
esse credendum est. Non enim est fragi-
litatis nostre celorum secreta discutere
sed est nostre fidei de dominici corporis
dignitate sublimia et honesta sapere.
Inde venturus est iudicare vivos et
mortuos. In ipso corpore venturus
est ad iudicium in quo ascendit ad celum

[christi]anos iudicat et paganos iustos et pec-
catores fideles et impios. Credo et in
spiritum sanctum adiutorem quod sicut patrem
ita et filium et spiritum sanctum sic credendum
clam qui ut in una deitate personam
nam non credidit in duabus illi
credidisse non proderit. Sanctam ecclesiam
catholicam. Sciendum est quod ecclesiam
credere non tamen in ecclesiam credere debemus
quia ecclesia non est deus sed domus dei
est. Catholicam dicit toto orbe dif-
fusam quia diversorum hereticorum ecclesie
iam catholice non dicuntur quia per loca
atque per suas quasque provincias
continentur. Hec vero apostolis ortu usque
ad occasum unius fidei splendore dif-
fundit. Sanctorum communionem id est cum il-
lis sanctis qui in hac qua suscepi-
mus fide defuncti sunt societate
et spei communione teneamur. Remis-
sionem peccatorum. Oportet enim per remis-
sionem que nobis prestatur in nomine
redemptoris in baptismo plene cre-
dulitatis teneamus affectum. Carnis resurrec-
tionem. Etiam tamen quam in hac
vita sub mortali conditione per
resurrectionem et in mortalem ac-
tionem redditurum pariter confes-
so credamus. Vitam eternam absque
ulla dubitatione speramus nos
vitam eternam consecuturos. Si que
nobis exponimus sacramenta fideliter
teneatis ac bonis actibus construatis
Hunc breviter sermonem de ipso sy-
bolo vobis debitum reddidi quod sym-
bolum cum audistis totum istum sermo-
nem nostrum breviter collectum recognosce-
tis. Non ut eadem verba teneatis ullo
modo scribere debetis sed audien-
do perdiscere nec tamen tenentes sed memo-
ria semper tenere debetis atque recolere.
Quicquid enim in symbolo audistis
iam divinis scripturarum sanctarum lit-
teris continetur. Commemoratio fit promis-
sionis dei ubi per prophetam premittens
testamentum novum dixit. Hoc est
testamentum quod ordinabo eis post
dies illos dicit dominus dans leges
meas in mente eorum et in corde eo-
rum scribam. Huius rei significande causa au-
diendo symbolum non in tabulis
nec in ulla materia sed in cordibus scribi-
tur per scribit ille qui vos vocat ad suum reg[num]

et eius gratia regnat nobis nos etiam
spiritum sanctum sedeat in cordibus nostris ut qui
credidit diligat et fides in nobis per
dilectionem operetur ac sic domino deo lar-
gitori bonorum omnium placeat non servi-
ente timendo penam sed liberali caritate
de iusticia. Hoc est ergo quod nobis
per scripturas et sermones ecclesiasticos in-
sinuatum est sed sub hac brevi summa
fidelibus confitendum est et prosequendum.

Omelia sancti Augustini de symbolo

Ostendimus fratres dilectissimi ve-
stra etc dilecto recordare deum
inquit vos credere promisistis
et credituros verum esse deum ita
et verum patrem. Hinc vos enim diceretis
omnipotentem. Hic enim symboli or-
do est monstrare. Nam licet hoc ipso
quo verus deus probatur sine dubio
intelligatur omnipotens tamen magis
magisque hoc fidei proficit si cum scri-
ptum sanctis omnipotentia eius affir-
metur. Maxima enim credentibus cur deus cor...
oritur confidentia cum magis fateri illum
omnia posse cui credimus. Omnipo- primo
tentem ergo deum credimus in uni-
versis operibus eius opera testantur
qui fecit hunc mundum de nichilo. Toto
tam quam magna et tam magnas spe-
cies rerum formas ex nulla materia
cotidie composuit. De ipso enim
dicit scriptura divina. In principio fecit deus
celum et terram et rursus quam mirabile est
nomen et ipse fecit illud. Quis eius ergo
neget omnipotentiam. Et quem tamen nulla
creatura cognoscit spatium. Quanto multo quomodo
magis cum quis omnipotentem fate-
tur enim quod ipsa qua facile sit opera-
tus agnovit propheta loquitur in psalmo
ipse dixit et facta sunt ipse mandavit
et creata sunt absque ullo labore
absque difficultate aliqua ver-
bo condidit. Quid quod retiquam in in-
iuria non labore deus sed iussione fe-
cit. Ipsius eius continent omnia
que ante non fuerant de nichilo
tantum processit omnipotente loquente
auctoritatem. Neque non plasmata sunt 3 ro
creata que videmus maneat potentie
tentie divine dominicas et visibilia
illius opera testantur. Sed quidem ab
ipso creata sunt omnes angelice
potestates que oculis non videntur.

a nobis tamen ut scripturis divinis agnoscimus militant Deo et ipsi superni ministri throni dominationes ac virtutes omnes et spiritales superne potestates. Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem. Quem angelicum tanti regis propheta describens milia milium et decies milies dena milia assistunt ei. Certe si breviter agnoscis contemplatione ipsa invisibilium et visibilium omnipotentia Dei. Ut nunc etiam eandem eius virtutem consideratione cognoscite. Primum enim in toto sub Noe peccantes diluvium induxit et Sodomam et Gomorram pluvia ignis combussit, cum populo suo de Egyptiorum servitute liberato siccum iter in mari prebet. Iam quid aliud quam omnipotentie testimonium est? Ipsum esse qui mare fecit qui illius eorum siccavit ex ea parte qua voluit. Cum non ipsum per xl annos in solitudine celesti cibo aluit id est manna, non inestimabilem virtutem sue divinitatis asserunt? Sed ut ostenderet quia non in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit de ore Dei, et ut in necessitatibus virtutes Dei panderet commemorando per eam. Ostendit et tunc omnipotentiam suam Deus cum filium suum quem secundum hominem pro salute mundi voluit pollutum sine legibus a mortuis suscitavit, ut in Christo ostenderet se esse agnum mortuum [illegible] homines sine [illegible]. Quem etiam mortale fecit ex mortuo, ad ipsius omnipotentie virtutem pertinet, ut ipsum ipsum diem quem aliquando fecit omnium seculo in seculorum fine dissolvit, unde propheta: Celum inquit plicabitur ut liber et omnia sydera cadent ut folia de vite et sicut cadunt folia de ficu; et salvator in evangelio: Celum et terra transibunt, verba autem mea non preteribunt. Credenteque omnipotentia omnes homines qui sunt mortui quique morientur in fine in die iudicii suscitabit, ut propheta dicit: Reddet unicuique secundum opera sua, et alios quidem celorum regno aperto cumulet angelorum, alios vero gehenne supplicio coniugat. [illegible] ergo credentes Deum fratres dilectissimi omnipotentem, Deum iustum, severum et tantum benignum, qui hanc severitatem eius timendo peccata vitamini. Insuper magnum credentes Deum cum omni timore et tremore, ut apostolus ait, vestram salutem operamini, et ab omni crimine et ab omnibus vitiis recedentes ad sola opera festinate, in iustitia ambulate, sicut salvator ait: Ambulate dum lucem habetis ut vos tenebre non comprehendant. Cavete a malorum conspiratione atque eloquiis; sed sola Dei verba audienda parate, audita fideliter et a divis patribus solacia querendas [illegible] linguam atque ut audientes in sermone bono bona opera subsequantur. Quod Dominus noster Ihesus operetur in nobis secundum bone voluntatis studium perficere digne, cui est gloria cum patre et spiritu sancto. ~~Amen~~

Incipit epistola Augustini ad Valentinum

Domino dilectissimo et in Christi membris honorando fratri Valentino et fratribus qui tecum sunt Augustinus in Domino salutem. Venerunt ad nos duo iuvenes Cresconius et Felix de vestra congregatione se esse dicentes, qui nobis retulerunt monasterium vestrum nonnulla dissensione turbatum eo quod quidam in vobis gratiam sic predicent ut negent hominis esse liberum arbitrium et, quod est gravius, dicant quod in die iudicii non sit Deus redditurus unicuique secundum opera eius. Hoc tamen indicaverunt quod plures vestrum non ita sentiant, sed liberum arbitrium adiuvari fateantur per Dei gratiam ut recta sapiamus atque faciamus, ut cum venerit Dominus reddere unicuique secundum opera eius inveniat opera nostra bona que preparavit Deus ut in illis ambulemus. Hoc qui sentiunt bene sentiunt. Obsecro ergo vos fratres, sicut Corinthios obsecravit apostolus per nomen Domini nostri Ihesu Christi, ut idipsum dicatis omnes et non sint in vobis scismata. Primo enim Dominus Ihesus, sicut scriptum est in evangelio Iohannis apostoli, non venit ut iudicaret mundum sed ut salvaretur mundus per ipsum. Postea vero sicut scribit

apostolus paulus Iudicabit deus mundum
qui venturus est sicut tota ecclesia in
symbolo confitetur iudicare vivos et
mortuos. Si igitur non est dei gratia quo-
modo salvat mundum et si non est liberum
arbitrium quomodo vel iudicabit mundum
proinde librum vel epistolam meam quam
secum ad vos supradicti attulerunt
secundum hanc fidem intelligite ut
neque negetis dei gratiam neque liberum
arbitrium sic defendatis ut a dei
gratia separetis tamquam sine illa vel
cogitare aliquid vel agere secundum ulla
ratione deum possimus quod omnino non pos-
simus. Propter hoc enim dominus cum de fruc-
tu iustitie loqueretur ait discipulis
suis Sine me nichil potestis facere
Unde supradictam epistolam ad Sixtum
presbyterum ecclesie romane contra novos
hereticos pelagianos noveritis esse
conscriptam qui dicunt gratiam dei secundum
merita nostra dari ut qui gloriatur non in domino
sed in se ipso glorietur hoc est in homine
non in domino quod prohibet apostolus
dicens Nemo glorietur in homine et alio
loco Qui gloriatur inquit in domino glorietur
Illi vero heretici se ipsos a se ipsis iustos
fieri putantes quasi hoc eis non deus
dederit sed ipsi sibi Non utique in domino
sed in semet ipsis gloriantur talibus dicit
apostolus Quis enim te discernit quod
ideo dicit quia de massa illa perdi-
tionis que facta est ex adam non discer-
nit hominem ut eum faciat vas
in honorem quam in contumeliam nisi deus
Sed quia homo carnalis et inaniter infla-
tus cum audisset quis enim te discernit
posset respondere vel voce vel cogitatione
discernit et dicere me fides mea discernit
me oratio mea discernit me iustitia mea
Mox apostolus occurrit cogitationibus
eius et dixit Quid enim habes quod non
accepisti Si autem et accepisti quid
gloriaris quasi non acceperis Sic enim
gloriantur quasi non acceperint qui se
a se ipsis iustificari putant ac per hoc
in se ipsis non in domino gloriantur
Propterea ego in hac epistola que ad vos
pervenit probavi per testimonia scripturarum
sanctarum que ibi potestis inspicere

et bona opera nostra et pias orationes et rectam
fidem nullo modo in nobis esse potuisse
nisi hec acciperemus ~~de illo~~ ab illo
de quo dicit apostolus Iacobus Omne
datum optimum et omne donum per-
fectum desursum est descendens
a patre luminum Ne quisquam dicat
meritis operum suorum vel meritis orationum
suarum vel meritis fidei sue sibi tra-
ditam dei gratiam et putetur verum esse quod
illi heretici dicunt gratiam dei secundum
merita nostra dari quod omnino falsissi-
mum est Non quia nullum est meritum
vel bonum piorum vel malum impiorum
alioquin quomodo iudicabit deus mun-
dum Sed misericordia et gratia dei convertit
de qua homine psalmus dicit Deus
meus misericordia eius preveniet me ut
iustificetur impius hoc est ex impio
fiat iustus et incipiat habere meritum
bonum quod dominus coronabit quando iudica-
bitur ~~iustus~~ mundus Multa erant
que vobis mittere cupiebam quibus
lectis totam ipsam causam que conciliis
episcopalibus acta est adversus eosdem
pelagianos hereticos diligentius et
plenius nosse possetis Sed festina-
verunt fratres qui [illegible] ad nos
venerant per quos vobis non rescripsimus
ista sed scripsimus nullas enim ad nos
vestre caritatis litteras attulerant ta-
men suscepimus eos quoniam simplicitas
eorum satis indicabat nichil illos
nobis potuisse confingere Ita autem
festinaverunt ut apud vos agerent
pascha quo possit adiuvante domino
tam sancto die invenire pacem quam
dissensione potius invenire Melius
autem facietis quod multum rogo si ipsum
a quo dicunt se fuisse turbatos ad me
mittere non gravemini aut enim non
intelligit librum meum aut forte
ipse non intelligitur cum difficillimam
questionem et paucis intelligibilem sol-
vere atque enodare conatur Ipsa est enim
questio de gratia dei que fecit ut
homines non intelligentes putarent
apostolum paulum dicere Faciamus
mala ut eveniant bona Unde apostolus
petrus in secunda epistola sua Quapropter inquit
karissimi hec expectantes satis agi-
te inviolati et immaculati apud
eum reperiri in pace et domini nostri.

patiam salutis consummatam. Et uos
dilectissimi sicut et paulus se-
cundum que data ei sapientiam scripsit
uobis ut et in omnibus epistolis lo-
quens de his in eis in quibus sunt
quedam difficilia intellectu que
indocti et instabiles homines per-
uertunt sicut et ceteras scripturas ad
suum ipsorum interitum. Cauete quod ter
tamquam apostolus tam terribiliter dicit.
Et ubi sentitis non uos intelligere in-
terim credite diuinis eloquiis quia
et liberum hominis est arbitrium et gratia
dei sine cuius adiutorio liberum
arbitrium nec conuerti potest ad deum
nec proficere in deum. Et quod pie creditis
etiam sapienter ut intelligatis orate
et ad hoc ipsum enim id est ut sapienter
intelligamus est utique liberum arbi-
trium. Nisi enim libero arbitrio intelli-
geremus atque saperemus non no-
bis preciperetur dicente scriptura Intelli-
gite ergo qui insipientes estis in populo
et stulti aliquando sapite. Eo ipso quippe
quo preceptum atque imperatum est ut
intelligamus atque sapiamus obedien-
tiam nostram requirit que nulla
potest esse sine libero arbitrio. Sed si
posset hoc ipsum sine adiutorio
gratie fieri per liberum arbitrium ut
intelligeremus atque saperemus non di-
ceretur deo Da michi intellectum ut di-
scam mandata tua neque in euangelio
scriptum esset Tunc aperuit illis sensum
ut intelligerent scripturas. Nec Ia-
cobus apostolus diceret Si quis autem ue-
strum indiget sapientia postulet
a deo qui dat omnibus affluenter
et non improperat et dabitur ei. Potens
est autem dominus qui et uobis
donet et nobis ut de uestra pace et
pia conuersatione nuntiis celerrimis
iam gaudeamus. Salutamus uos
non solum nos sed etiam fratres qui
mecum sunt et rogo ut pro nobis con-
corditer atque instanter oretis. Sit
uobiscum dominus amen. Et
deo gratias. Incipit epistola augustini
episcopi ad ualentinum et cetera

Domino dilectissimo et in christi
membris honorando fratri
ualentino et fratribus qui
tecum sunt augustinus in domino
salutem. Cresconium et
felicem et alium felicem dei seruos
qui de uestra congregatione ad nos
uenerunt nobiscum egisse pascha
nouit caritas uestra quos ideo tenu-
imus aliquanto diutius ut in-
structiores ad uos remearent aduersus
nouos hereticos pelagianos
in quorum errorem cadit qui putat
secundum aliquod meritum humanum
dari gratiam dei que sola hominem
liberat per dominum nostrum ihesum christum. Sed
rursus qui putat cum in iudicium do-
minus uenerit non iudicari hominem
secundum opera sua qui iam potuit
uti libero uoluntatis arbi-
trio in isto errore est. Soli
enim paruuli qui nondum gerunt opera
propria uel bona uel mala secundum solum
originale peccatum dampnabuntur
omnibus pelagianis repugnantibus
nisi subuenerit gratia saluatoris. Ceteri
autem omnes qui iam utentes li-
bero arbitrio sua propria peccata origi-
nali peccato insuper addiderunt si
de potestate tenebrarum per gratiam dei
non eruuntur nec transferuntur in regnum
christi non solum secundum originis
uerum etiam secundum proprie uoluntatis
merita iudicium reportabunt. Boni
uero etiam ipsi quidem secundum bone
uoluntatis sue merita premium
recipient. Sed etiam ipsam bonam
uoluntatem per dei gratiam consecu-
ti sunt atque sic impletur quod scriptum
est Ira et indignatio tribulatio
et angustia in omnem animam
hominis operantis malum iudei primum
et greci. Gloria autem et honor et pax
omni operanti bonum iudeo primum
et greco. De qua difficillima questione
que est de uoluntate et gratia non oportet
habui etiam in epistola diutius
disputare cum etiam [illegible]
ad uos etiam libro questionem [illegible]

domino diligenter legeritis et intellexe-
ritis nullas esse in uobis de hac
re inter uos dissensiones ultra fu-
turas. Portant autem fratres et alia
que nobis dirigenda esse credidimus
quibus cognoscatis quemadmodum
catholica ecclesia in dei misericordia pela-
giane heresis uenena repulerit.
Quod enim scriptum est ad papam In-
nocentium Romane urbis episcopum
de concilio prouincie Carthaginensis
et Numidie et aliquanto diligentius
a quinque episcopis, et que ipse ad ea ista
rescripsit. Item quod pape Zosimo
de Affricano concilio scriptum est eius-
que rescriptum ad uniuersos totius orbis
episcopos missum, et quod posteriore con-
cilio plenario totius Affrice contra
ipsum errorem breuiter constituimus, et supra-
memoratum librum meum quem modo ad
uos scripsi, hec omnia et nunc cum ipsis legimus
cum ipsis et per eos misimus uobis. Legi-
mus etiam librum beatissimi ac gloriosis-
simi martyris Cypriani de oratione do-
minica et ostendimus quemadmodum docuerit
omnia que ad mores nostros pertinent
quibus recte uiuimus a patre nostro qui in
celis est esse poscenda ne de libero
presumentes arbitrio a diuina
gratia decidamus. Ubi etiam de-
monstrauimus quomodo admonuerit
ut iste gloriosissimus martyr etiam
pro inimicis nostris qui nondum in Christum
crediderunt nos ut credant orare
deberemus, quod utique inaniter fieret nisi ecclesia
crederet etiam malas atque infi-
deles hominum uoluntates per dei gratiam
in bonum posse conuerti. Sed hunc
librum sancti Cypriani quia dixerunt eum
illic apud se esse non misimus.
Epistolam quoque ad Sixtum Romane
ecclesie presbyterum datam quam secum
ad nos attulerunt legimus cum eis
et ostendimus aduersus eos esse conscriptam
qui dicunt gratiam dei secundum
merita nostra dari, hoc est aduersus
eosdem pelagianos. Quantum potuimus
ergo egimus cum istis et uestris et nostris
fratribus ut in fide sana catholica per-
seuerent, que neque liberum arbitrium negat
siue in uitam malam siue in bonam, nec
tantum ei tribuit ut sine dei gratia ua-
leat aliquid siue ut ex malo con-
uertatur in bonum siue ut in bono per-
seueranter proficiat siue ut ad bonum
sempiternum perueniat ubi iam non ti-
meat ne deficiat. Uos quoque carissi-
mi etiam in hac epistola exhortor quod
nos omnes exhortatur apostolus non plus
sapere quam oportet sapere sed sapere ad
sobrietatem sicut unicuique deus
partitus est mensuram fidei. Attendite
quid per Salomonem moneat spiritus
sanctus: Rectos cursus facit
pedibus tuis et uias tuas dirige, ne
declines in dexteram neque in sini-
stram; auerte autem pedem tuum a malo.
Uias enim que a dextris sunt nouit
deus; peruerse uero sunt que a sinistris
sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos,
itinera autem tua in pace producet.
In his uerbis sancte scripture considerate
fratres quia si non esset liberum arbitrium
non diceretur: Rectos cursus fac pedibus
tuis et uias tuas dirige, ne decli-
nes in dexteram neque in sinistram.
Et tamen sine dei gratia si posset hoc
fieri non postea diceretur: Ipse autem rectos faciet
cursus tuos et itinera tua in pace
producet. Nolite ergo declinare in dex-
teram neque in sinistram quamuis lau-
dentur ea que ad dexteram sunt et uitu-
perentur que sunt a sinistra. Hoc est
enim propter quod addidit: Auerte autem pedem
tuum a uia mala, hoc est a sinistra. Quod
manifestat in consequentibus dicens: Uias
enim que a dextris sunt nouit deus;
peruerse autem sunt que a sinistris sunt.
Eas utique uias ambulare debemus
quas nouit dominus, de quibus in psal-
mo legitur: Nouit dominus uiam
iustorum et iter impiorum peribit. Hanc enim
ille non nouit quia sinistra est, sicut dicturus
est etiam illis ad sinistram consti-
tutis: Non noui uos. Quid est autem
quod ille non nouit qui utique nouit omnia
siue bona hominum siue mala? Sed quid
est: Non noui uos, nisi: Tales uos ego
non feci? Quemadmodum et illud quod dictum
est de ipso domino Iesu Christo quia non
nouerat peccatum. Quid est nisi non fecerat?
Ac per hoc quod dictum est: Uias que
a dextris sunt nouit dominus, quid
intelligendum est nisi quia ipse fecit
uias dextras, id est uias iustorum

Que uie dextre bone et sinistre male

que sunt utique opera bona que preparavit deus sicut dicit apostolus ut in illis ambulemus. Vias autem sinistras perversas vias impiorum nos utique non novit quia non eas ipse fecit homini sed homo sibi propter quod dicit: Odi autem ego vias perversas malorum que sunt a sinistris. Sed respondetur nobis: Cur ergo dicit: Ne declines in dexteram neque in sinistram, cum potius dicere debuisse videatur: Tene dexteram nec declines in sinistram, si bone sunt vie que a dextris sunt? Cur putamus nisi quia ita sunt vie bone que a dextris sunt ut in dexteram non declinare non sit bonum. Declinare quippe in dexteram ille intelligendus est in dexteram qui bona ipsa opera que ad vias dextras pertinent sibi vult assignare non deo. Ideo enim dixisset: Vias enim que a dextris sunt novit deus perverse autem que a sinistris sunt; tamquam diceretur ei: Quid ergo non vis ut declinemus ad dexteram? secutus adiunxit: Ipse autem rectos faciet cursus tuos itinera autem tua in pace producet. Sic ergo intellige quod tibi preceptum est: Rectos cursus fac pedibus tuis et vias tuas dirige, ut noveris cum hoc facis adiutorem tibi prestari dominum ut hoc facias et non declinabis ad dexteram quamvis ambules in viis dextris non confidens in virtute tua et ipse erit virtus tua qui rectos faciet cursus tuos et itinera tua in pace producet. Quapropter dilectissimi quicumque dicit: Voluntas mea mihi sufficit ad facienda opera bona, declinat in dexteram. Sed rursus illi qui putant bonam vitam esse deserendam quando audiunt sic dei gratiam predicari ut credatur et intelligatur voluntates hominum ipsam ex malis bonas facere ipsam etiam quas fecerit custodire et propterea dicunt: Faciamus mala ut veniant bona, in sinistram declinant. Ideo vobis dixi: Ne declinetis in dexteram neque in sinistram, hoc est ne sic defendatis liberum arbitrium ut ei bona opera sine dei gratia tribuatis nec sic defendatis gratiam ut quasi de illa securi mala opera diligatis quod ipsa gratia dei avertat a vobis. Talium quippe

Nota diffinit viam dextram et viam sinistram

fecit

verba sibi proponens apostolus ait: Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato ut gratia habundet? Atque huius liberi hominum arbitrii et dei gratie non intelligentibus respondit ut debuit dicens: Absit. Si enim mortui sumus peccato quomodo vivemus in eo? Nichil dici potuit brevius et melius. Quid enim nobis gratia dei utilius confert in hoc presenti seculo maligno nisi ut moriamur peccato? Ac per hoc ipsi gratie invenitur ingratus qui per illam vult vivere in peccato per quam morimur peccato. Deus autem qui dives est in misericordia det vobis sanum sapere et usque in finem proficientes in bono proposito permanere. Hoc pro vobis hoc pro nobis hoc pro omnibus qui vos diligunt et pro eis qui vos oderunt instanter in pace sincera et vigilanter orate. Deo vivatis. Si quid de nobis meremur veniat ad nos frater Florus. Explicit epistola. Incipit liber Augustini ad Valentinum de gratia et libero arbitrio.

Propter eos qui hominis liberum arbitrium sic predicant et defendunt ut dei gratiam qua vocamur ad eum et a nostris malis meritis liberamur et per quam bona merita comparamus quibus ad vitam perveniamus eternam negare audeant et conentur sufficienter multa iam disseruimus litterisque mandavimus quantum nobis dominus donare dignatus est. Sed quoniam sunt quidam qui sic gratiam dei defendunt ut negent hominis liberum arbitrium aut quando gratia defenditur negari existiment liberum arbitrium, hinc aliquid scribere ad vestram caritatem Valentine frater et ceteri qui deo pariter servitis compellente mutua caritate curavi. Nunciatum est enim mihi de vobis fratres a quibusdam de vestra congregatione qui venerunt ad nos per quos ista direximus quod de hac re dissensiones inter vos sint. Itaque dilectissimi ne vos perturbet huius questionis obscuritas moneo vos primum ut de hiis que intelligitis agatis deo gratias. Quicquid est autem quo pervenire nondum potest vestre mentis intentio pacem inter vos et caritatem servantes

adhuc ut intelligatis orate et donec nos perducat ipse ad ea que nondum intelligitis ibi ambulate quo pervenire potuistis. Hoc admonet apostolus Paulus qui cum dixisset non dum se esse perfectum paulo post ait Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus id est ita nos esse perfectos ut nondum ad perfectionem que nobis sufficiat venerimus. Continuoque subiunxit et si quid aliter sapitis hoc quoque nobis deus revelabit. Verumtamen in quod pervenimus in eo ambulemus. In ambulando quippe in quod pervenimus et ad quod nondum pervenimus pervenire poterimus deo nobis revelante si quid aliter sapimus si tamen quod iam revelavit non relinquimus.

Revelavit autem nobis per scripturas suas sanctas esse in homine liberum voluntatis arbitrium. Quomodo autem revelaverit commemoro vos non humano eloquio sed divino. Primo quia ipsa divina precepta homini non prodessent nisi haberet liberum voluntatis arbitrium quo ea faciens ad promissa premia perveniret. Ideo enim data sunt ut homo excusationem de ignorantia non haberet. Sicut dominus dicit in evangelio de iudeis. Si non venissem et locutus eis fuissem peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. De quo peccato dicit nisi de illo magno quod presciebat eorum futurum cum ista diceret id est quo eum fuerant occisuri. Neque enim nullum habebant peccatum antequam Christus venisset in carne. Item dicit apostolus. Revelatur ira dei de celo in omnem impietatem et iniustitiam hominum eorum qui veritatem in iniquitate detinent. Quia quod notum est dei manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim eius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur sempiterna quoque virtus eius ac divinitas ut sint inexcusabiles. Quomodo dicit inexcusabiles nisi de illa excusatione qua solet dicere humana superbia. Si scissem fecissem. Ideo non feci quia nescivi. Aut si scirem facerem. Ideo non facio quia nescio. Hec ei excusatio tollitur quando preceptum datur vel scientia non peccandi manifestatur. Sed sunt homines qui etiam de ipso deo excusare conantur. Quibus dicit apostolus Iacobus. Nemo cum temptatur dicat quia a deo temptatur. Deus enim intemptator malorum est. Ipse autem neminem temptat. Unusquisque vero temptatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit parit peccatum. Peccatum vero cum consummatum fuerit generat mortem. Item de ipso deo se excusare volentibus respondet liber proverbiorum Salomonis. Insipientia viri violat vias eius. Deum autem causatur in corde suo. Et liber ecclesiasticus dicit. Ne dixeris quia per deum recessi. Que enim odit ne facias. Ne dixeris quia ipse me implanavit. Non enim opus est ei viro peccatore. Omne exsecramentum odit dominus et non est amabile timentibus illum. Ipse ab initio fecit illum et reliquit illum in manu consilii sui. Si volueris conservabis mandata et fidem bone placiti. Apponet tibi ignem et aquam et ad quodcumque volueris extende manum tuam. In conspectu hominis vita et mors et quodcumque placuerit dabitur ei. Ecce apertissime videmus expressum liberum humane voluntatis arbitrium. No[ta] auctoritates veteris testamenti

Quid illud quod tam multis locis omnia mandata sua custodiri et fieri iubet deus. Quomodo iubet si non est liberum arbitrium. Quid beatus ille de quo psalmus dicit. Quod in lege domini fuit voluntas eius. Nonne satis indicat voluntate sua hominem in dei lege consistere. Deinde tam multa mandata que ipsam quodammodo nominatim conveniunt voluntatem sicut est. Noli vinci a malo et alia similia sicut est. Nolite fieri sicut equus et mulus quibus non est intellectus. Et noli repellere consilia matris tue. Et noli esse sapiens apud temetipsum. Et noli deficere a disciplina domini. Et noli negligere legem. Et noli abstinere benefacere egenti. Et noli fabricare in amicum tuum mala. Et noli intendere fallaci mulieri. Et noluit intelligere ut bene ageret. Et noluerunt accipere disciplinam. Et innumerabilia talia in in veteribus libris divinorum eloquiorum quid ostendunt nisi liberum arbitrium

[illegible]

Post auctoritates novi testamenti ad ostendendum quod in homine sit liberum voluntatis arbitrium

voluntati humane. In libris etiam novis evangelicis et apostolicis quid apertius ostenditur, ubi dicitur: Nolite vobis recondere thesauros in terra; et: Nolite timere eos qui corpus occidunt; et: Qui vult post me venire abneget semetipsum; et: Pax in terra hominibus bone voluntatis. Et quod dicit apostolus Paulus: Quod vult faciat, non peccat si nubat. Qui autem statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens sue voluntatis, et hoc statuit in corde suo servare virginem suam, bene facit. Item dicit: Si autem volens hoc facio, mercedem habeo; et alio loco: Sobrii estote et nolite peccare. Et iterum: Ut quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit et perficiendi. Et ad Timotheum dicit: Cum enim in deliciis egerint in Christo, nubere volunt. Et alibi: Omnes qui pie volunt vivere in Christo Ihesu persecutionem patientur. Et ipsi Timotheo: Noli negligere gratiam que in te est. Et ad Philomenem: Ut bonum tuum non velut ex necessitate esset, sed voluntarium. Servos etiam ipsos monet ut dominis suis ex animo serviant cum bona voluntate. Item Iacobus: Nolite itaque errare, fratres mei; et: Nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Ihesu Christi; et: Nolite detrahere de alterutro. Et Iohannes in epistola sua: Nolite diligere mundum, et cetera huiusmodi. Nempe ubi dicitur: Noli hoc et noli illud, et ubi aliquid faciendum est vel non faciendum in divinis monitis, opus voluntatis exigitur, satis liberum demonstratur arbitrium. Nemo ergo deum causetur in corde suo, sed sibi imputet quisque cum peccat. Neque cum aliquid secundum deum operatur, alienet hoc a propria voluntate. Quando enim volens facit, tunc dicendum est opus bonum, et speranda est boni operis merces ab eo de quo dictum est: Qui reddet unicuique secundum opera sua. Quibus ergo noverunt divina mandata aufertur excusatio quam solent habere homines de ignorantia. Sed nec ipsi sine pena erunt qui legem dei nesciunt. Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege per-

//uenit

— Quod sine fide Christi nemo liberari potest ut...

ibunt; qui autem in lege peccaverunt, per legem iudicabuntur. Quod mihi non videtur apostolus ita dixisse tanquam peius aliquid significaverit esse passuros qui legem nesciunt in peccatis suis, quam illos qui sciunt. Peius enim videtur perire quam iudicari. Sed quoniam de gentibus et de iudeis loquebatur, quia illi sine lege sunt, isti autem legem acceperunt, quis audeat dicere iudeos qui in lege peccant non esse perituros, cum in Christo non crediderint, quandoquidem de illis dictum est: Per legem iudicabuntur? Sine fide enim Christi nemo liberari potest, ac per hoc ita iudicabuntur ut pereant. Nam si peior est conditio nescientium quam scientium legem dei, quomodo verum erit quod in evangelio dominus ait: Servus qui nescit voluntatem domini sui et facit digna plagis vapulabit pauca; servus autem qui scit voluntatem domini sui et facit digna plagis vapulabit multa? Ecce ubi ostendit gravius peccare hominem scientem quam nescientem. Nec tamen ideo confugiendum est ad ignorantie tenebras, ut in eis quisque requirat excusationem. Aliud est enim nescisse, aliud scire noluisse. Voluntas quippe arguitur in eo de quo dicitur: Noluit intelligere ut bene ageret. Sed et illa ignorantia que non est eorum qui scire nolunt, sed eorum qui tanquam simpliciter nesciunt, neminem sic excusat ut sempiterno igne non ardeat, si propterea non credidit quia non audivit omnino quid crederet; sed fortasse ut mitius ardeat. Non enim sine causa dictum est: Effunde iram tuam super gentes que te non noverunt; et illud quod ait apostolus: Cum venerit in flamma ignis dare vindictam in eos qui ignorant deum. Verumptamen ut habeamus et ipsam scientiam, ne dicat unusquisque: Non audivi, non intellexi, voluntas convenitur humana ubi dicitur: Nolite esse sicut equus et mulus, quibus non est intellectus; quamvis peior appareat de quo dictum est:

gr[...] igno[...] pec[...]

vitiis non emendabitur servus du-
rus si enim et intellexerit non obaudiet
Quando autem dicit homo non quod vo-
lo ipsum facio quod proposui quoniam
concupiscentia mea vincor. Iam quidem de
ignorantia non habet excusationem
nec de nimia causa in corde suo sed
malum suum inesse cognoscit et dolet
cum tamen dicit apostolus Noli vinci
a malo sed vince in bono malum
et utique cui dicitur noli vinci ubi
quam sine dubio voluntatis eius
convenitur. Velle enim et nolle proprie
voluntatis est. Sed metuendum
est ne ista omnia divina testimonia
et quecumque alia sunt que sine
dubitatione sunt plurima in defensi-
one liberi arbitrii sic intelligantur
ut adiutorio dei ad vitam piam et bonam conversationem
cui merces eterna debetur adiutorio
et gratie dei locus non relinquatur et
audeat miser homo quando bene vi-
vit et bene operatur vel potius bene
vivere et bene operari sibi videtur
in se ipso non in domino gloriari et spem
recte vivendi in se ipso ponere ut se-
quatur eum maledictum Ieremie prophete
dicentis Maledictus homo qui spem
habet in homine et firmat carnem
brachii sui et a domino discedit cor
eius. Intelligite fratres hoc propheti-
cum testimonium. Qui enim non dixit
propheta Maledictus homo qui spem
habet in se ipso posset alicui videri io
dictum esse Maledictus homo qui spem
in homine ut nemo habeat spem in
altero sed in se homine. Ut ergo ostenderet
sic se admonuisse hominem ut nec
in se ipso habeat spem propterea cum dixis-
set Maledictus homo qui spem in homine
habet addidit et firmat carnem bra-
chii sui. Brachium potentiam posuit
operandi. In nomine autem carnis intel-
ligenda est humana. Ac per hoc fir-
mat carnem brachii sui qui potentiam
fragilem atque invalidam id
est humanam sufficere sibi ad bene operan-
dum putat nec adiutorium sperat a
domino. Propterea subiecit et a domino disce-
dit cor eius. Talis est heresis pelagia-
na non antiqua sed ante non multum tempus
exorta contra quam [illegible]

Capitulum viii Ieremie maledictus qui spem ponit in homine

diutius disputatum est etiam ad concilia
episcopalia novissima necessitate per-
ventum est. In nobis non quidem
omnia sed tamen aliqua neganda di-
cimus. Ergo ab ea cavere debemus ne spem
habeamus in homine firmantes carnem
brachii nostri nec a domino discedat cor
nostrum sed ei dicat Adiutor meus
esto ne derelinquas me neque despi-
cias me deus salutaris meus. Proinde
carissimi sicut superioribus testimoniis
sanctarum scripturarum probavimus ad bene
vivendum et recte agendum esse in homine
liberum voluntatis arbitrium sic etiam
de gratia dei sine qua nichil boni
agere possumus que sint divina testimo-
nia videamus. Ac primum de ipsa
vestra professione aliquid dicam. Neque
enim congregaret vos ista socie-
tas in qua continenter vivitis nisi
voluntatem coniugalem contemp-
neretis. Sed cum domino loquente dixissent
discipuli Si talis est causa ho-
minis cum uxore non expedit nubere
respondit eis Non omnes capiunt verbum
hoc sed quibus datum est. Numquid
non libero Thimotheo est exhortatus
apostolus dicens Continentem te ipsum custodi
Et potestatem voluntatis ostendit ubi ait
Non habens necessitatem potestatem autem habens
sue voluntatis ut servet virginem suam
Et tamen non omnes capiunt verbum hoc sed quibus
datum est. Quibus enim non est da-
tum aut nolunt aut non implent quod
volunt. Quibus autem datum est sic
volunt ut impleant quod voluerunt.
Ac per hoc ut hoc verbum quod non ab omnibus
capitur ab aliquibus capiatur et dei
donum est et liberum arbitrium. De
ipsa quoque pudicitia coniugali
idem apostolus ait Quod vult
faciat non peccat si nubat et tamen
hoc donum dei est dicente scriptura
A domino iungitur mulier viro. Unde
et doctor gentium et pudicitiam coniuga-
lem per quam non fiunt adulteria et per-
fectiorem continentiam per quam nullus
concubitus queritur suo sermone commen-
dans et hoc et illud donum dei esse
monstravit scribens ad Corinthi-
os et admonens coniuges ut sibi in-
vicem non fraudarent. Quod cum admonuis-
set adiunxit Vellem autem omnes homines

Probat p[?] auctoritates quod gratia dei est necessaria ad bene vivendum

ecce sicut in se ipso, qui utique ipse ab omni
concubitu continebat, et quantum ipso subi-
unxit: Sed unusquisque proprium donum habet ex deo,
alius sic, alius autem sic. Sed quo-
tiens ista que precepit in lege dei ne
fornicarentur et adulteria committant, indi-
cant aliud quam liberum arbitrium. Ne-
que enim preciperetur nisi homo haberet
propriam voluntatem qua divinis preceptis
obediret. Et tamen donum dei est sine quo
servari castitatis precepta non possunt.
Unde ait ille in libro sapientie: Et ut scivi
quia nemo esse potest continens nisi
deus det, et hoc ipsum erat sapientie
scire cuius esset hoc donum. Ut autem
ista non servent castitatis sancta man-
data, unusquisque temptatur a concu-
piscentia sua abstractus et illectus.
Ubi si dixerit: nolo servare, sed
vincor a concupiscentia mea,
respondet scriptura libero eius ar-
bitrio quod iam supra dixi: Noli
vinci a malo, sed vince in bono
malum. Quod tamen ut
fiat adiuvat gratia, que nisi ad-
iuverit nichil erit lex nisi virtus
peccati. Augetur enim concupiscentia
et maioribus viribus accipitur lege
prohibente, nisi adiuvet spiritus gratie.
Hoc est quod dicit ille ipse doctor gentium:
Aculeus autem mortis est peccatum, virtus
vero peccati lex. Ecce unde dicit homo: nolo
legis servare mandatum, sed vincitur con-
cupiscentie mee viribus. Et talis
voluntas eius convenitur et dicitur:
noli vinci a malo. Quod unde fit
nisi gratia succurrente fiat. Quod ipse
apostolus secutus adiunxit. Ita cum
dixisset: virtus peccati lex, continuo subie-
cit: Gratias autem deo qui dat nobis
victoriam per dominum nostrum Ihesum Christum.
Ergo et victoria qua peccatum vincitur
nichil est aliud quam dei donum.
Iusto etiam in ad ... liberum

arbitrium. Propter quod dicit et ad disci-
pulos: Vigilate et orate ne intretis
in temptationem. Quod unusquisque contra
suam concupiscentiam dimicans orat
ne intret in temptationem, id est ne sit
ibi abstractus et illectus. Non autem intrat
in temptationem si concupiscentiam bona vincit
voluntate. Et tamen non
sufficit arbitrium voluntatis humane
nisi a domino victoria concedatur oranti
ne intret in temptationem. Quid vero
evidentius gratia dei ostenditur
ubi quod oratur accipitur. Si enim dixisset
salvator noster: Vigilate ne intretis
in temptationem, admonuisse tantum vi-
deretur hominis voluntatem. Cum vero addidit
et orate, ostendit deum adiuvare ne intre-
mus in temptationem. Dictum est libero arbitrio:
Fili, noli deficere a disciplina domini.
Et dominus dicit: Ego rogavi pro te Petre
ne deficiat fides tua. Ergo homo gratia
adiuvatur, ne sine causa eius volun-
tati iubeatur. Cum dicitur: Convertimini ad me
et convertar ad vos, unum horum videtur
esse nostre voluntatis, id est ut convertamur
ad eum; alterum vero ipsius gratie, ut et
etiam ipse convertatur ad nos. Ubi possunt pu-
tare Pelagiani sua opinione suffragari,
qua dicunt gratiam dei secundum merita
nostra dari. Quod quidem in oriente, hoc est
in provincia Palestina, ubi est
civitas Ierusalem, audiens Pelagius
non ausus est dicere. Nam inter cetera que
illi obiecta sunt, et hoc obiectum
est, quod diceret gratiam dei secundum merita
nostra dari. Quod sic alienum est a ca-
tholica doctrina et inimicum gratie
Christi, ut nisi hoc obiectum sibi anathe-
matizasset, ipse inde anathematizatus ex-
isset. Sed fallaciter eum anathe-
matizasse posteriores eius indicant
libri, in quibus non aliud defendit
quam gratiam dei secundum merita nostra dari. Ita
tales ergo de scripturis colligunt quale
hoc est quod paulo ante dixi: Converti-
mini ad me et convertar ad vos, ut secundum merita
conversionis nostre ad deum detur
gratia eius in qua ad nos et ipse
convertitur. Hoc attendunt quod hoc secundum

Contra pelagianos qui dicunt gratiam dei dari
secundum merita nostra

[illegible]

quia non dominum deserit etiam ipsa ad
agendum nostra compulsio non erit. Dicitur: Deus
virtutum converte nos; et: Deus tu convertens vi-
vificabis nos; et: Converte nos deus sa-
nitatum nostrarum; et huiusmodi alia que com-
memorare longum est. Nam et venire ad
Christum quid est aliud nisi ad eum cre-
dendo converti? Et tamen ait: Nemo potest
venire ad me nisi datum ei fuerit a patre
meo. Item quod scriptum est in libro secundo
Paralipomenon: Dominus vobiscum cum vos
estis cum eo, et si quesieritis eum invenietis;
si autem reliqueritis eum, dereliquet vos,
manifestat quidem liberum voluntatis arbi-
trium. Sed illi qui dicunt gratiam dei secundum
merita nostra dari, ista testimonia sic acci-
piunt ut dicant meritum nostrum in eo
esse quod sumus cum deo, eius autem gratiam
secundum hoc meritum dari ut sit et ipse
nobiscum. Item meritum nostrum in eo esse
quod querimus eum, et secundum hoc meritum dari
nobis gratiam eius ut inveniamus
eum. Et in libro primo quod dictum est:
Et tu Salomon fili mi, cognosce deum
et servi ei in corde perfecto et anima vo-
lente, quia omnia corda scrutatur
dominus et omnes cogitationes mentium
novit. Si quesieris eum, invenies; et
si dimiseris eum, repellet te in perpe-
tuum, declarat voluntatis arbitrium.
Sed illi suo ponunt meritum hominis quod
dictum est si quesieris; et omnino
laborant quantum possunt ostendere
esse gratiam dei secundum merita nostra
dari, hoc est gratiam non esse gratiam.
Illis enim secundum meritum redditur non impu-
tatur merces secundum gratiam sed secundum de-
bitum, sicut apertissime dicit apostolus.
Meritum enim fuit quidem apostolo Pau-
lo, sed malum, quando persequebatur ecclesiam. Unde
dicit: Non sum idoneus vocari apostolus,
quia persecutus sum ecclesiam dei. Cum ergo habe-
ret hoc meritum malum, redditum
est ei bonum pro malo. Ideo consequenter
adiunxit: Gratia dei sum quod sum. Atque
ut ostenderet liberum arbitrium, mox ad-
didit: Et gratia dei eius in me vacua
non fuit, sed plus omnibus illis labo-
ravi. Hoc et liberum arbitrium hominis
exhortatur, et in aliis quibus dicit:
Rogamus ne in vacuum gratiam dei
suscipiatis. Ut quid enim eos rogat
si gratiam sic susceperunt ut propriam per-
derent voluntatem? tamen ne ipsa
voluntas sine gratia dei putetur

Quod gratia dei requiritur cum libero arbitrio ad opus
meritorium

boni aliquid posse, continuo
cum dixisset: Gratia eius in me vacu-
a non fuit, sed plus illis omnibus labo-
ravi, subiunxit atque ait: Non ego autem
sed gratia dei mecum, idest non solus
sed gratia dei mecum. Ac per hoc nec gratia
dei sola nec ipse solus, sed gratia dei cum
illo. Ut autem de celo vocaretur et tam
magna et efficacissima vocatione
converteretur, gratia dei erat sola, quia merita eius
erant magna sed mala. Denique
et alibi dicit ad Thimotheum: Col-
labora evangelio secundum virtutem dei salvos
nos facientis et vocantis vocatione
sua sancta, non secundum opera nostra
sed secundum suum propositum et gratiam que
data est nobis in Christo Ihesu. Item meri-
ta sua sed mala commemorans dicit: Fui-
mus enim et nos aliquando insipientes et incre-
duli, errantes et servientes desideriis
et voluptatibus variis, in malicia
et invidia agentes, abhominabiles,
invicem odientes. Certe istis
malis meritis nisi pene utique de-
bebantur? Sed deus reddens bona
pro malis per gratiam que non secundum meri-
ta nostra datur, factum est quod sequitur
iungit et dicit: Cum autem benignitas
et humanitas illuxit salvatoris
dei nostri, non ex operibus iusticie que nos
fecimus, sed secundum suam misericordiam
salvos nos fecit per lavacrum rege-
nerationis et renovationis spiritus sancti
quem diffudit super nos per dominum
Ihesum salvatorem nostrum, ut iustificati
gratia ipsius heredes efficiamur
secundum spem vite eterne. Hiis et talibus
divinis testimoniis probatur gratiam
dei non secundum merita nostra dari. Certe
quidem non solum nullis bonis
verum etiam multis meritis malis
precedentibus videmus datam et
cottidie videmus dari. Sed pla-
ne cum data fuerit, incipiunt esse
etiam merita nostra bona per illam tamen;
nam si se illa subtraxerit, cadit
homo non erectus sed precipitatus
libero arbitrio. Quapropter nec quando ceperit
homo habere merita bona sibi debet
tribuere illa, sed deo cui dicitur in psalmo:
Adiutor meus esto, ne derelinquas
me. Dicendo ne relinquas me, ostendit
quod si derelictus fuerit, nichil boni
valet ipse per se. Unde et ille ait: Ego
dixi in habundancia mea, non mo-
vebor in eternum. Putaverat enim

Quod deus coronat in nobis merita non tamquam nostra sed tamquam dona sua

sim fuisset bonum quod ei sit habendum datus aut ut non moneret sed ut ondetur illi cui egesset illius boni de quo tamquam suo extollat gloriam paululum gratia deserente admonitus dicit Domine in voluntate tua prestitisti decori meo virtutem Avertisti autem faciem tuam et factus sum conturbatus Ideo necessarium est homini ut gratia dei non solum iustificetur impius id est ex impio fiat iustus cum reddit ei bona pro malis Sed et cum fuerit iam iustificatus cum fide ambulet cum illo gratia incumbet super ipsam ne cadat Propter hoc scriptum est in canticis canticorum de ipsa ecclesia Que est ista que ascendit dealbata incumbens super fratruelem suum Dealbata est enim que per ipsam alba esse non posset Et a quo dealbata est nisi ab illo qui per prophetam dicit Si fuerint peccata vestra ut phenicium sicut nivem dealbabo Quando ergo dealbata est nichil boni meruit iam vero alba facta bene ambulat Sed si super eum a quo dealbata est perseveranter incumbat propter quod et ipse super quem incumbit dealbata dixit discipulis suis Sine me nichil potestis facere Redeamus ergo ad apostolum paulum quem certe invenimus sine ullis meritis bonis immo cum multis meritis malis dei gratiam consecutum reddentem bona pro malis Videamus quid dicat Sua iam appropinquante passione scribens ad thimotheum Ego enim iam immolor inquit et tempus resolutionis mee instat Bonum certamen certavi cursum consummavi fidem servavi Commemorat utique ista bona merita sua ut post bona merita coronam consequatur qui post mala merita consecutus est gratiam Denique attende quid sequatur Superest inquit mihi corona iustitie quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex Cui redderet coronam iustus iudex si non donasset gratiam misericors pater Et quomodo esset ista corona iustitie nisi precessisset gratia que iustificat impium Quomodo ista debita redderetur nisi prius illa gratuita donaretur Sed dicunt pelagiani hanc esse solam non secundum merita nostra gratiam qua homini peccata dimittuntur Illa vero que datur in fine id est eterna vita meritis nostris precedentibus redditur Respondendum est eis Si enim merita nostra sic intelligerent ut etiam ipsa dona dei esse cognoscerent non esset reprobanda ista sententia quia vero merita humana sic

Quod merita nostra dei dona sunt

predicant ut ea quisque a semetipso se habere dicant prorsus rectissime respondet apostolus Quis enim te discernit Quid autem habes quod non accepisti Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis Prorsus talia cogitanti verissime dicitur Dona sua coronat deus non merita tua si tibi a te ipso non ab illo sunt merita tua Hec enim si talia sunt mala sunt que non coronat deus Si autem bona sunt dei dona sunt quia sicut dicit apostolus iacobus Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum Unde dicit et iohannes precursor domini Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de celo utique de celo unde venit et spiritus sanctus quando iesus ascendit in altum captivam duxit captivitatem dedit dona hominibus Si ergo dei dona sunt bona merita tua non deus coronat merita tua tamquam merita tua sed tamquam dona sua Proinde consideremus ipsa merita apostoli pauli quibus dixit coronam redditurum iudicem iustum et videamus utrum merita ipsius tamquam ipsius sint id est ab ipso ei comparata an dona sint dei Bonum inquit certamen certavi cursum consummavi fidem servavi Primo ista bona opera si non ea precessissent cogitationes bone nulle essent Attendite itaque quid de ipsis cogitationibus dicat ait enim scribens ad corinthios Non quia ydonei sumus cogitare aliquid tamquam ex nobismetipsis sed sufficientia nostra ex deo est Deinde singula inspiciamus Bonum inquit certamen certavi Quero qua virtute certaverit utrum illa a semetipso fuit an que desursum data sit Sed absit ut tantus doctor gentium ignoraverit legem dei cuius vox est in deuteronomio Ne dicas in corde tuo fortitudo mea et potentia manus mee fecit mihi virtutem magnam hanc Sed memoraberis dominum deum tuum quia ipse tibi dabit fortitudinem faciendi virtutem Quid autem prodest bonum certamen nisi sequatur victoria Et quis dat victoriam nisi ille de quo dicit ipse Gratias deo qui dat nobis victoriam

7 Quod fides est donum dei

per dominum nostrum Ihesum Christum. Et alio loco
cum commemorasset testimonium
de psalmo: Quoniam propter te mortifica-
mur tota die, deputati sumus ut
oves occisionis, subiecit atque ait:
Sed in his omnibus supervincimus per eum
qui dilexit nos. Non ergo per nos ipsos, sed per eum
qui dilexit nos. Deinde dixit: cursum consumma-
vi. Sed ille hoc dixit qui alio loco dicit:
non volentis neque currentis, sed miserentis
dei est. Quae sententia nullo modo potest converti sic
ut dicatur: Non miserentis dei, sed vo-
lentis et currentis hominis est. Quisquis hoc
enim ausus fuerit dicere, aperte se ostendit
apostolo contradicere. Postremo dixit: Fidem
servavi. Sed ille hoc dixit qui alibi
ait: Misericordiam consecutus sum ut fide-
lis essem. Non enim dixit: Misericordiam consecutus
sum quia fidelis eram, sed ut fidelis
essem. Hinc ostendens etiam ipsam fidem
haberi nisi dei misericordia non posse et esse
donum dei. Quod apertissime docet
dicens: Gratia salvi facti estis per fidem,
et hoc non ex vobis, sed dei donum est.
Possent enim dicere: Ideo accepimus
gratiam quia credidimus, tamquam
sibi fidem tribuentes, gratiam deo. Propter hoc
apostolus cum dixisset per fidem, et hoc, inquit,
non ex vobis, sed dei donum est. Et rursus
ne dicerent se suis operibus donum tale
meruisse, continuo subiecit: Non ex
operibus, ne forte quis extollatur. Non
quia negavit aut evacuavit opera bona,
cum dicat deum unicuique reddere
secundum opera eius, sed quia opera sunt ex fide,
non ex operibus fides, ac per hoc ab illo
sunt nobis opera iustitiae a quo est ipsa fides,
de qua dictum est: Iustus ex fide vivit.
Homines autem non intelligentes quod
ait ipse apostolus: Arbitramur iustificari ho-
minem per fidem sine operibus legis, pu-
taverunt eum dicere sufficere homini fidem
etiam si male vivat et opera bona
non habeat. Quod absit ut sentiret vas
electionis, qui cum dixisset quodam loco:
In Christo enim Ihesu neque circumcisio aliquid
valet neque praeputium, mox addidit:
sed fides quae per dilectionem operatur. Ipsa
est fides quae fideles dei separat ab im-
mundis daemonibus. Nam et ipsi, sicut
Iac. dicit apostolus, credunt et contremiscunt,
sed non bene operantur. Non ergo habent
istam fidem ex qua iustus vivit, id est que
quae per dilectionem operatur ut reddat
ei deus aeternam vitam secundum

opera eius. Sed quia ipsa et bona opera ex
deo nobis sunt, a quo nobis et fides
est et dilectio, propterea idem ipse doc-
tor etiam ipsam vitam aeternam gratiam Secund
nuncupavit. Et nascitur inde non parva quaestio
quae domino donante solvenda est.
Si enim vita aeterna bonis operibus red-
ditur, sicut apertissime ~~docet~~ scriptura
dicit: Quoniam deus reddet unicuique
secundum opera eius, quomodo gratia est
vita aeterna, cum gratia non operibus
reddatur, sed gratis datur? Ipso apostolo
dicente: Ei qui operatur merces non im-
putatur secundum gratiam, sed secundum debitum;
et iterum: Reliquiae, inquit, per electionem gratiae
salvae factae sunt. Et mox addidit: Si
autem gratia, iam non ex operibus, alio-
quin gratia iam non est gratia. Quomodo
est gratia vita aeterna quae ex operibus
sumitur? An forte vitam aeternam non
dixit apostolus gratiam? Immo vero sic
dixit ut negari omnino non possit, nec
intellectorem acutum, sed attentum tamen mo-
do desideret ~~adiutorem~~
auditorem. Cum enim dixisset: Sti-
pendium peccati mors, statim subdidit:
Gratia autem dei vita aeterna in
Christo Ihesu domino nostro. Ista ergo quaestio
nullo modo mihi videtur posse dissolvi
nisi intelligamus et ipsa bona opera Quod opera nostra bona
nostra quibus aeterna redditur vita ad ad gratiam dei per-
dei gratiam pertinere, propter illud quod dicit tinent
dominus Ihesus: Sine me nihil
potestis facere. Et ipse apostolus ait, cum
dixisset: Gratia salvi facti estis per
fidem, et hoc non ex vobis, sed donum
dei est, non ex operibus, ne forte quis
extollatur, vidit utique putare posse
homines hoc ita dictum esse quasi
necessaria non sint opera bona cre-
dentibus, sed eis fides sola sufficiat,
et rursus posse homines de
bonis operibus extolli velut ad fa-
ciendum sibi sufficientes, mox itaque
addidit: Ipsius enim sumus figmentum,
creati in Christo Ihesu in operibus bonis
quae praeparavit deus ut in illis am-
bulemus. Quid est hoc quod cum dei gratiam
commendans dixisset: Non ex operi-
bus, ne forte quis extollatur, mu-
Cur hoc dixit rationem reddens:
Ipsius enim sumus, inquit, figmentum
creati, inquit, in Christo in operibus bonis.
Quomodo ergo: Non ex operibus, ne forte
quis extollatur? Sed et audiat et intelligat

non ex operibus dictum tamquam eius ex te ipso et consistentibus, sed tamquam ex his in quibus te deus finxit id est formavit et creavit. Hoc enim ait ipsius sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis, non illa creatione qua homines facti sumus, sed ea de qua ipse dicebat qui utique iam homo erat: Cor mundum crea in me deus, et de qua dicit apostolus: Si qua igitur in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt nova; omnia autem ex deo. Fingimur ergo id est formamur et creamur in operibus bonis que non preparavimus nos sed preparavit deus ut in illis ambularemus. Itaque karissimi vita bona nostra nichil est aliud quam dei gratia; sine dubio et vita eterna que bone vite redditur dei gratia est; et ipsa enim gratis datur quia gratis data est illa cui datur. Sed illa cui datur tantummodo gratia est, hec autem que illi datur quoniam premium eius est gratia est pro gratia tamquam merces pro iustitia, ut verum sit quoniam verum est quod reddet deus unicuique secundum opera eius. Deus vero aut legimus in libro sacro gratiam pro gratia forsitan quam in textibus sanctis evangelii secundum Iohannem tam luce clarissima videmus, ubi Iohannes baptista de domino Christo dicit: Nos omnes de plenitudine eius accepimus et gratiam pro gratia. De plenitudine itaque eius accepimus pro modulo nostro tamquam particulas nostras ut bene vivamus, sicut deus partitus est mensuram fidei, quia unusquisque proprium donum habet a deo, alius sic alius autem sic; et ipsa est gratia. Sed insuper accipiemus et gratiam pro gratia, cum nobis vita eterna reddetur, de qua dixit apostolus: Gratia autem dei vita eterna in Christo Iesu domino nostro. Cum enim prius dixisset: Stipendium peccati mors. Merito enim stipendium, quia militie diabolice mors eterna tamquam debitum redditur. Ubi tamen posset dicere et recte dicere: Stipendium autem iustitie vita eterna, maluit dicere: Gratia autem dei vita eterna, ut hinc intelligeremus non pro meritis nostris deum nos ad eternam vitam sed pro sua miseratione perducere. De quo in psalmo dicitur: Qui coronat te in miseratione et misericordia. Numquid non corona bonis operibus redditur? Sed quia ipsa bona opera ille in bonis operatur, de quo dictum est: Deus est enim qui operatur in nobis et velle et operari pro bona voluntate, ideo dixit psalmus: Coronat te in miseratione et misericordia, quia eius misericordia facimus bona opera quibus corona redditur. Non enim quia dixit: Deus est enim qui operatur in nobis et velle et operari pro bona voluntate, ideo liberum arbitrium abstulisse putandus est; quod si ita esset, non superius dixisset: Cum timore et tremore vestram ipsorum salutem operamini. Cum enim iubetur ut operentur, liberum eorum convenitur arbitrium; sed ideo cum timore et tremore, ne sibi tribuendo quod bene operantur de suis tamquam bonis extollantur operibus. Tamquam ergo interrogaretur apostolus et diceretur ei: Quare dixisti cum timore et tremore? horum verborum reddidit rationem dicens: Deus est enim qui operatur in nobis. Si enim timetis et tremitis, non vos extollitis quasi de vestris operibus bonis, quia deus est qui operatur in nobis. Fratres debemus quidem per liberum arbitrium non facere mala sed facere bona. Hoc enim nobis lex dei precipit in scripturis sanctis sine velaminibus. Sed legamus et adiuvante domino intelligamus apostolum dicentem: Quia non iustificabitur omnis caro ex lege coram ipso; per legem enim cognitio peccati. Cognitio dixit non consumptio. Cum autem cognoscit homo peccatum, si non adiuvet gratia ut cognitum caveat, sine dubio lex iram operatur. Quod alio loco dixit apostolus: Lex enim iram operatur. Hoc autem dixit quia ira dei maior est in prevaricatore. Quoniam per legem cognoscit peccatum et tamen facit, talis quippe homo prevaricator est legis, sicut enim alio loco dicit: Ubi enim lex non est nec prevaricatio. Hinc est et alibi ait: ut serviamus in novitate spiritus et non in vetustate littere, legem volens intelligi littere vetustatem, novitatem vero spiritus quid nisi gratiam? Et ne putaretur accusasse legem vel reprehendisse, continuo sibi proposuit questionem et ait: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Deinde subiunxit: Sed peccatum non cognovi nisi per legem. Hoc est quod dixerat: Per legem cognitio peccati. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret: Non concupisces. Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum

Quod lex non iustificet nec opera legis

Ego autem vivebam aliquando sine lege
adveniente autem mandato peccatum revixit
ego autem mortuus sum et in-
ventum est michi mandatum quod erat
in vitam hoc esse in mortem peccatum enim
occasione accepta per mandatum
fefellit me et per illud occidit. Itaque
lex quidem sancta et mandatum sanc-
tum et iustum et bonum. Quod ergo bonum
est michi factum est mors absit sed
peccatum ut appareat peccatum per bonum michi
operatum est mortem ut fiat supra mo-
dum peccator aut peccatum per mandatum
et ad Galatas dicit. Scientes autem
quod non iustificatur homo ex operibus
legis nisi per fidem Jhesu Christi et nos
in Christo Jhesu credidimus ut iustificemur
ex fide Christi et non ex operibus legis quia
ex operibus legis non iustificabitur
omnis caro. Et quid est ergo quod non
nisi omnino [illegible] et perversissimi pela-
giani legem dicunt esse gratiam dei qua
iuvamur a domino peccatum devitare. Et
est ingens quod dicunt qui sine
ulla dubitatione tanto apostolo contra-
dicunt ille dicit peccatum invenisse adi-
tum hominem accepisse per legem et
enim per mandatum quamvis sanctum
et iustum et bonum tamen occidere et
per bonum operari ei mortem de qua
non liberatur nisi vivificaret spiritus
enim quem littera occideret sicut alio lo-
co dicit spiritus littera occidit spiritus
autem vivificat. Et isti indociles
contra lucem dei ceci et contra altam
vocem dei surdi occidentem litteram
vivificare dicunt et vivificantem spiritum
contradicunt. Ergo fratres ut incipiens
potius apostoli nos moneamus verbis
debitores sumus non carni ut secundum
carnem vivamus. Si enim secundum
carnem vixeritis moriemini. Si autem
spiritu actiones carnis mortificaveritis
vivetis. Quod dixi ut apostolus nobis
liberum arbitrium nostrum a malo dete-
rreat et exhortetur ad bonum unde
tamen deo debetis in bonitate hoc
enim vobis ipsis non in domino gloria-
tur qui non secundum carnem vivunt
et spiritu actiones carnis mortifica-
tis ut enim non se extollerent quibus
ista dicebat confirmantes se suo
spiritu tamen quod bona opera facere posse
non dei spiritu cum dixisset Si autem
spiritu actiones carnis mortificaveritis
vivetis continuo subiecit. Quotquot
enim spiritu dei aguntur hii filii sunt dei
Ergo enim actiones carnis mortifica-
veritis ut vivetis gloriamini
illum laudate illi gratias agite cuius
spiritu agimini ut ista valeatis ut vos
filios dei esse monstretis. Quotquot est
enim spiritu dei aguntur hii filii dei sunt.
Quotquot autem quod adiuncto solo adiuto-
rio legis sine adiutorio gratie con-
fidentes in virtute sua suo spiritu a-
guntur non sunt filii dei. Tales
sunt de quibus idem dicit apostolus
quod ignorantes dei iustitiam
et suam volentes constituere iusti-
cie dei non sunt subiecti. De iu-
deis hoc dicit qui de se presumentes
gratiam repellebant et in Christum propterea
non credebant suam vero iustitiam
dicit eos volentes quae constituere
iusticia est ex lege non quia lex est ab ipsis
constituta sed in lege quae ex deo est
suam iustitiam constituerunt quando
eandem legem suis viribus se im-
plere posse credebant ignoran-
tes dei iustitiam. Non qua iustitia
deus iustus est sed quae iustitia est
homini a deo. Et ut sciatis hanc
illum esse dixisse iustitiam quae est
ex lege hanc autem dei quae homini
ex deo est audite quid alio loco
dicat cum de Christo loqueretur propter
quem omnia non solum [illegible] detrimenta
[illegible] credidi [illegible] et stercora existimavi
ut Christum lucrifaciam et in-
veniar in illo non habens meam iu-
stitiam quae ex lege est cum ista non
esset lex ipsa sed dei nisi quia suam
dixit iustitiam quamvis ex lege
esset quia sua voluntate legem
se posse putabat implere sine
adiutorio gratie quae est per fidem Christi.
Ideo cum dixisset non habens meam
iustitiam quae ex lege est secutus
adiunxit sed eam quae est per fidem
Christi quae est ex deo. Hanc ignora-
bant de quibus ait ignorantes
dei iustitiam id est quae est ex deo
habent enim de littera occidente
sed vivificantis spiritus et suam vole-
ntes constituere quam dixit ipse ex
lege iustitiam cum diceret
non habens meam iustitiam quae ex lege
est iustitiae dei non sunt subiecti

Hoc est ergo dei non sunt subiecti. Sub lege enim erant non sub gratia et ideo eis dominabatur peccatum a quo non fit homo liber lege sed gratia. Propter quod alibi dicit: Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim estis sub lege sed sub gratia. Non quia lex mala est sed quia sub illa sunt quos reos facit iubendo non adiuvando. Gratia quippe adiuvat ut legis quisque sit factor, sine qua gratia sub lege positus tantummodo erit legis auditor. Talibus itaque dicit: Qui in lege iustificamini a gratia excidistis. Quis ita sit surdus adversus apostolicas voces, quis ita desipiat sive insaniat nesciens quid loquatur ut audeat dicere legem esse gratiam cum clamet qui sciebat quid loqueretur: Qui in lege iustificamini a gratia excidistis. Si autem lex non est gratia quia ut ipsa lex fiat non potest lex adiuvare sed gratia, numquid natura erit gratia? Nam et hoc Pelagiani ausi sunt dicere gratiam esse naturam in qua sic creati sumus ut habeamus mentem rationalem qua intelligere valeamus facti ad imaginem dei ut dominemur piscibus maris et volucribus celi et omnibus pecoribus que repunt super terram. Sed non est hec gratia quam commendat apostolus per fidem Iesu Christi. Hanc enim naturam etiam cum impiis et infidelibus certum est nobis esse communem; gratia vero per fidem Iesu Christi eorum tantummodo est quorum est ipsa fides. Non enim omnium est fides. Sicut autem eis qui volentes in lege iustificari a gratia exciderunt verissime dicitur: Si ex lege iustitia ergo Christus gratis mortuus est, sic et his qui gratiam quam commendat et percipit fides Christi putant esse naturam verissime dicitur: Si per naturam iustitia ergo Christus gratis mortuus est. Iam hic enim erat lex et non iustificabat, iam hic erat et natura et non iustificabat. Ideo Christus non gratis mortuus est ut et lex per illum impleretur qui dixit: Non veni legem solvere sed implere, et natura per Adam perdita per illum repararetur qui dixit venisse se querere et salvare quod perierat, in quem venturum et antiqui patres crediderunt qui diligebant deum. Dicunt etiam gratiam dei que data est per fidem Iesu Christi que neque lex est neque natura ad hoc tantum valere ut peccata preterita dimittantur, non ut futura vitentur ut repugnantia superentur. Sed si hoc verum esset utique in oratione dominica cum diximus: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, non adderemus: Et ne nos inferas in temptationem. Illud enim dicimus ut peccata dimittantur, hoc autem ut caveantur sive vincantur, quod a patre misericordiarum nulla ratione peteremus si virtute voluntatis humane possemus efficere. Commoneo autem atque adhortor caritatem vestram ut beati Cypriani librum quem scripsit de oratione dominica diligenter legatis et quantum vos dominus adiuvaverit intelligatis memorieque mandetis. Ibi videbitis quemadmodum sic alloquatur liberum arbitrium eorum quos sermone suo edificat ut tamen ostendat ea que implenda videntur in lege in oratione esse poscenda, quod utique inanissime fieret si ad illa agenda sine divino adiutorio voluntas humana sufficeret. Sed cum fuerint convicti non defensores sed inflatores et precipitatores liberi arbitrii quia neque scientia divine legis neque natura neque sola remissio est illa gratia que per Iesum Christum dominum nostrum datur, sed ipsa facit ut lex impleatur, ut natura liberetur, ne peccatum dominetur, cum ergo in his convicti fuerint ad hoc se convertunt ut quoquo modo conentur ostendere gratiam dei secundum merita nostra dari. Dicunt enim: Et si non datur secundum merita operum bonorum quia per ipsam bene operamur, tamen secundum merita bone voluntatis datur, quia bona voluntas, inquiunt, precedit orantis quam precessit voluntas credentis, ut secundum hec merita gratia sequatur exaudientis dei. Iam vobis de fide, hoc est de voluntate credentis, in superiore disputatione, usque adeo eam demonstrans ad gratiam pertinere ut apostolus non diceret: Misericordiam consecutus sum ut fidelis essem. Et alia testimonia in quibus est quod ait: Sicut unicuique deus partitus est mensuram fidei, et quod iam commemoravi gratis

Quod gratia adiuvat ut quisque legis sit factor

Adhuc ostendit quod fides est donum dei

salium sed estis per fidem et hoc non ex vobis sed dei donum est. Et illud quod scripsit ad Ephesios: Pax fratribus et caritas cum fide a deo patre et domino Iesu Christo. Et illud ubi ait: Quia vobis donatum est pro Christo non solum ut credatis in eum verum etiam ut patiamini pro eo. Utrumque ergo ad dei gratiam pertinet et fides credentium et tolerantia patientium quia utrumque dixit esse donatum. Et illud maxime ubi dixit: Habentes autem eundem spiritum fidei. Non enim ait scientiam fidei sed spiritum quod propterea dixit ut intelligeremus quia fides et non petita conceditur ut ei petenti alia concedantur. Quomodo enim invocabunt in quem non crediderunt? Ergo spiritus gratie facit ut habeamus fidem ut per fidem impetremus orando ut possimus facere que iubemur. Ideo ipse apostolus assidue legi preponit fidem quia quod lex iubet facere non valemus nisi per fidem rogando impetremus ut facere valeamus. Nam si fides liberi est tantummodo arbitrii nec datur a deo, quid pro eis qui nolunt credere oramus ut credant? Quod prorsus faceremus inaniter nisi rectissime crederemus etiam perversas et fidei contrarias voluntates omnipotentem deum ad credendum posse convertere. Liberum quidem arbitrium hominis pulsatur ubi dicitur: Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Sed nisi posset deus etiam duritiam cordis auferre non diceret per prophetam: Auferam ab eis cor lapideum et dabo eis cor carneum. Quod de novo testamento fuisse predictum satis apostolus ostendit ubi ait: Epistola nostra vos estis scripta non atramento sed spiritu dei vivi, non in tabulis lapideis sed in tabulis cordis carnalibus. Quod non ideo dictum putemus ut carnaliter vivant qui debent spiritualiter vivere, sed quia lapis sine sensu est cui comparatum est cor durum, cui nisi carnem sentientem cor intelligens debuit comparari? Sic enim hoc dicitur per Ezechielem prophetam: Et dabo eis inquit cor aliud et spiritum novum dabo eis et evellam cor lapideum de carne eorum et dabo eis cor carneum ut in preceptis

meis ambulent et iustificationes meas observent et faciant eas. Et erunt mihi in populum et ego ero eis in deum dicit dominus. Numquid possumus nisi absurdissime dicere bonum meritum bone voluntatis in homine precessisse ut evelleretur ab eo cor lapideum, cum ipsum cor lapideum non significet nisi durissimam voluntatem et adversus deum omnino inflexibilem? Ubi enim precedit bona voluntas iam non est utique cor lapideum. Nam et alio loco per prophetam deus manifestissime ostendit non propter eorum aliqua bona merita sed propter nomen suum ista facere ubi ait: Ego facio domus Israel sed propter nomen meum sanctum quod profanastis in gentibus quo intrastis illuc. Et sanctificabo nomen meum magnum quod profanatum est in gentibus quod profanastis in medio eorum et scient gentes quia ego sum dominus dicit Adonay dominus cum sanctificatus fuero in vobis ante oculos eorum. Et accipiam vos de gentibus et congregabo vos de omnibus terris et inducam vos in terram vestram et aspergam vos aqua munda et mundabimini ab omnibus immunditiis vestris et ab omnibus idolis vestris et mundabo vos. Et dabo vobis cor novum et spiritum novum dabo in vobis et auferetur cor lapideum de carne vestra et dabo vobis cor carneum et spiritum meum dabo in vobis et faciam ut in iustificationibus meis ambuletis et iudicia mea observetis et faciatis. Et quis ita cecus est ut non videat, quis ita lapideus ut non sentiat istam gratiam non secundum merita bona voluntatis dari dicente domino atque testante: Ego facio domus Israel sed propter nomen meum sanctum? Quare enim dixit: Ego facio sed propter nomen meum sanctum, nisi ne illi putarent propter sua bona merita fieri, quod non erubescunt dicere Pelagiani? Non solum autem bona merita eorum nulla verum etiam mala merita precessisse demonstrat dicendo: Sed propter nomen meum sanctum quod profanastis in gentibus. Quis non videat horrendum malum esse nomen sanctum domini profanare? Et tamen propter ipsum nomen meum quod

Adhuc de gratia quod gratia non datur propter merita bona

quod prophanastis vos ego facio vobis
nos non propter vos et sanctificabo ergo
nomen meum magnum quod prophana-
tum est in gentibus quod prophanastis
in medio earum. Sanctificari se dicit
nomen suum quod superius dixerat sanctum
est. Ergo quod oramus in oratione
dominica dicentes sanctificetur nomen tuum ut
sanctificetur hominibus quod per se ipsum sine
dubio semper est sanctum. Deinde sequitur
et scient omnes gentes quoniam ego
sum dominus dicit adonay dominus cum
sanctificatus fuero in vobis. Ergo quoniam
semper ipse sit sanctus sanctificatur tamen
in eis quibus largitur gratiam suam
auferendo ab eis cor lapideum per quod
nomen domini prophanabant. Hic autem
ipab putetur nichil ibi facere homines per li-
berum arbitrium id dicitur in psalmo
Nolite obdurare corda vestra et per prophetam
Ezechielem Proicite a vobis omnes
impietates vestras quas impie egi-
stis in me et facite vobis cor novum
et spiritum novum facite et mandata
mea ut quid moriemini domus israel
dicit dominus quia nolo mortem
peccatoris morientis dicit adonay
dominus et convertimini et vivetis. Me-
minerimus dicere convertimini et vivite
cui dicitur Converte nos deus. Memi-
nerimus dicere Proicite a vobis
omnes impietates vestras cum ipse iustifi-
cet impium. Meminerimus ipsum dicere
Facite vobis cor novum et spiritum novum
qui dicit dabo vobis cor novum et spiritum
dabo vobis. Quomodo ergo quod
facite vobis est dicit dabo vobis. Quare
iubet si ipse daturus est. Quare dat
si homo facturus est nisi quia dat quod
iubet cum adiuvat ut faciat cui iubet.
Semper est autem in nobis voluntas li-
bera sed non semper est bona. Aut enim
a iustitia libera est quando servit peccato
et tunc est mala aut a peccato libera
est quando servit iustitie et tunc est bona.
Gratia vero dei semper est bona et per hanc
fit ut sit homo bone voluntatis qui
prius fuit voluntatis male. Per hanc
etiam fit ut ipsa bona voluntas que
iam esse cepit augeatur et tam magna
fiat ut possit implere divina man-
data que voluerit cum valde perfecteque
voluerit. Ad hoc enim valet quod scrip-
tum est Si volueris conservabis

[illegible] deus iubet aliqua que per nos facere non possumus

mandata ut homo qui voluit et
non potuit nondum se plene velle
cognoscat et oret. Ut habeat tantam
voluntatem quanta sufficit ad
implenda dei mandata sic quippe
adiuvatur ut faciat quod iubetur.
Tunc enim utile est velle cum possumus
et tunc est utile posse cum volumus.
Nam quid prodest si quod non pos-
sumus volumus aut quod possumus
nolumus. Magnum aliquid se scire
pelagiani dicunt putantes quando dicunt
non iuberet deus quod sciret non
posse ab homine fieri. Quis hoc
nesciat sed ideo iubet aliqua que non
possumus ut noverimus quid ab
illo petere debeamus. Ipsa est enim
fides que orando impetrat
quod lex imperat. Denique ipse qui
dixit Si volueris conservabis man-
data in eodem libro ecclesiastico ali-
quanto post dixit Quis dabit
ori meo custodiam et super labia
mea signaculum astutum ne forte
cadam ab eo et lingua mea perdat
me. Iam certe mandatum acceperat Co-
hibe linguam tuam a malo et labia
tua ne loquantur dolum. Cum ergo
verum sit quod dixit Si volueris
conservabis mandata quid est quod
ori suo dari custodiam similiter ei
qui dicit in psalmo Pone domine cu-
stodiam ori meo. Ideo ei sufficit
mandatum dei et voluntas sua
quando quidem si voluit conserva-
bit mandatum quam multa dei
mandata contra superbiam iam
noverat ea si voluit conservabit ea.
Quare ergo paulo post dicit Domine
pater et deus vite mee elationem oculorum
ne dederis michi. Iam dixerat ei
lex non concupisces. Velit ergo et fa-
ciat quod iubetur quoniam si voluerit
conservabit mandata. Quare et
dicit Aufer a me con-
cupiscentiam. Deus quam multa man-
data facit ea quia si voluerit con-
servabit mandata. Quid est quod
clamat Abdomen ventris appetitio
ne apprehendant me. Ne et concubitus
Si hoc ei imperaret diceremus responsio
nobis iubetur et dicitur [illegible]
mea quia hoc ab animo peto meo
legitur quando dixit Si volueris

consummabis mandata. Certum est
enim nos mandata servare si volumus
Sed quia preparatur voluntas a domino
ab illo petendum est ut tantum
velimus quantum sufficit ut vole
do faciamus. Certum est nobis nos
velle cum volumus sed ille facit ut
velimus bonum de quo dictum est a do
mino gressus hominis dirigentur et via
eius volet de quo dictum est deus
est qui operatur in nobis et velle
Certum est nos facere cum facimus
sed ille facit ut faciamus prebendo
vires efficacissimas voluntati
Qui dixit faciam ut in iustifi
cationibus meis ambuletis
et iudicia mea observetis et facia
tis. Cum dicit faciam ut faciatis
quid aliud dicit nisi auferam a vo
bis cor lapideum unde non facie
batis et dabo cor carneum unde faciatis
et hoc quid est nisi auferam a vobis
cor durum unde non faciebatis et
dabo cor obediens unde faciatis
Ipse facit ut faciamus cui dicitur
Pone domine custodiam ori meo. Hoc
est enim dicere sicut pone custodiam
ori meo quod beneficium dei iam fu
erat consecutus qui dixit po
sui ori meo custodiam. Qui ergo
vult facere dei mandatum et non
potest iam quidem habet voluntatem
bonam sed adhuc parvam et invalidam
poterit autem cum magnam habuerit
et robustam. Quando enim martires
magna illa mandata utique vo
luntate hoc est magna illa caritate
fecerunt de qua caritate ipse
dominus ait Maiorem hac caritatem
caritate nemo habet quam ut
animam suam ponat pro amicis
suis. Unde et apostolus dicit Qui
diligit proximum legem implevit
Nam non adulterabis non homi
cidium facies non furaberis non
concupisces et si quod est aliud
mandatum in hoc sermone reca
pitulatur Diliges proximum tuum
tanquam te ipsum. Dilectio pro
ximi malum non operatur. Plenitu
do ergo legis est dilectio. Ipsam ca
ritatem apostolus petrus non ha

buit quando timore dominum ter negavit
Timor enim non est in caritate sicut ait
iohannes ewangelista in epistola sua
sed perfecta caritas foras mittit ~~timorem~~
timorem. Et tamen quamvis parva
et imperfecta non deerat quando dice
bat domino animam meam pro te
ponam. Putabat enim se posse
quod se velle sentiebat. Et quis istam
etsi parvam dare ceperat caritatem
nisi ille qui preparat voluntatem et coope
rando perficit quod operando incipit? Qui
ipse ut velimus operatur incipiens
qui volentibus cooperatur perficiens. Propter
quod ait apostolus Certus sum quoniam
qui operatur in nobis opus bonum
perficiet usque in diem christi ihesu. Ut ergo
velimus sine nobis operatur. Cum
autem volumus et sic [illegible] ut fa [ut sic volumus]
ciamus nobiscum cooperatur. Tamen
sine illo vel operante ut velimus
vel cooperante cum volumus ad bona
pietatis opera nihil valemus
De operante illo ut velimus dic
tum est deus est enim qui operatur in
nobis et velle. De cooperante illo eti
am volumus et volendo facimus
Scimus inquit quoniam diligentibus
deum omnia cooperantur in bonum
Quid est omnia nisi et terribiles
et sevas passiones. Sarcina quippe
illa que infirmitati gravis est levis — Et caritati sarcina gravis et levis
efficitur caritati. Talibus enim dominus
dixit esse suam sarcinam levem qua
lis petrus fuit quando passus est pro
christo non qualis fuit quando negavit
christum. Istam caritatem idem domino
ardentissima caritate volumus
commendans apostolus dicit Quis nos — Commendacio caritatis
separabit a caritate christi? tribulatio
angustia an fames an persecutio
an nuditas an periculum an
gladius sicut scriptum est quia
propter te mortificamur tota die de
putati sumus velud oves occisi
onis. sed in hiis omnibus supervincimus
per eum qui dilexit nos. Certus sum enim
quia neque mors neque vita neque
angeli neque principatus neque presen
cia neque futura neque altitudo neque
profundum neque creatura alia po
terit nos separare a caritate dei que
est in christo ihesu domino nostro. Et alio loco
dicit adhuc supereminentiorem vi
am vobis demonstro. Si linguis

omnibus hominū loquar z angelorum ca
ritatem aut non hēam factus sum eta
mentum sonans aut cimbalū tinniens
Et si habuero pphetiam z si sciero omīa
sacramenta z si hūero omnem fidē ita
ut montes transferam caritatem autē
non hēam nichil sum z si distribuero omīa
mea pauperibus z si tradidero corpus
meum ita vt ardeam caritatē autē nō hēo n
ichil mihi pdest caritas magnanimis est benigna
est Caritas non emulatur non agit pe
ram non inflatur non est ambiciosa nō querit
que sua sunt non irritatur nō cogitat
malum nō gaudet sup iniquitatem
congaudet autē veritati omīa suffert
omīa credit omīa sperat caritas nūꝗ̄
cadit z paulo pꝰ Manent inquit spes
fides caritas / Maior autē horum
caritas Sectamini autem caritatē
Item dicit ad galathas vos enī
in libertate vocati estis fratres tantum
ne libertatem in occasionem carnis
detis sz p caritatem seruite invicem
Omnis enī lex in vno sermone implet̄
m. quod diliges pximum tuū
sicut te ipm hec est quod ad romanos
nos aut enim diligit alterum legem
impleuit Item dicit ad colocenses
Sup omnia autem habete caritatem que est
vinculum pfectionis Et ad thimo
theum finis inquit pcepti est caritas
z addit qualis caritas de cor
de inquit puro z cōsciā bona z
fide nō ficta. Ad corinthios autē
cum dicat omīa vr̄a in caritate
fiant Quatis ondit etiā operibus corp
tiones quas asperas z amaras fra
trum cum corripimus cum caritate esse
faciendas Vn̄ z alibi enim dixis
set Corripite inquietos consola
mini pusillanimes suscipite infirmos
pacientes estote ad omnes Videte
ne quis malum pro ma
lo alicui reddat Ergo z qui corri
pitur inquieti nō malū p malo sz
potius bonū reddit̄ Hec aut omīa
que nisi caritas opatur Et aplus
petrus ante omīa inquit mutuam
in vobis caritatem pcuis habentes
quia caritas operit multitudinem
pctorum dicit etiā iacobus aplus si
tamen legem pficitis regalem scdm
scripturas Diliges pximum tuū sicut
te ipm bene facitis Item io
hannes aplus qui diligit inquit
fratrem suum in luce manet z alio loco

Quod corripi[illegible] fiat correctio

Qui nō est iustus nō est ex deo z qui
nō diligit fratrem suum quia hec est annū
ciatio quam audiuimus ab initio ut
diligamus nos invicem Itemque alibi hoc
est inquit mandatum illius ut creda
mus nomini filii eius ihū xpī et di
ligamus invicem z iterum hoc inquit
mandatum habemus ab ipso ut qui
diligit deum diligat z fratrem suum z pau
lo post in hoc inquit cognoscimus quia
diligimus filios dei cum deum dilig
imus z pcepta eius facimus Hec est enim
dilectio dei ut pcepta eius faciamus
z pcepta illius grauia non sunt Et in
epistola 2a scriptum est Non quasi p
ceptum z nouum scribam tibi Sz quod
hūimus ab initio ut diligamus invicem
Dicit etiā ipse dominus ihūs in duobz
preceptis dilectionis dei z dilectionis
pximi totam legem pphetasque pe
dere de quibus duobus preceptis marcus
scdm marcum scriptum est accessit
vnus de scribis qui audierat illos
conquirentes z videns quoniam bn̄
illis respondit interrogauit eum quod
esset pmū omnium mandatum Jhesus
aut respondit ei pmū omnium manda
tum est audi israel dominus deus
tuus vnus est z diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo z ex toto
anima tua z ex tota mente tua
hoc est pmum mandatum Secun
dum aut simile illi diliges pro
ximum tuum tamquam te ipm
Maius horum aliud mandatum nō est
Dicit etiam in alio scdm iohēm
Mandatum nouum do vobis ut dili
gatis invicem sicut dilexi vos
z ut z vos diligatis invicem In hoc
cognoscent omnes quia discipu
li mei estis si dilectionem habueritis
ad invicem Hec omnia pcepta dilec
tionis ad est caritatis que tamen
z talia sunt ut quicquid homo
si pmiserit facere bene si fiat sine
caritate nullo modo fiat bene Hec
ergo pcepta caritatis in ante dare
hominibus non habentibus liberum volun
tatis arbitrium Sz quia p legem
dauit z veterem z nouam quamuis
in noua venit gr̄a que pmitte
batur in vetere lex autem sine gr̄a lit
tera est occidens In gr̄a uero spus
iustificans vnde z in hominibus
dei caritas z pximi nisi corpo
deo Nam si non ex deo sz ex nobis

Ostendit quod caritas dei donum est

meruimus per legem. Si autem ex deo
vicimus per legem nos. Sed dicat qui-
ut nos in deo apostolus iohannes et di-
cit nobis Carissimi diligamus in-
vicem. In hys verbis iohannis extollunt se
illi arbitrii libertate et dicunt quid
nobis hoc precipitur nisi quia ex nobis ha-
bemus ut invicem diligamus. Sed
continuo idem iohannes confundit
eos dicens quia dilectio ex deo est.
non itaque ex nobis sed ex deo est. Cur er-
go dictum est diligamus nos invicem
quia dilectio ex deo est nisi quia precep-
to admonitum est liberum arbitrium
ut quereret dei donum. Ut quidem sine
suo fructu prorsus admoneretur nisi prius
acciperet aliquid dilectionis ut ad-
di sibi quereret unde quod iubebatur imple-
ret. Enim dicat diligamus invicem
lex est. Enim dicat quia dilectio ex deo
est gratia est. Sapientia quippe dei legem
et misericordiam in lingua portat. Unde scriptum
est in psalmo: etenim benedictionem dabit
qui legem dedit. Nemo ergo vos
fallat fratres mei quia nos non dili-
geremus deum nisi prior ipse diligeret.
Idem iohannes apertissime ostendit
et dicit: Nos diligamus quia ipse
prior dilexit nos. Gratia nos facit le-
gis dilectores. Lex vero ipsa sine
gratia non nisi prevaricatores facit.
Et quod discipulis suis dixit dominus
Non vos me elegistis sed ego elegi
vos. Nichil aliud indicat nisi quia si
enim nos prius dileximus ut hoc merito
nos ipse diligeret prius illum nos ele-
gimus ut ab illo eligi mereremur.
Sed ipse qui veritas est aliud dicit et
huic vanitati hominum apertissime
contradicit: Non vos me elegistis
inquit. Si ergo non elegistis sine
dubio nec dilexistis. Quomodo enim
eum eligerent quem non diligerent.
Sed ego inquit vos elegi. Numquid non
et ipsi postea elegerunt eum et om-
nibus bonis huius seculi pretulerunt.
Sed quia electi sunt elegerunt non
quia elegerunt electi sunt. Et
eligentium hominum meritum nullum
esset nisi eos eligentis dei gratia pre-
veniret. Unde et apostolus paulus benedi-
cens thessalonicenses: Vos inquit dominus
multiplicet et habundare faciat
in caritate in invicem et in omnes. Hanc
benedictionem dedit ut nos invicem
diligeremus qui legem dederat ut in-

vicem diligeremus. Denique alio loco
ad eosdem quia sine dubio in quibus-
dam eorum iam erat quod ut esset
optaverat: Gratias inquit agere debemus
deo semper pro vobis fratres sicut dignum
est quoniam supercrescit fides vestra et
habundat caritas unius cuiusque vestrum
in invicem. Hoc dixit ne forte de tanto bo-
no quod ex deo habebant tamquam
ex se ipsis hoc habentes extollerentur.
Quia ergo supercrescit fides vestra inquit
et habundat caritas unius cuiusque
vestrum in invicem gratias agere debemus de-
o de vobis. Non illos laudare debemus
tamquam hec habentes ex se ipsis. Et ad
thimotheum dicit: Non enim dedit
nobis deus spiritum timoris sed virtutis
et caritatis et continentie. In quo sane
apostoli testimonio cavere debemus ne
nos arbitremur non accepisse spiritum
timoris dei. Quod sine dubio
magnum est dei donum de quo dicit — Spiritus timoris est dei donum
ysaias propheta: Requiescet super eum
spiritus sapientie et intellectus spiritus consilii
et fortitudinis spiritus scientie et pietatis — de dupplici timore
spiritus timoris dei. Non quo timore
christum petrus negavit sed illius
timoris spiritum accepimus de quo dicit
ipse dominus christus: Eum timete
qui habet potestatem et corpus et animam
perdere in iehennam. Ita dico vobis
hunc timete. Hoc autem dixit ne
illo timore negaremus eum quo
turbatus est petrus. Hunc enim
voluit auferre a nobis cum prius
dixit: Nolite timere eos qui corpus
occidunt et postea non habent quod
faciant. Huius timoris non habemus
spiritum accepimus sed virtutis et caritatis
et continentie. De quo spiritu idem ipse
ad romanos ait: Gloriamur in tribu-
lacionibus scientes quoniam tribulatio
pacienciam operatur paciencia probationem
probatio spem spes autem non confundit
quia caritas dei diffusa est in cor-
dibus nostris per spiritum sanctum qui
datus est nobis. Non itaque per — Abstine quod caritas sit donum dei
nos sed per spiritum sanctum qui datus — et non ex nobis
est nobis ipsa caritas fit que
donum dei esse manifestum est ut tri-
bulacio ~~dei~~ non auferat sed potius
operetur pacienciam. Ad ephesios etiam
Pax inquit fratribus et caritas cum

sed magna bona sicut dicit unde a deo
inquit patre et domino ihesu christo haec ergo
magna bona non sunt nisi dei dona. Sed
non quemadmodum si lux lucet in tenebris et
tenebrae eam non comprehenderunt. In Io
hannis epistola super dicit Ecce qualem dilectionem
dedit nobis pater ut filii dei vocemur
et simus. Et in pelagianis tenebris di
citur Dilectio nobis ex nobis est quam
si verum id est veram dilectionem haberent
scirent et non haberent sicut sciebat
apostolus qui dicebat nos autem non
spiritum huius mundi accepimus sed spiritum
qui ex deo est ut sciamus quae a deo do
nata sunt nobis. Iohannes dicit Deus dilectio
est et in pelagiana caritate non deum non ex deo
se pertinet ipsis quae se dicunt et in scientiam
legis ex deo nobis esse fatentur. Caritatem
autem ex nobis ipsis volunt. Nec audiunt a
postolum dicentem scientia inflat caritas
vero edificat. Quid est inquis sine
ne quid est amentius et ab ipsa sanctitate
caritatis alienius quam confiteri ex deo esse
scientiam quae sine caritate inflat et ex
nobis esse caritatem quae facit ut
scientia inflare non possit. Item cum di
cat apostolus supereminentem scientiae
caritatem christi. Quid est insanius quam pu
tare ex deo esse scientiam quae subdenda
est caritati et ex hominibus caritatem quae
supereminet scientiae. Fides autem vera
et doctrina sana ambas dicit esse ex deo
quia scriptum est A facie eius scientia et
intellectus procedit et scriptum est Cari
tas autem ex deo est et legimus spiritum scientiae
et pietatis et legimus spiritum virtutis et
caritatis et continentiae. Sed maius est
donum caritatis quam scientiae. Nam scientia
cum est in homine caritas est necessaria
ne inflet. Caritas autem non aemulatur
Conclusio non agit perperam non inflatur. Satis
me disputasse arbitror adversus eos
qui gratiam dei vehementer oppugnant
qua voluntas humana non tollitur
sed ex mala mutatur in bona et cum
bona fuerit adiuvatur. Et sic disputasse
me non tam ego quam divina ipsa
scriptura nobiscum locuta sit evi
dentissimis testimoniis veritatis. Quae
scriptura divina si diligenter inspiciatur
ostendit non solum bonas hominum volun
tates quas ipse facit ex malis et a se
factas bonas in actus bonos
et in eternam dirigit vitam verum etiam

Quod aliqua peccata sunt penae peccatorum aliorum

illas quae conservant saeculi creaturas
ita esse in dei potestate ut eas quo
voluerit quando voluerit faciat incli
nari vel ad beneficia quibusdam
praestanda vel ad poenas quibus
dam ingerendas sicut ipse iu
dicat occultissimo quidem iudi
cio sed sine dubitatione iustissimo.
Etiam invenimus aliqua peccata et
poenas esse aliorum peccatorum sicut sunt
vasa irae quae perfecta dicit apostolus
in perditionem sicut est induratio
pharaonis cuius et causa dicitur ad
ostendendam in illo virtutem dei. Si
cuti est fuga israhelitarum a facie
hostium de civitate Gai. In ani
mo enim factus est timor ut fugerent
et hoc factum est ut vindicaretur
peccatum eo modo quo fuerat vindicari
dignum. Unde dicit dominus ad Ie
su nave Non poterunt filii israel
subsistere ante faciem inimicorum suorum.
Quid est non poterunt subsistere?
Quare non subsistebant per liberum ar
bitrium sed perterriti timore turbati,
voluntate fugiebant nisi quia deus
dominatur et voluntatibus hominum
et quos vult in formidinem convertit ira
tus. Numquid non hostes israheli
tarum adversus populum dei quem du
cebat Iesus Nave voluntate propria
pugnaverunt et tamen dicit scriptura
quia per dominum factum est confortari
cor eorum ut obviam exirent ad israel
ad bellum ut exterminarentur. Numquid
non sua voluntate homo improbus
filius Gemini Semei maledi
cebat regi david. Et tamen quid
ait david plenus vera et alta et
pia sapientia. Quid ait illi qui male
dicere voluit Quid mihi
inquit et vobis filii sarvie dimit
te eum et maledicat quia dominus
dixit illi maledicere david. Et quis
dicet ei quare fecisti sic. Deinde scrip
tura divina plena sententiam regis velut
ab alio inicio repetendo commendans
et dixit inquit david ad abisai et ad
omnes pueros eius Ecce filius
meus qui exivit de utero meo quae
rit animam meam et adhuc nunc
filius gemini sinite illum male
dicere quoniam dixit illi dominus ut videat
dominus humilitatem meam et retribuat mihi
bona pro maledictione eius in die isto

Quomodo dixit dominus huic homini maledicere david quis sapiens est et intelliget? non enim iubendo dixit ubi obedientia laudaretur sed quod eius voluntatem proprio vitio suo malam in hoc peccatum iudicio suo iusto et occulto inclinavit ideo dictum est dixit ei dominus. Nam si iubenti obtemperasset laudandus potius quam puniendus esset sicut ex hoc peccato postea novimus esse punitum nec causa tacita est cur ei dominus isto modo dixit maledicere david hoc est cor eius malum in hoc miserit vel dimiserit ut videat inquit dominus humilitatem meam et retribuat michi bona pro maledicto eius in die isto. Ecce quomodo probatur deus uti cordibus et malorum ad laudem atque adiutorium bonorum sic usus est iuda tradente xpistum sic usus est iudeis crucifigentibus xpistum et quanta inde bona prestitit populis credituris. qui et ipso dyabolo utitur pessimo sed optime ad exercendam et probandam fidem et pietatem bonorum non sibi qui omnia scit antequam fiant sed nobis quibus erat necessarium ut eo modo ageretur nobiscum. Numquid non sua voluntate absalon elegit consilium quod sibi oberat et tamen ideo fecit quia exaudierat dominus eius patrem orantem ut hoc fieret propter quod ait scriptura et dominus mandavit dissipare consilium achitofel bonum ut induceret dominus super absalon mala omnia. bonum consilium dixit quod ad tempus proderat cause quia pro ipso erat contra patrem eius contra quem rebellaverat ut eum posset vincere et opprimere nisi dominus consilium dissipasset quod dederat achitofel agendo in corde absalon ut tale consilium repudiaret et aliud quod ei non expediebat eligeret. Quis non istis divinis iudiciis contremiscat quibus agit deus in cordibus etiam malorum hominum quidquid vult reddens eis tamen secundum merita eorum. Roboam filius salomonis respuit consilium salubre seniorum quod ei dederant ne cum populo dure ageret et verbis coequalium suorum potius acquievit respondens dominative quibus leniter debuit. unde hoc nisi propria voluntate? sed hinc recesserunt decem tribus istius et alium regem sibi constituerunt Ieroboam ut irati dei voluntas fieret quod futurum esse predixerat. Quid enim scriptura dicit? et non audivit rex plebem quoniam erat conversio a domino ut statueret verbum suum quod locutus est in manu achie silonite de Ieroboam filio nabath. Hec tempore sic factum est et illud per hominis voluntatem ut cum conversio esset a domino. Lege libros paralipomenon et invenies in secundo libro scriptum. Et suscitavit dominus super ioram spiritum philistinorum et arabum qui erant finitimi ethyopibus et ascenderunt in terram iuda et dissipaverunt eam et ceperunt omnem substantiam que in domo regis inventa est. Hic ostenditur deum suscitasse hostes eius terre vastande quos tali pena iudicavit dignos. Numquid tamen filistiim et arabes in terram iude dissipandam sine sua voluntate venerunt aut sic venerunt sua voluntate ut mendaciter scriptum sit quod dominus ad hec facienda eorum spiritum suscitavit. Immo utrumque verum est quia et sua voluntate venerunt et tamen spiritum eorum dominus suscitavit quod sic dici potest et eorum spiritum dominus suscitavit tamen et sua voluntate venerunt. agit enim omnipotens in cordibus hominum etiam motum voluntatis eorum ut per eos agat quod per eos agere ipse voluit qui omnino iniuste aliquid velle non novit. Quid est quod homo dei dixit ad amasiam regem. non veniat tecum exercitus israel. non enim est dominus cum omnibus filiis effraim quoniam si putaveris obtinere in illis in fugam convertet te deus ante inimicos quoniam est virtus dei adiuvare et in fugam vertere. Quomodo virtus dei alios iuvat in bello dando eis fiduciam alios immisso timore vertit in fugam nisi quia ille qui in celo et in terra omnia quecumque voluit fecit etiam in cordibus hominum operatur. Legimus quid dixerit ioas rex israel mittens nuntios enim ad amasiam regem volentem pugnare cum illo

[Margin, left:] quod deus malis utitur

[Margin, right:] quod deus inclinat hominum voluntates sive ad bonum sive ad malum quocumque voluit

Nam post aliqua dixit Nunc sede in domo quare provocas te in malum ut cadas tu et iudas tecum Deinde scriptura subiunxit et non audivit amasias quoniam a deo erat ut traderetur in manus eius quia quesierunt deos edom Ecce deus ydolatrie peccatum volens vindicare quid operatus est in corde eius cui utique iuste irascebatur ut admonitionem salubrem non audiret sed contempta iret in bellum ubi cum suo exercitu caderet. Per ezechielem prophetam dicit deus Et propheta si erraverit et locutus fuerit ego dominus seduxi prophetam illum et extendam manum meam super eum et exterminabo eum de medio populi mei israel. Est in libro hester scriptum est quod mulier de populo israel in terra captivitatis facta erat uxor alienigene regis assueri. In eius libro scriptum est quod cum haberet necessitatem interveniendi pro populo suo quem rex ubicumque in regno eius esset interfici iusserat oravit dominum. Urgebat eam tanta necessitas ut et preter iussum regis et preter ordinem sui ad illum auderet intrare. Et videte quid scriptura dicat Et intuitus est eam tamquam taurus in impetu indignationis sue et timuit regina et conversus est color eius per dissolutionem et inclinavit se super caput delicate sue que precedebat eam. Et convertit deus et transtulit indignationem eius in lenitatem. Scriptum est et in proverbiis salomonis Sicut impetus aque sic cor regis in manu dei quocumque voluerit declinabit illud. Et in psalmo centesimo quarto legitur dictum de egyptiis quid eis facit deus et convertit cor eorum ut odirent populum eius ut dolum facerent in servos eius. In litteris etiam apostolicis videte que scripta sunt in epistola pauli apostoli ad romanos Propterea tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam. Item paulo post Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie. Item paulo post Et sicut non probaverunt deum habere in notitia tradidit illos deus in reprobam mentem ut faciant que non conveniunt. Et ad thessalonicenses in epistola secunda ait de quibusdam pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt ut salvi fierent ideo mittet illis deus operationem erroris ut credant mendacio ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati sed consenserunt iniquitati. His et talibus testimoniis divinorum eloquiorum que omnia commemorare nimis longum est satis quantum existimo manifestatur operari deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocumque voluerit sive ad bona pro sua misericordia sive ad mala pro meritis eorum iudicio utique suo aliquando aperto aliquando occulto semper autem iusto. Fixum enim debet esse et immobile in corde vestro quia non est iniquitas apud deum. Et per hoc quando legitis in litteris veritatis a deo seduci homines aut obtundi vel obdurari corda eorum nolite dubitare precessisse mala merita eorum ut iuste ista patiantur ut non incurratis in illud proverbium salomonis Insipientia viri violat vias eius deum autem causatur in corde suo. Gratia vero non secundum merita hominum datur alioquin gratia iam non est gratia quia ideo gratia vocatur quia gratis datur. Si autem potens est sive per angelos sive bonos sive malos sive quocumque alio modo operari etiam in cordibus malorum pro meritis eorum quorum maliciam non ipse fecit sed aut originaliter tracta est ab adam aut crevit per propriam voluntatem quid mirum est si per spiritum sanctum operatur in cordibus electorum bona qui operatus est ut ipsa corda essent ex malis bona. Sed supponant homines quilibet merita bona que putant precedere ut iustificentur per dei gratiam non intelligentes cum hoc dicunt nichil aliud quam negare se gratiam. Sed ut dixi quod volunt de maioribus suspicentur de parvulis certe pelagiani quid

respondeant non inveniunt. Quorum
nec voluntas ulla est in accipienda
gratia cuius voluntatis initium precessisse
dicunt et insuper eos etiam cum fletu
reluctari videmus quando bapti-
zantur et divina sacramenta ~~percipiunt~~
percipiunt quod eis ad magnum impie-
tatis peccatum imputaretur si iam libero
uterentur arbitrio et tamen heret etiam
in reluctantibus gratia apertissime il-
lis bono initio precedente. alioquin
gratia iam non esset gratia. Et aliquando fi-
lios infidelium perscrutatur hec gratia cum oc-
culta dei providentia in manibus piorum
quomodocumque perveniunt. aliquando filii
fidelium non eam consequuntur, aliquo
impedimento orto ne possit periclitan-
tibus subveniri. sunt vero ista per occul-
tam dei providentiam cuius inscruta-
bilia sunt iudicia et investigabiles
vie. Quod ut apostolus dicit quid pre-
dixit agebat intuemini enim deinde
iis et gentibus cum scriberet ad Roma-
nos id est ad gentes et ait Sicut enim
aliquando vos non credidistis deo nunc
autem misericordiam consecuti estis in illorum
incredulitate, sic et hii nunc non
crediderunt in vestra misericordia ut et ipsi misericordiam
consequantur. Conclusit enim deus
omnes in incredulitate ut omnium misereatur.
Et enim attendisset quid dixit admi-
rans sententie sue. Certa quidem
veritatem sed magnam profunditatem
quomodo conclusit deus omnes in
incredulitate ut omnium misereatur.
quasi faciens mala ut veniant bo-
na. mox exclamavit atque ait O alti-
tudo divitiarum sapientie et scientie dei
quam inscrutabilia sunt iudicia eius
et investigabiles vie eius. hec enim
iudicia inscrutabilia et investiga-
biles vias perversi homines non cogi-
tantes et proclives ad reprehendendum
non ydonei ad intelligendum putaba-
bant et arguebant apostolos dicere facia-
mus mala ut veniant bona. quod
absit ut apostoli dixerint. sed homines non
intelligentes hoc putabant dici
cum audiebant quod dixit apostolus
Lex autem subintravit ut habundaret delic-
tum, ubi autem habundavit delictum superhabun-
davit gratia. sed utique gratia id agit ut
iam fiant bona ab eis qui fecerunt
mala non ut persistant in malis et
reddi sibi existiment bona. Non ergo
debent dicere faciamus mala ut veniant ~~mala~~
bona

si fecerimus mala ut veniant bona
iam faciamus bona ut in futuro seculo
recipiamus pro bonis bona. quamvis que
alio recipimus pro malis bona. propter quod
scriptum est in psalmo Misericordiam et iudi-
cium cantabo tibi domine. propterea itaque pro-
ideo venit filius hominis in mundum
ut iudicet mundum sed ut salvetur mundus
per ipsum. hoc propter misericordiam. propterea vero post iudi-
cium venturus est iudicare vivos et
mortuos. Quamvis in hoc tempore
ipsa salvatio non fiat sine iudicio sed
occulto. Ideo ait In iudicium veni in
hunc mundum ut qui non vident
videant et qui vident ceci fiant. Ad
occulta ergo iudicia referatur quod
in infantibus in una causa quamvis esset hunc
omnes pariter hereditatem malam
trahentes ex Adam huic subveni-
ri ut baptizetur. illi non subveniri
ut etiam in ipsa obligatione moriatur.
illum baptizatum relinqui hac
vita quem prescivit deus impium fu-
turum, istum non baptizatum rapi ex
hac vita ne malicia mutaret intel-
lectum eius. et noli te in istis dicere
iniustitiam vel insipientiam dei apud
quem iusticie fons est et sapientie.
Ergo sicut vos exhortatus sum ab initio
sermonis huius ab initio in quod
pervenistis in eo ambulate et quod
nobis deus revelaverit si non in hac
vita esse in alia. Nichil est enim oc-
cultum quod non revelabitur. Cum
ergo auditis dicentem dominum Ego dominus
seduxi prophetam illum et quod ait apostolus
Cuius vult miseretur et quem vult
obdurat, in eo quem permittit seduci
vel obdurari mala eius merita credi-
mus. in eo cuius miseretur gratiam dei
non reddentis mala pro malis sed
bona pro malis fideliter et indubita-
ter agnoscite. Nec ideo auferatis a pharao-
ne liberum arbitrium quia multis
locis dicit deus Ego induravi pha-
raonem vel induravi vel indurabo
cor pharaonis. Non enim ideo ipse pharao non
induravit cor suum. Nam et hoc de pharao-
ne illo legitur quando ablata est ab e-
gyptiis cenomia dicente scriptura: Et
ingravavit pharao cor suum in isto
tempore et noluit dimittere populum. ac
per hoc et deus induravit per iustum
iudicium et ipse pharao per liberum arbi-
trium. Certi ergo estote quia non erit
inanis labor vester si in bono

pro bonis precedentibus procedentibus ipsorum finem. Deus enim qui in illis quos liberet non reddit secundum opera eorum tunc reddet unicuique secundum opera eius. Reddet omnino deus et mala pro malis quoniam iustus est et bona pro malis quoniam bonus est et bona pro bonis quoniam bonus et iustus est tantummodo mala pro bonis non reddet quoniam iniustus non est. Reddet ergo mala pro malis penam pro iniusticia et reddet bona pro malis gratiam pro iniusticia reddet et bona pro bonis gratiam pro gratia. Repetite assidue librum istum et si intelligitis deo gracias agite ubi autem non intelligitis orate ut intelligatis dabit enim nobis dominus intellectum. Mementote scriptum esse. Si quis vestrum indiget sapientia postulet a deo qui dat omnibus affluenter et non improperat et dabitur ei. Ipsa est sapientia desursum descendens sicut ipse apostolus iacobus dicit. Illam vero sapientiam repellite a vobis et orate ut non sit in nobis quam detestatus est ubi ait. Quod si zelum amarum habetis et contentiones in nobis sint non est ista sapientia desursum descendens sed terrena animalis dyabolica. Ubi enim zelus et contencio est ibi et inconstancia et omne opus pravum. Que autem desursum est sapientia primum quidem pudica est deinde pacifica modesta suadibilis plena misericordia et fructibus bonis inestimabilis sine simulatione. Quid boni ergo non habebit qui hanc sapientiam postulavit et impetravit a domino et hinc intelligite gratiam quia si ex nobis esset ista sapientia desursum non esset nec ab ipso qui nos creavit deo postulanda esset. Fratres orate et pro nobis ut temperanter et pie et iuste vivamus in hoc seculo expectantes illam beatam spem et manifestationem domini et salvatoris nostri ihesu christi. Cui est honor et gloria et regnum cum patre et spiritu sancto in secula seculorum amen. Explicit liber de gratia et libero arbitrio.

Incipit liber de correptione et gratia

Lectis litteris vestris valentine frater dilectissime et qui simul servitis deo quas per fratrem florum et eos qui cum illo ad vos venerunt misistis caritati nostre egi deo gratias quod vestram in domino pacem et in veritate consensionem et in caritate flagranciam nobis reddito sermone cognovimus. Quod autem sibi sermonem quorundam apud nos in litigio et inimicus demoliebatur et eius insidias in suorum fratrum precepti mirabili bonitate convertit ad hoc potius valuit ut nullum eorum deiceret imperitis sed non nullos instrueret in melius. Non itaque opus est omnia eandem veritatem que sufficienter nobis pleno libro disputata est iterum sermonibus. Que quo suscepistis scripta indicamentum vero per [illegible] nullo modo aliter [illegible] satis nobis in noticiam potuisset. Ergo enim fructuosissimum habere velle non vos pigeat relegendo et notissime ut diligentissime sciatis quibus et qualibus erroribus resistendum sit ut sinodis nobis gemina sed divina occurrat auctoritatis aqua recte non deviemus si volumus pervenire quo tendimus. Dominus autem ipse non solum ostendit nobis a quo malo declinemus et quod bonum faciamus quod solum potest legis littera verum et adiuvat nos ut declinemus a malo et faciamus bonum. Quod nullus potest sine spiritu gratie. Que si desit ad hoc lex adest ut reos faciat et occidat propter quod dicit apostolus littera occidit spiritus autem vivificat. Qui ergo legitime lege utitur discit in ea bonum et malum et non confidens in virtute sua confugit ad gratiam qua prestante declinet a malo et faciat bonum. Quis autem confugit ad gratiam nisi cum a domino gressus hominis diriguntur et viam eius volet ac perfecte desiderarit auxilium gratie et in tuum gratie est. De quo ait ille. Et dixi nunc cepi hec est immutatio dextere excelsi. Liberum itaque arbitrium et ad bonum et ad malum faciendum confitendum est nobis esse sed in malo faciendo liber est quisque iusticie servusque peccati. In bono autem liber esse nullus potest nisi fuerit liberatus ab eo qui dixit. Si vos filius liberavit tunc vere liberi eritis. Nec ita ut cum quisque fuerit a peccati dominatione liberatus iam non indigeat sui liberatoris auxilio sed ita potius ut ab illo audiens sine me nichil potestis facere dicat ei et ipse. Adiutor meus esto ne derelinquas me. Hanc fidem que sine dubio vera et prophetica et apostolica fides est etiam in fratre nostro floro invenisse me gaudeo. In hiis predicationibus corrigendi sunt eos quibus predicto deo correctus est iam quasi mo qui eam non intelligebat intelligenda

Est enim gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum qua sola homines liberantur a malo et sine qua nullum prorsus sive cogitando sive volendo et amando sive agendo faciunt bonum. Non solum ut monstrante ipsa quid faciendum sit sciant verum etiam ut prestante ipsa faciant cum dilectione quod sciunt. Hanc quippe inspirationem bone voluntatis atque operis poscebat apostolus his quibus dicebat Oramus autem ad dominum ne quid faciatis mali non ut nos probati appareamus sed ut vos quod bonum est faciatis. Quis hoc audit et non evigilet atque fateatur a domino deo nobis esse ut declinemus a malo et faciamus bonum cum idem non ait apostolus monemus docemus hortamur increpamus sed ait oramus ne quid faciatis mali sed quod bonum est faciatis. Et tamen etiam loquebatur eis et faciebat illa omnia que commemoravi monebat docebat hortabatur increpabat sed sciebat hec omnia non valere que plantando et rigando faciebat palam nisi eum pro illis exaudiret orantem qui dat in occulto incrementum sicut idem doctor dicit neque qui plantat est aliquid neque qui rigat sed qui incrementum dat deus. Non se itaque fallant qui dicunt ut quid nobis predicatur atque precipitur ut declinemus a malo et faciamus bonum si hoc nos non agimus sed id velle et operari deus operatur in nobis sed potius intelligant si filii dei sunt se agi ut quod agendum est agant et cum egerint illi a quo aguntur gratias agant. Aguntur enim ut agant non ut ipsi nichil agant et ad hoc eis ostenditur quid agere debeant ut quando agunt sicut agendum est id est cum dilectione et delectatione iusticie suavitatem quam dedit dominus ut terra eius daret fructum suum accepisse se gaudeant. Cum autem non agunt sive omnino non faciendo sive non ex caritate faciendo orent ut quod nondum habent accipiant. Quid enim habebunt quod non acceperunt aut quid acceperunt quod non acceperunt. Ergo inquiunt precipiant tantummodo nobis quid faciamus qui nobis presunt et ut faciamus orent pro nobis non autem nos corripiant et arguant si non fecimus. Immo omnia fiant quoniam doctores ecclesiarum apostoli omnia faciebant et precipiebant que fierent et corripiebant si non fierent et orabant ut fierent. Precipit apostolus dicens Omnia vestra cum caritate fiant. Corripit dicens Iam quidem omnino delictum est quia iudicia habetis vobiscum. Quare non magis iniquitatem patimini quare non potius fraudamini sed vos iniquitatem facitis et fraudatis et hoc fratribus. An nescitis quia iniusti regnum dei non possidebunt. Audiamus et orantem Vos autem inquit dominus multiplicet et abundare faciat caritate in invicem et in omnes. Precipit ut caritas habeatur corripit quia non habetur caritas orat ut abundet caritas. O homo in preceptione cognosce quid debeas habere in correptione cognosce tuo te vitio non habere in oratione cognosce unde accipias quod vis habere. Quomodo inquit meo vitio non habeo quod non accepi ab illo a quo nisi detur non est omnino aliud unde habeatur tantum tale tamque magnum munus. Patimini me paululum fratres mei non adversum vos quorum rectum est cor cum deo sed adversus eos qui terrena sapiunt vel adversus ipsas humanas cogitationes pro celesti et divina veritate certare. Hoc enim dicunt qui ista nolunt in suis malignis operibus a quibus arguuntur a predicatoribus gratie corripi nolunt. Precipe mihi quid faciam et si fecero age pro me gratias deo qui mihi ut facerem dedit si autem non fecero non ego corripiendus sum sed ille orandus est ut det quod non dedit id est ipsam qua precepta eius fiunt fidelem dei et proximi caritatem. Ora ergo pro me ut hanc accipiam et per hanc ex animo cum bona voluntate que precipis faciam. Recte autem corriperer si eam mea culpa non haberem hoc est si eam possem mihi dare vel sumere ipse nec facerem vel si dante illo accipere noluissem. Cum vero et ipsa voluntas a domino preparetur cur me corripis quia vides me eius precepta facere nolle et non potius ipsum rogas ut in me operetur et velle. Ad hoc respondemus Quicumque precepta iam tibi nota non facitis et corripi non vultis etiam propterea corripiendi estis

Ut prelati debeant precipere ut fiat caritas corripere quod non fiat orare ut magis fiat

Ut caritate precepta impleantur

es quam corripi non vis Non vis etiam
tibi tua vitia demonstrari non vis
ut feriant fiatque tibi utilis dolor
quo medicum queras Non vis tibi tu
ipse ostendi ut cum deformem te vides
reformatorem desideres eique supplices
ne in illa remaneas feditate tuum
quippe vicium est quod malus es et
maius vicium corripi nolle quasi ma
lus es quasi laudanda vel indiffe
rencia tenenda sint vicia ut neque laudentur
neque vituperentur aut non nichil agat
timor correpti hominis vel pudor vel
dolor aut aliud agant cum salubriter
stimulent nisi ut rogetur bonus
ut ex malis qui corripiuntur boni fi
ant qui laudentur Qui enim vult pro
se fieri qui corripi non vult et dicit
ora potius pro me ideo corripiendus est
ut faciat etiam pro se ipse Dolor quippe
ille quo sibi displicet quando sentit
correpcionis aculeum excitat eum
in maioris oracionis affectum ut deo mi
serante incrementis caritatis adiutus
desinat agere pudenda et dolenda et
agat laudanda atque gratanda Hec
est correpcionis utilitas que nunc
maior nunc minor pro peccatorum diversitate
salubriter adhibetur et tunc est salubris
quando supernus medicus respicit Non enim
aliquid proficit nisi cum facit ut peccati
sui quemque peniteat Et quis hoc dat
nisi qui respexit apostolum petrum negantem
et fecit flere Unde et paulus apostolus
postea quam dixit cum modestia
corripiendos esse diversa sencientes
protinus addidit ne forte det eis deus
penitenciam ad cognoscendam veritatem et
resipiscant de diaboli laqueis Sed
aut isti qui corripi nolunt dicunt
Tantum precipe michi et ora pro me ut quod
precipis faciam Cur non potius secun
dum sua prava sensa et ista duo re
spuunt et dicunt nec precipe michi nec ora pro me
Quis enim hominum ostenditur orasse
pro petro ut daret ei deus penitenciam qua
se negasse dominum flevit Quis ho
minum paulum divinis preceptis ad
fidem christianam pertinentibus erudi
vit Cum ergo audiretur predicans evan
gelium et dicens Notum enim vobis
facio evangelium fratres quod evangeli
zatum est a me quia non est secundum
hominem neque enim ego ab homine accepi illud
neque didici sed per revelacionem Iesu christi numquid
ei responderetur quid nobis molestus es ut a te
accipiamus atque discamus quod tu non
ab homine accepisti neque didicisti potens
est enim ille qui tibi dedit sic et nobis
dare quomodo tibi Porro si hoc non audent
dicere sed paciuntur sibi evangelium ab ho
mine predicari quamvis possit etiam
non per hominem homini dari concedant
etiam corripi se debere a prepositis suis
a quibus christiana gracia predicatur
quamvis non negetur deum posse quem
voluerit etiam nullo homine corripiente
corrigere et ad doloris saluberrimi humi
litatem occultissima et potentissima medi
cine sue potestate perducere Et sicut non
est ab oracione cessandum pro eis quos
corrigi volumus etiam si nullo
hominum orante pro petro dominus respe
xit eum et fecit eum suum flere
peccatum ita non est correpcio negligenda
quamvis deus quos voluerit et
non correptos faciat esse correctos
Tunc autem correpcione proficit homo
cum miseretur atque adiuvat qui
facit quos voluerit etiam sine
correpcione proficere Sed quare isti
sic illi aliter atque alii aliter diversis et in
numerabilibus modis vocentur ut
reforment absit ut dicamus iu debe
dicium luti esse sed figuli Apostolus in
quit ait Quis enim te discernit
Quid autem habes quod non accepisti Si autem
et accepisti quid gloriaris quasi non ac
ceperis Cum ergo corripimur respon
demus accepimus quod facimus
qui non accepimus Quid hoc dicunt
ad causam culpam se videri dicunt nolunt
in hoc quod non obediunt deo quia
utique ipsa obediencia munus eius est
que necesse est ut sit in eo cui caritas
inest que sine dubio ex deo est et
dat eam pater filiis suis Hanc in
quiunt non accepimus quid itaque cor
ripimur quasi nos eam nobis da
re possimus et nostro arbitrio dare nolu
mus Nec attendunt si nondum regenera
ti sunt primam esse causam cur ob
iurgati quod sunt inobedientes
deo sibi debent displicere quia fecit
deus hominem rectum ab inicio quando
creatur et non est iniquitas apud
deum atque hec prima pravitas qua
deo non obeditur ab homine est quia ex
rectitudine in qua eum deus primitus
fecit sua mala voluntate decidens
pravus effectus est An non ideo pravitas ista

corripienda non est in homine quia
non eius pena qui corripit, sed co-
gimur est omnibus primo ut cor-
ripiantur et in singulis quia est omnium. Non
enim propterea quia nostra non est quod ab
ea nullus immunis est; propterea quod
ista originalia idcirco dicuntur aliena
quia ea singuli de parentibus traxerunt
sed non sine causa dicuntur et nostra quia
in illo uno omnes sicut dicit apostolus
peccaverunt. Corripiatur ergo origo dampna-
bilis ut ex dolore correptionis vo-
luntas regenerationis oriatur, si tamen
qui corripitur filius est promissionis
ut strepitu correptionis foris insonante
et verberante ac flagellante deus
in illo intrinsecus occulta inspiratio-
ne operetur et velle. Si autem iam regenera-
tus et iustificatus in malam vitam sua vo-
luntate relabitur, certe iste non potest
dicere non accepi quia acceptam gratiam dei
suo in malum libero amisit arbitrio.
Qui si correptione compunctus salubri-
ter ingemiscit et ad similia bona opera
vel etiam meliora revertitur, nempe hic
apertissime utilitas correptionis appa-
ret. Sed per hominem correptio sive ex
caritate sit sive non sit, tamen ut correp-
tio prosit non nisi per deum fit. An adhuc
et iste nolens corripi potest dicere: Quid
nulla correptio prodest nisi per deum — ego feci qui non accepi? quem constat ac-
cepisse et sua culpa quod acceperat a-
misisse. Possum, inquit, omnino quando me
arguitis quod ex bono in malum
mea voluntate relapsus sum dicere
adhuc: quid ego feci qui non accepi?
Accepi enim fidem que per dilectionem operatur
sed in illa usque in finem perseverantiam non ac-
cepi. Aut quisquam dicere audebit istam
perseverantiam non esse donum dei, et hoc
tam magnum bonum ita esse nostrum ut
quisquis id habuerit non ei possit apostolus
dicere: Quid enim habes quod non acce-
pisti? quoniam sic habet ut non acceperit.
Huic nos negare quidem neque
non possumus etiam perseverantiam
in bono proficientem usque in finem mag-
num esse dei muneris nisi falsum sit illud
perseverantia bona donum dei est — de quo scriptum est: Omne datum op-
timum et omne donum perfectum desur-
sum est descendens a patre lumi-
num. Sed non ideo est eius qui non perse-
veravit negligenda correptio ne
forte det illi deus penitentiam et resipis-
cat de dyaboli laqueis; correptionis
quippe utilitati hanc sententiam

subiungit apostolus dicens sicut supra
commemoravi: Cum modestia corri-
pientem diversa sentientes ne quando det
illis deus penitentiam. Nam si diceremus
istam perseverantiam tam laudabilem
tamque felicem sic esse hominis
ut ei non sit a deo, illud primitus
evacuamus quod ait dominus
Petro: Ego rogavi pro te ne deficiat fi-
des tua. Quid enim ei rogavit nisi
perseverantiam usque in finem? Que pro-
fecto si ab homine homini esset non a
deo poscenda esset. Deinde cum
enim dicit apostolus: Oramus autem
ad deum ne quid faciatis ma-
li, procul dubio perseverantiam eis
orat a deo. Neque enim nichil
mali facit qui bonum deserit et a quo
declinare debet incedit et manet
non perseverans in bono. Illo etiam
loco ubi dicit: Gratias ago deo meo in
omni memoria vestri semper in omni
prece mea pro omnibus vobis cum
gaudio deprecationem faciens super
communicatione vestra in evangelio a pri-
ma die usque nunc, confidens hoc
ipsum quoniam qui cepit in vobis
opus bonum perficiet usque in diem
Christi Iesu; quid aliud ei quam
perseverantiam in bono usque in finem
de dei misericordia promittitur?
Item ubi dicit: Salutat vos Epa-
fras qui ex vobis est servus Christi
Iesu semper certans pro vobis in orationibus
ut stetis perfecti et pleni in omni vo-
luntate dei, quid est ut stetis
nisi ut perseveretis in fine? Unde dictum
est de dyabolo: In veritate non stetit,
quia fuit ibi sed non permansit. Nam
utique isti in fide iam stabant. Nec
aliud oramus cum oramus ut qui
stat stet nisi ut perseveret. Item Iudas
apostolus cum dicit: Ei autem qui po-
tens est conservare nos sine offen-
sione et constituere ante conspectum
glorie sue immaculatos in letitia,
nonne apertissime ostendit donum
dei esse in bono perseverare usque in
finem? Quid enim aliud donat qui
conservat sine offensione ut con-
stituat ante conspectum glorie sue
immaculatos in letitia nisi perseveran-
tiam bonam? Quid est etiam quod in
apostolorum actibus legimus: Audientes
autem gentes gavise sunt et exceperunt
verbum domini et crediderunt quotquot erant

ordinati in vitam eternam. Quibus merito potuit ordinari sine perseverantie dono? Et si quidem qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit, qua salute nisi eterna? Cum vero in oratione dominica deo patri dicimus Sanctificetur nomen tuum, quid aliud dicimus quam ut nomen eius sanctificetur in nobis? Quod cum iam per lavacrum regenerationis factum est, quare cotidie a fidelibus poscitur, nisi ut quod factum est in nobis perseveret in nobis? Nam et beatus Cyprianus hoc sic intelligit exponens quippe eandem orationem: Dicimus, inquit, Sanctificetur nomen tuum, non quod optemus deo ut sanctificetur orationibus nostris, sed quod petamus a deo ut nomen eius sanctificetur in nobis. Ceterum a quo deus sanctificatur qui ipse sanctificat? Sed quia dixit Sancti estote quoniam et ego sanctus sum, id petimus et rogamus ut qui in baptismo sanctificati sumus in eo quod esse cepimus perseveremus. Ecce gloriosissimus martir hoc sentit quod in his verbis cotidie fideles Christi petunt ut perseverent in eo quod esse ceperunt. Nullo autem dubitante quisquis a domino ut in bono perseveret precatur, fatetur donum eius esse talem perseverantiam. Que cum ita sint, corripimus tamen eos, iuste corripimus, qui cum bene viverent non in eo perseveraverunt. Ex bona quippe in malam vitam sua voluntate mutati sunt, et ideo corripi merentur; et si nichil eis correptio profecerit, sed in vita perdita usque ad mortem perseveraverint, etiam divina in eternum damnatione sunt digni. Neque se excusabunt dicentes, sicut modo dicunt quando corripiuntur, ita tunc quando dampnabuntur: quando quidem ut ex bono reverteremur ad malum perseverantiam non accepimus qua permaneremus in bono. Nullo modo hac se excusatione a iusta damnatione se liberabunt. Si enim, sicut veritas loquitur, nemo liberatur a damnatione que facta est per Adam nisi per fidem Ihesu Christi, et tamen ab hac damnatione non se liberabunt qui poterunt dicere non se audisse evangelium Christi, cum fides ex auditu sit, quanto minus se liberabunt qui dicturi sunt: perseverantiam non accepimus? Iustior enim excusatio videtur dicentium: non accepimus audientiam, quam dicentium: non accepimus perseverantiam,

quoniam potest dici: Homo, in eo quod audieras et tenueras in eo perseverares si velles; nullo modo autem dici potest: id quod non audieras crederes si velles. Ac per hoc et qui evangelium non audierunt, et qui eo audito in melius commutati perseverantiam non acceperunt, et qui audito evangelio venire ad Christum, hoc est in eum credere, noluerunt, quoniam ipse dixit: Nemo venit ad me nisi ei datum fuerit a patre meo; et qui per etatem parvulam nec credere potuerunt, sed ab originali noxa solo possent lavacro regenerationis absolvi, quo tamen non accepto mortui pereunt, non sunt ab illa conspersione discreti quam constat esse dampnatam, euntibus omnibus ex uno in condempnationem. Discernuntur autem non meritis suis sed gratia mediatoris, hoc est in sanguine secundi Adam iustificati gratis. Itaque cum audimus: Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem et accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? ab illa perditionis massa que facta est per primum Adam debemus intelligere neminem posse discerni nisi qui hoc habet quod gratis a salvatore accepit. Hoc autem apostolicum testimonium tam magnum ut beatus Cyprianus ad Quirinum scribens ipsum subiecerit illi titulo in quo ait: in nullo gloriandum quando nostrum nichil sit. Quicumque ergo ab illa originali dampnatione ista divine gratie largitate discreti sunt, non est dubium quod et procuratur eis audiendum evangelium, et cum audiunt credunt, et in fide que per dilectionem operatur usque in finem perseverant; et si aliquando exorbitant, correpti emendantur, et quidam eorum, et si ab hominibus non corripiantur, in viam quam reliquerant redeunt, et nonnulli accepta gratia in qualibet etate periculis huius vite mortis celeritate subtrahuntur. Hec enim omnia operatur in eis qui vasa misericordie operatus est eos, qui et elegit illos in filio suo ante constitutionem mundi per electionem gratie. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Non enim sic sunt vocati ut non essent electi, sed quoniam secundum propositum vocati sunt, per quod dictum est: Multi sunt vocati, pauci electi; vero pro certo electi sunt per electionem, ubi dictum est gratie, non precedentium meritorum, quia gratia illis est omne meritum. De talibus dicit apostolus

Scimus quoniam diligentibus deum
omnia cooperantur in bonum his qui secundum
propositum vocati sunt sancti. Quoniam quos
ante prescivit et predestinavit confor-
mes imaginis filii sui ut sit ipse
primogenitus in multis fratribus. Quos autem
predestinavit illos et vocavit. Quos autem vocavit
ipsos et iustificavit. Quos autem iusti-
ficavit ipsos et glorificavit. Ex istis nullus
perit quia omnes electi sunt. Electi sunt
autem quia secundum propositum vocati sunt.
Propositum autem non suum sed dei. De quo
alibi dicit ut secundum electionem
propositum dei maneret non ex operibus
sed ex vocante dictum est ei quia ma-
ior serviet minori. Et alibi non secundum
opera nostra inquit sed secundum suum pro-
positum et gratiam. Cum ergo audimus
quos autem predestinavit illos et vo-
cavit, secundum propositum debemus
agnoscere. Quoniam inde cepit dicens
omnia cooperantur in bonum his qui se-
cundum propositum vocati sunt ac de-
inde subiunxit. Quoniam quos ante presci-
vit et conformes predestinavit imaginis
filii sui ut sit ipse primogenitus in multis
fratribus atque his premissis subdidit. Quos
autem predestinavit illos et vocavit. Eos
itaque vult intelligi quos secundum
propositum vocavit. Ne putentur in eis esse ali-
qui ~~electi~~ vocati et non electi propter illam
dominicam sententiam multi sunt vocati pau-
vo ci ~~enim~~ electi. Quicumque enim electi sine
dubio et vocati. Non autem quicumque vo-
cati consequenter electi. Illi ergo electi
Qui predestinati non possunt dampnari ut sepe dictum est qui secundum pro-
positum vocati qui etiam predestina-
ti atque presciti. Horum si quisquam pe-
rit fallitur deus. Sed nemo eorum perit
quia non fallitur deus. Horum si quis-
quam perit vitio humano vincitur deus.
Sed nemo eorum perit quia nulla re vin-
citur deus. Electi autem sunt ad regnan-
dum cum Christo. Non quomodo electus est Iu-
das ad opus cui congruebat. A bono
quippe electus est qui novit bene
uti etiam malis ut et per eius
opus damnabile illud propter quod ipse
ipse venerat opus venerabile compleretur.
Cum itaque audimus Nonne ego
vos duodecim elegi et unus ex vobis
dyabolus est, illos debemus intelligere
electos per misericordiam, illum per iudicium, illos
ergo ~~autem~~ elegit ad optinendum regnum
suum, illum ad effundendum sangui-
nem suum. Aptissime sequitur vox ad regnum
electorum. Si deus pro nobis quis contra
nos. Qui filio proprio non pepercit sed pro
nobis omnibus tradidit illum quomodo

Electi diffiniuntur electa predestinati et presciti

non et cum illo omnia nobis donavit.
Quis accusabit adversus electos dei.
Deus qui iustificat. Quis est qui con-
dempnat. Christus Ihesus qui mortuus
est, magis autem qui resurrexit, qui
est in dextera dei qui et interpellat pro nobis.
Quam fortis autem perseverancie usque
in finem munus acceperint sequantur et
dicant. Quis nos separabit a caritate
Christi? Tribulacio an angustia an persecucio
an fames an nuditas an periculum
an gladius? Sicut scriptum est quia propter te
mortificamur tota die, estimati su-
mus ut oves occisionis. Sed in hiis omni-
bus supervincimus per eum qui dilexit
nos. Certus sum enim quia neque
mors neque vita neque angelus neque
principatus neque presencia neque futura neque
virtutes neque altitudo neque profundum
neque creatura alia poterit nos separare
a caritate ~~dei~~ dei que est in Christo Ihesu domino
nostro. Isti significati sunt ad Thimo-
theum ubi cum dictum fuisset Ymi-
neum et Filetum fidem quorundam sub-
vertere mox additum est. Firmum autem
fundamentum dei stat habens signaculum hoc
Cognovit dominus qui sunt eius. Horum fi-
des que per dilectionem operatur profecto
aut omnino non deficit aut si qui sunt quorum
deficit reparatur antequam vita ista fini-
atur et deleta que intercurrerat iniquitate
usque in finem perseverancia deputatur.
Qui vero perseveraturi non sunt ac
sic a fide Christiana et conversatione lapsuri
sunt ut tales ~~eos~~ eos vite huius
finis inveniat procul dubio nec illo
tempore quo bene pieque vivunt in isto
numero computandi sunt. Non enim Et presciti aliqui iuste vivunt
sunt a massa illa perdicionis prescientia
dei et predestinatione discreti. Et ideo
nec secundum propositum vocati ac per hoc
nec electi, sed in eis vocati de quibus dic-
tum est multi vocati, non in eis de qui-
bus dictum est pauci vero electi. Et
tamen quis eos neget electos cum cre-
dunt et baptizantur et secundum deum
vivunt. Plane dicuntur electi a nescien-
tibus quid futurum sit, non ab eo
qui eos novit non habere perseverantiam
que ad beatam vitam perducit electos,
scitque illos ita stare ut prescivit esse
casuros. Hic si a me queratur cur eis
deus perseverantiam non dederit quibus
eam qua Christiane viverent dilectionem
dedit me ignorare respondeo. Non
enim arroganter sed agnoscens modu-
lum meum audio dicentem apostolum. O
homo tu quis es qui respondeas deo.
Et o altitudo diviciarum sapiencie et sciencie dei
quam inscrutabilia sunt iudicia eius et in-
vestigabiles vie eius. Quantum itaque

Et non est mirandum quod deus quibusdam dat perseverantiam quibusdam non

iudicia sua nobis manifestare dignatur gratias agamus. Quantum vero abscondere, non adversus eius consilium murmuremus, sed hoc quoque nobis saluberrimum esse credamus. Tu autem quisquis inimicus eius gratie sic interrogas, ipse quid dicis? Bene quod te non negas esse christianum et catholicum iactas. Si ergo confiteris donum Dei esse perseverare in bono usque in finem, cur hoc donum illi accipiant, illi non accipiant, puto quod mecum pariter nescias, et ambo hic inscrutabilia iudicia Dei penetrare non possumus. Aut si ad liberum arbitrium hominis, quod non secundum Dei gratiam sed contra eam defendis, pertinere dicis ut perseverent in bono quisque vel non perseveret, non Deo donante si perseverant, sed humana voluntate faciente: quid molliturus es contra verba dicentis: Rogavi pro te Petre ne deficiat fides tua? An audebis etiam dicere rogante Christo ne deficeret fides Petri, defecturam fuisse si Petrus eam deficere voluisset, hoc est, si eam usque in finem perseverare noluisset? quasi aliud Petrus ullo modo vellet quam pro illo Christus rogasset ut vellet. Nam quis ignorat tunc fuisse perituram fidem Petri, si ea qua fidelis erat voluntas ipsa deficeret, et permansuram si eadem voluntas maneret? Sed quia preparatur voluntas a Domino, ideo pro illo Christi non posset inanis esse oratio. Quando ergo rogavit ne fides eius deficeret, quid aliud rogavit nisi ut haberet in fide liberrimam, fortissimam, invictissimam, perseverantissimam voluntatem? Ecce quemadmodum secundum gratiam Dei, non contra eam, libertas defenditur voluntatis. Voluntas quippe humana non libertate consequitur gratiam, sed gratia potius libertatem, et ut perseveret, delectabilem perpetuitatem et insuperabilem fortitudinem. Mirandum est quidem multumque mirandum quod filiis suis quibusdam Deus quos regeneravit in Christo, quibus fidem, spem, dilectionem dedit, non dat perseverantiam, cum filiis alienis scelera tanta dimittat atque impertita gratia faciat filios suos. Quis hoc non miretur? quis hoc vehementissime non stupeat? Sed etiam illud non minus mirum est, et tamen verum atque ita manifestum ut nec ipsi inimici gratie Dei quomodo id negent valeant invenire, quod filios quosdam amicorum suorum, id est fidelium regeneratorum bonorumque, sic exeuntes sine baptismo hinc parvulos, quibus utique si vellet, huius lavacri gratiam preparavit, in cuius potestate sunt omnia, alienet a regno suo, quo parentes mittit illorum, et quosdam filios inimicorum suorum faciat in manus Christianorum venire, et per hoc lavacrum introducat in regnum, a quo eorum parentes alieni sunt, cum et illis malum et istis bonum meritum nullum sit parvulis eorum propria voluntate. Certe hic iudicia Dei quoniam iusta et alta sunt, nec vituperari possunt nec penetrari. In quibus et illud de perseverantia, de quo nunc disputamus. De utrisque igitur exclamemus: O altitudo sapiencie et sciencie Dei, quam inscrutabilia divitiarum sunt iudicia Dei eius! Nec miremur nos investigare non posse investigabiles vias eius. Ut enim alia innumerabilia taceamque aliis dantur, aliis non dantur hominibus a Domino Deo, apud quem non est acceptio personarum, nec tribuuntur ista meritis voluntatum, sicut sunt celeritas, vires, bone valitudines et pulchritudines corporis, ingenia mirabilia et multarum artium capaces nature mentium, vel que accedunt extrinsecus, ut est opulentia, nobilitas, honores et cetera huiusmodi, que quisque ut habeat non nisi in Dei est potestate; ut non commorer etiam in baptismo parvulorum, quod nullus istorum potest dicere sicut illa ad regnum Dei non pertinere, cur illi parvulo detur, illi non detur, cum sit utrumque in potestate Dei, et sine illo sacramento nemo intret in regnum Dei. Ut hec ergo taceamus vel relinquamus, illos ipsos istos intueantur de quibus agitur; de hiis enim disserimus qui perseverantiam bonitatis non habent, sed ex bona in malum deficiente bona voluntate moriuntur. Respondeant si possunt: Cur illos Deus, cum fideliter et pie viverent, non tunc de vite huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, et ne fictio deciperet animas eorum? Utrum hoc in potestate non habuit, an eorum mala futura nescivit? Nempe nihil horum nisi insanissime atque perversissime dicitur. Cur ergo non fecit? Rideant qui nos irrident qu-

in rebus talibus exclamamus
quam incomprehensibilia sunt iu-
dicia eius et investigabiles vie
eius. Neque enim hoc non donat deus
quibus voluit aut vero scriptura in-
venitur que de morte velut imma-
tura hominis iusti ait raptus est ne
malicia mutaret intellectum eius
aut ne fictio deciperet animam eius.
Cur igitur hoc tam magnum beneficium
aliis dat aliis non dat deus apud
quem non est iniquitas nec accepcio
personarum et in cuius potestate est
quam diu quisque maneat in hac vita
que temptatio dicta est super
terram. Sicut ergo coguntur fateri donum
dei esse ut finiat homo istam vitam
antequam ex bono mutetur in malum
cur autem id aliis donetur aliis non
donetur ignorant. Ita donum dei in bo-
no esse perseverantiam secundum scripturas
de quibus testimonia multa iam
posui fateantur nobiscum et cur aliis
detur aliis non detur sine murmure
adversus deum dignentur ignorare no-
biscum. nec nos moveat quod filiis
suis quibusdam deus non dat istam
perseverantiam. Absit enim ut ita esset
si de illis predestinatis essent et secundum
propositum vocatis qui vere sunt fi-
lii promissionis. Nam isti cum pie vi-
vunt dicuntur filii dei. sed quoniam
victuri sunt impie et in eadem im-
pietate morituri non eos dicit fi-
lios dei presciencia dei. Sunt enim
filii dei qui nondum sunt nobis et
sunt iam deo. de quibus ait ev-
angelista Iohannes quia Ihesus
moriturus erat pro gente nec tantum
pro gente sed etiam ut filios dei
dispersos congregaret in unum. Quos
utique credendo futuri erant per ev-
angelii predicationem. et tamen ante-
quam esset factum iam filii dei
erant in memoriali patris sui in-
concussa stabilitate conscripti. Et sunt
rursus quidam qui filii dei propter
susceptam vel temporaliter graciam
dicuntur a nobis nec sunt tamen deo.
de quibus ait idem Iohannes Ex no-
bis exierunt sed non erant ex nobis.
Quod si fuissent ex nobis perman-
sissent utique nobiscum. Non ait ex
nobis exierunt sed quia non manserunt
nobiscum iam non sunt ex nobis verum

Quidam dicuntur filii secundum dei presciam alii
secundum presentem graciam

ait ex nobis exierunt sed non erant
ex nobis hoc est et quando videbantur
in nobis non erant ex nobis. Et tam-
quam ei diceretur unde id ostendis
quod si fuissent inquit ex nobis
permansissent utique nobiscum. Fi-
liorum dei vox est. Iohannes
loquitur et in filiis dei loco precipuo
constitutus. Cum ergo filii dei dicunt
de hiis qui perseverantiam non habu-
erunt ex nobis exierunt sed non
erant ex nobis permansissent uti-
que nobiscum quid aliud dicunt
nisi non erant etiam filii quando erant
in professione et nomine filiorum. non
quia iusticiam simulaverunt sed
quia in ea non permanserunt.
Neque enim ait nam si fuissent
ex nobis veram non fictam ius-
ticiam tenuissent utique nobiscum
sed si fuissent inquit nobiscum ex no-
bis permansissent utique nobiscum
in bono non illos volebat procul du-
bio permanere. Erant itaque in bono
sed quia in eo non permanserunt id est
usque in finem perseveraverunt
non erant inquit ex nobis et quando
erant nobiscum. hoc est non erant
ex numero filiorum et quando erant in
fide filiorum. quoniam qui vere fi-
lii sunt presciti et predestinati sunt
conformes ymaginis filii eius
et secundum propositum vocati sunt
ut electi essent. Non enim perit
filius promissionis sed filius perdici-
onis. fuerunt ergo isti ex multi-
tudine vocatorum et electorum
autem paucitate non fuerunt.
Non igitur filiis suis predestinatis
deus perseverantiam non dedit. Haberent
enim eam si in eo filiorum numero
essent. et quid haberent quod non
accepissent secundum apostolicam
veram sanamque ac per hoc tales
filii filio Christo dati essent que-
admodum ipse dicit ad patrem
ut omne quod dedisti michi
non pereat sed habeat vitam eter-
nam. Ipsi sunt illi predestinati
et secundum propositum vocati
quorum nullus perit. Ac per hoc
nullus eorum ex bono in malum
mutatus finit hanc vitam
quoniam sic est ordinatus et ideo

et addunt quod si fuissent ex nobis

cristo datus ut non pereat sed habeat
vitam eternam. Et rursus quos dominus
minimos ut parvulos filios minimorum
eius quoscumque eorum sit regene-
raturus est ut in ea fide que per dilectionem
operatur hanc vitam finiant. Iam et
ante quam hoc fiat in illa predestinatione
filii sunt eius et dati sunt Christo filio
eius ut non pereant sed habeant vi-
tam eternam. Denique ipse salvator: Si
manseritis inquit in verbo meo dis-
cipuli mei estis. Numquid in his
computandus est Iudas qui non man-
sit in verbo eius? Numquid in his
computandi sunt illi de quibus
evangelium loquitur sic, ubi dominus
cum commendasset manducandam car-
nem suam et bibendum sanguinem suum
ait evangelista: Hec dixit in synago-
ga docens in Capharnaum. Multi
ergo audientes ex discipulis eius dixe-
runt: Durus est hic sermo, quis potest
eum audire? Sciens autem Ihesus apud
semet ipsum quia murmurarent de hoc
discipuli eius dixit eis: Hoc vos
scandalizat? Si ergo videritis filium
hominis ascendentem ubi erat prius?
Spiritus est qui vivificat, caro autem
non prodest quidquam. Verba que
ego locutus sum vobis spiritus et vita
sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui non
credunt. Sciebat enim ab initio
Ihesus qui essent credentes et quis tra-
diturus esset eum, et dicebat: Propterea
dixi vobis quia nemo venit ad me
nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc mul-
ti discipulorum eius abierunt retro et iam
non cum illo ambulabant. Numquid non et
isti discipuli appellati sunt loquente ev-
angelio? et tamen non erant vere discipuli
quia non manserunt in verbo eius secundum
id quod ait: Si manseritis in verbo meo
vere discipuli mei estis. Quia ergo
non habuerunt perseverantiam sicut non vere
discipuli Christi, ita nec filii dei
vere fuerunt etiam quando esse videban-
tur et vocabantur. Appellamus ergo nos
et electos et Christi discipulos
et dei filios quia sic appellandi sunt
quos regeneratos pie vivere cernimus,
sed tunc vere sunt quod appellantur si manserint
in eo propter quod sic appellantur. Si autem
perseverantiam non habent, id est in eo quod
ceperunt esse non manent, non vere appel-
lantur quod appellantur et non sunt. Apud eum
enim hoc non sunt cui notum est quod futuri sunt,
id est ex bonis mali. Propter hoc apostolus cum
dixisset: Scimus quoniam diligentibus

deum omnia cooperantur in bonum, sciens
non nullos diligentes deum in eo bono
usque in finem non permanere, mox addi-
dit: his qui secundum propositum vocati
sunt sancti. Hi enim in eo quod dili-
gunt deum permanent usque in finem,
et qui ad tempus inde deviant revertun-
tur ut usque in finem perducant quod in bo-
no ceperunt. Ostendens autem quid sit secundum
propositum vocari mox addidit que
iam supra posui: Quoniam quos ante
prescivit et predestinavit conformes imagi-
nis filii eius ut sit ipse primogeni-
tus in multis fratribus. Quos autem predesti-
navit illos et vocavit, scilicet secundum
propositum. Quos autem vocavit ipsos
et iustificavit. Quos autem iustificavit
ipsos et glorificavit. Illa omnia iam fecit:
prescivit, predestinavit, vocavit, iustifi-
cavit, quoniam et omnes iam presciti
et predestinati sunt et multi iam vocati
atque iustificati. Quos autem posuit in
fine illos et glorificavit, si quidem illa gloria
est intelligenda de qua idem dicit:
Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc
et vos cum illo apparebitis in gloria,
non dum factum est. Quamvis et illa
duo, id est vocavit et iustificavit, non in
omnibus facta sunt de quibus dicta
sunt. Adhuc enim usque in finem seculi
multi vocandi et iustificandi sunt. Et tamen
verbis preteriti temporis posuit de rebus
etiam futuris tamquam iam fecerit
deus que iam ut fierent ab eterno
disposuit. Ideo de illo dicit et Ysaias prophe-
ta: Qui fecit que futura sunt. Quicum-
que ergo in dei providentissima dispositione
presciti et predestinati vocati iustificati glo-
rificati sunt, non dico etiam non dum
renati sed etiam non dum nati, filii dei
sunt et omnino perire non possunt.
Hi vere veniunt ad Christum quia ita
veniunt quomodo ipse dicit: Omne quod
dat mihi pater ad me veniet, et eum
qui venit ad me non eiciam foras. Et
paulo post: Hec est inquit voluntas
eius qui misit me patris, ut omne quod
dedit mihi non perdam ex eo. Ab illo
ergo datur etiam perseverantia in bono
usque in finem. Neque enim datur nisi eis qui
non peribunt, quoniam qui non perseverant
peribunt. Talibus deum diligentibus
omnia cooperantur in bonum usque adeo
prorsus omnia ut etiam si qui eorum de-
viant et exorbitant etiam hoc eis ipsum
faciat proficere in bonum, quia humiliores
redeunt atque doctiores. Discunt enim
in ipsa via iusta cum tremore se exultare de-

Quoniam diligentibus deum omnia cooperantur
in bonum et etiam in mala talia

deret non sibi arrogando tanquam
de sua virtute fiducia permanendi nec di
cendo in habundantia sua non move
bor in eternum. propter quod eis dicitur Servi
te domino in timore et exultate ei cum
tremore. Nequando irascatur dominus et pereatis
de via iusta. Neque enim ait et non veniatis
ad viam iustam sed pereatis inquit de via
iusta. Quid ostendit nisi eos commone
ri qui iam ambulant in via iusta ut
in timore deo serviant idest non altum
sapiant sed timeant quod significat non
superbi sed humiles sint. unde alibi dicit
Non alta sapientes sed humilibus consen
cientes. Exultent deo sed cum timore
in nullo gloriantes. Quando nostrum nichil
sit ut qui gloriatur in domino glorietur. Ne
pereant de via iusta in qua iam ambu
lare ceperunt. Dum sibi hoc ipsum assig
nant quod in ea sunt. Hijs verbis usus
est et apostolus ubi ait Cum timore et tre
more vestram ipsorum salutem operamini.
Et ostendens quare cum timore et tremore
Deus est enim inquit qui operatur in
nobis et velle et operari pro bona voluntate.
Non enim habebat timorem et tremo
rem qui dicebat In hijs habundan
cia sua, non movebor in eternum. sed quo
niam filius erat promissionis non perdicionis
expertus paululum deserentem. Quid
esset ipse: Domine inquit in voluntate tua
prestitisti decori meo virtutem. avertisti
faciem tuam a me et factus sum contur
batus. Ecce doctior et ob hoc etiam humi
lior tenuit viam iam in deo et confitens
in voluntate sua deum decoris eius
prestitisse virtutem quod sibi tribuens et de
se presumens in tali habundancia quam
prestiterat deus non de illo qui eam pre
stiterat dicebat non movebor in eternum.
Factus est ergo conturbatus ut se inve
niret et humilitate sapiens non solum eterni
tatis verum etiam in hac vita pie con
versationis et perseverantie in quo spes
habenda esset addisceret. Hec vox
et apostoli petri esse potuit. dixerat enim ipse
in habundancia sua animam meam pro te
ponam sibi festinando tribuens quod
ei fuerat a domino postea largiendum.
Avertit autem ab illo faciem dominus
et factus est conturbatus ita ut eum
mori pro illo metuens ter negaret. Sed
rursus ad eum convertit faciem suam
dominus et culpam lacrimis diluit. Quid
est enim aliud respexit eum nisi faciem
quam paululum ab illo averterat ad eum
revocavit. ad eum factus ergo fuerat
conturbatus sed quia didicit non de se pre

sumere etiam hoc ei profuit in bonum fa
ciente illo qui diligentibus deum omnia
cooperatur in bonum quia secundum propo
situm vocatus erat et nemo eum posset
eripere de manu christi cui datus erat. Nemo
ergo dicat non esse corripiendum qui de
viaverit de via iusta sed ei reditum
et perseverantiam a domino tantum esse poscendam.
Nemo prudens et fidelis hoc dicat. Si
secundum eum propositum est iste procul
dubio illi etiam quod corripitur deus
cooperatur in bonum. verum quia utrum ita
sit vocatus quoniam qui corripit
nescit faciat ipse cum caritate quod
scit esse faciendum. Scit enim talem
corripiendum facturus deus aut misericordiam
aut iudicium. misericordiam quidem
si a massa perdicionis ille qui corripitur
gratie largitate discretus est et non est
inter vasa ire que perfecta sunt in perdi
tionem sed inter vasa misericordie que
preparavit in gloriam. iudicium vero si in
illis est dampnatus in hijs non est
predestinatus sunt. Exoritur alia questio
non sane contempnenda sed in adiu
torio domini in cuius manu sunt
et nos et sermones nostri aggrediendi
atque solvenda. Queritur enim quo
hic quantum attinet ad hoc donum
dei quod est in bono perseverare usque
in finem. Quid de ipso primo homine
sentiamus. Qui certe sine ullo vi
cio factus et rectus. nec dico si perse
verantiam non habuit quomodo sine vi
cio fuit. Cui tamen ~~cum~~ necessarium
donum dei fuit. Habuit tamen interroga
tioni facile respondetur eum perseverantiam
non habuisse quia in bono quo sine
vicio fuit non perseveravit. cepit enim
habere vicium ex quo cecidit et si cecidit
antequam accepisset utique sine vicio
fuit. aliud est enim non habere
vicium aliud est in ea bonitate in qua
nullum est vicium manere. Eo quippe
quod non dicitur nunquam sine vicio
fuisse sed dicitur sine vicio non perman
sisse procul dubio demonstratur
sine vicio fuisse in quo bono non
permansisse culpatur. Sed illud magis
querendum operosiusque tractandum
est quomodo respondeamus eis qui di
cunt si in illa rectitudine in qua
sine vicio factus est habuit perse
verantiam procul dubio perseveravit
utique non peccavit nec illam suam
rectitudinem deumque deseruit. Eum
autem peccasse et desertorem boni
fuisse veritas clamat. non ergo habuit

Questio de / sed et vtrum / sine vicio et / perseverantia / non habuit

ita et perseverantia

in illo bono perseverantia; et si non habuit, non utique accepit. Quomodo enim et accepisse perseverantiam, et non perseverasse dicendus est? Porro si perseverantiam non habuit quia non accepit, quid ipse non perseverando peccavit, quia perseverantiam non accepit? Neque enim dici potest ideo non accepisse quia non est discretus a massa perditionis gratiae largitate. Non enim quippe illa erat in genere humano massa perditionis antequam peccasset, ex quo tracta est origo vitiata. Quapropter saluberrime confitemur, quod rectissime credimus, Deum Dominumque rerum omnium, qui creavit omnia bona valde, et mala ex bonis exoritura esse praescivit, et scivit magis ad suam omnipotentissimam bonitatem pertinere etiam de malis benefacere quam mala esse non sinere; sic ordinasse angelorum et hominum vitam, ut in ea prius ostenderet quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suae gratiae beneficium iustitiaeque iudicium. Denique angeli quidam, quorum est princeps qui dicitur diabolus, per liberum arbitrium a Domino Deo refugae facti sunt: refugientes tamen eius bonitatem, qua beati fuerunt, non potuerunt eius effugere iudicium, per quod miserrimi effecti sunt.

Quod boni angeli certi sunt de sua confirmatione

Ceteri autem per ipsum liberum arbitrium in veritate steterunt, eamque de suo casu numquam futuro certissimam scire meruerunt. Si enim nos de scripturis sanctis nosse potuimus nullos sanctos angelos iam ulterius esse casuros, quanto magis ipsi hoc revelata sibi sublimius veritate noverunt! Nobis quippe beata sine fine vita promissa est, et aequalitas angelorum: ex qua promissione certissimi sumus, cum ad illam vitam post iudicium venerimus, non inde nos esse casuros. Quod si de se ipsis angeli nesciunt, non aequales sed beatiores erimus nobis [?]. Cum eam nobis promisit aequalitatem Veritas, certum est igitur hoc eos nosse per speciem quod nos per fidem, nulla scilicet iam ruina cuiusquam sancti angeli futura. Diabolus vero et angeli eius, et si beati erant antequam caderent, et se in miseriam casuros esse nesciebant, erat tamen adhuc quod eorum adderetur beatitudini, si per liberum arbitrium in veritate stetissent,

Quod mali angeli non praescierunt casum suum

donec istam summae beatitudinis plenitudinem tamquam praemium ipsius permansionis acciperent, id est, ut magna per Spiritum sanctum data abundantia caritatis Dei cadere ulterius omnino non possent, et hoc de se certissime nossent. Hanc plenitudinem beatitudinis non habebant; sed quia nesciebant suam futuram miseriam, minori quidem sed tamen beatitudine sine ullo vitio fruebantur. Nam si suum casum futurumque supplicium scirent, beati utique esse non possent, quos huius tanti mali metus iam tunc miseros esse compelleret. Sic et hominem fecit cum libero arbitrio, et quamvis sui futuri casus ignarum, tamen ideo beatum, quia et non mori et miserum non fieri in sua potestate esse sentiebat. In quo statu recto ac sine vitio si per ipsum liberum arbitrium manere voluisset, profecto sine ullo mortis et infelicitatis experimento acciperet illam merito huius permansionis beatitudinis plenitudinem, qua et sancti angeli sunt beati, id est, ut cadere non posset ulterius, et hoc certissime sciret. Neque enim et ipse posset etiam in paradiso beatus esse, immo ibi non esset, ubi esse miserum non deceret, si enim sciret sui casus praescientia, timor tanti mali miserum faceret. Quia vero per liberum arbitrium deseruit Deum, iustum iudicium Dei expertus est, ut cum tota sua stirpe, quae in illo adhuc posita tota cum illo peccaverat, damnaretur. Quotquot enim ex hac stirpe gratia Dei liberantur, a damnatione utique liberantur, qua iam tenentur obstricti. Unde etiam si nullus liberaretur, iustum Dei iudicium nemo iuste reprehenderet. Quod ergo pauci in comparatione pereuntium, in suo vero numero multi liberantur, gratia fit, gratis fit, gratiae sunt agendae quia fit, ne quis velut de suis meritis extollatur, sed omne os obstruatur, et qui gloriatur in Domino glorietur. Quid ergo? Adam non habuit Dei gratiam? Immo vero habuit magnam, sed disparem. Ille in bonis erat, quae de bonitate sui Conditoris acceperat: neque enim ea bona et ille suis meritis comparaverat, in quibus prorsus nullum patiebatur malum.

Nota de casu angelorum [?]

Quod Adam habuit gratiam ante peccatum [?]

Sancti vero in hac vita ad quos pertinet liberationis gratia in malis sunt, ex quibus clamant ad deum: libera nos a malo. Ille nullius boni ꝟ morte. Non eguit istos annuatim et hedinos et pro illius agni sanguis absolvit. Ille non opus habebat redemptoris quod non implorabat. Isti tamen dicunt: video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee et captivantem me in lege peccati que est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ihesum Christum dominum nostrum. Quoniam in eis caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem atque in illa certamine laborantes ac periclitantes dari sibi pugnandi vincendique virtutem per Christi gratiam poscunt. Ille vero nullam tali dura est pugna ad usus suis temporibus atque tam beatus in illo beatitudinis loco sua secum pace fruebatur, et si non proinde in tanta elatione nunc nequaquam tamen potentiori gratia indigeret isti. Et quo potentior quam dei unigenitus filius equalis patri et coeternus pro eis homo factus et sine suo ullo vel originali vel proprio peccato ab hominibus peccatoribus crucifixus, qui quamvis die tertio resurrexerit numquam moriturus ulterius pertulit tamen pro mortalibus mortem qui mortuis prestitit vitam. Ut redempti eius sanguine tanto ac tali pignore accepto dicerent: si deus pro nobis quis contra nos? Qui proprio filio non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo nobis omnia donavit? Deus ergo naturam nostram id est animam rationalem carnemque hominis Christi suscepit susceptione singulariter mirabili vel mirabiliter singulari, ut nullis iustitie sue precedentibus meritis filius dei sic esset ab initio quo esse homo cepisset ut ipse et verbum quod sine initio est una persona esset. Quis enim tam excors quis tanti erroris et fidei talis est ignorantia ut audeat dicere Christum de spiritu sancto et virgine Maria filium hominis natum per liberum tamen arbitrium bene vivendo et sine peccato bona opera faciendo meruisse ut esset dei filius, resistente evangelio atque dicente: verbum caro factum est.

Nam ubi hoc factum est nisi in utero virginali unde sunt initia hominis Christi? Item cum virgo quereret quomodo fieret quod ei per angelum nuntiabatur, angelus respondit: Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi, propterea quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Propterea inquit, non propter opera que nondum nati utique nulla sunt, sed propterea quia spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi, quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Ista nativitas profecto gratuita coniunxit in unitate persone hominem deo, carnem verbo. Istam nativitatem bona opera secuta sunt, non bona opera meruerunt. Neque enim metuendum erat ne istam ineffabili modo in unitatem persone a verbo deo natura humana suscepta per liberum voluntatis peccaret arbitrium, cum ipsa susceptio talis esset ut natura hominis a deo ita suscepta nullum in se motum male voluntatis admitteret. Per hunc mediatorem deus ostendit eos quos eius sanguine redemit facere ex malis deinceps in eternum bonos, quem sic suscepit ut numquam esset malus nec ex malo factus semper esset bonus. Hominis istam gratiam non habuit homo primus qua numquam esse vellet malus, sed sane habuit in qua si permanere vellet numquam malus esset et sine qua etiam cum libero arbitrio bonus esse non posset, sed eam tamen per liberum arbitrium deserere posset. Nec ipsum ergo deus esse voluit sine sua gratia quem reliquit in eius libero arbitrio. Quoniam liberum arbitrium ad malum sufficit, ad bonum autem parum est nisi adiuvetur ab omnipotenti bono. Quod adiutorium si homo ille per liberum non deseruisset arbitrium semper esset bonus, sed deseruit et desertus est. Tale quippe erat adiutorium quod desereret cum vellet et in quo permaneret si vellet, non quo fieret ut vellet. Hec est prima gratia que data est primo Adam, sed hac potentior est in secundo Adam. Prima est enim qua fit ut habeat homo iustitiam si velit; secunda ergo plus potest qua etiam fit ut velit et tantum velit tantoque ardore diligat ut carnis voluntatem contraria concupiscentem voluntate spiritus vincat. Nec illa quidem parva erat qua demonstrata est etiam potentia liberi arbitrii quoniam

sic adiuvabitur ut sine hoc adiutorio in bono non maneret sed hoc adiutorium si vellet desereret. Hec autem tanto maior est ut parvum sit ei per illam reparari perditam libertatem, parvum sit denique non posse sine illa vel apprehendere bonum vel permanere in bonis si velit, nisi etiam efficiatur ut velit. Tunc ergo dederat deus homini bonam voluntatem, in illa quippe eum fecerat qui fecerat hominem rectum; dederat adiutorium sine quo in ea non posset permanere si vellet; ut autem vellet in eius libero reliquit arbitrio. Posset ergo permanere si vellet, quia non deerat adiutorium per quod posset et sine quo non posset perseveranter bonum tenere quod vellet. Sed quia noluit permanere, profecto eius culpa est cuius meritum fuisset si permanere voluisset, sicut fecerunt angeli sancti qui cadentibus aliis per liberum arbitrium steterunt ipsi et huius mansionis debitam mercedem recipere meruerunt, tantam scilicet beatitudinis plenitudinem qua eis certissimum sit semper se in illa esse mansuros. Si autem hoc adiutorium vel angelo vel homini cum primum facti sunt defuisset, quoniam non talis natura facta erat ut sine divino adiutorio posset manere si vellet, non utique sua culpa cecidissent; adiutorium quippe defuisset sine quo permanere non possent. Nunc autem quibus deest tale adiutorium iam pena peccati est; quibus autem datur, secundum gratiam datur non secundum debitum, et tanto amplius datur per Iesum Christum dominum nostrum quibus id dare deo placuit, ut non solum adsit sine quo permanere non possumus etiam si velimus, verum etiam tantum ac tale sit ut velimus. Fit quippe in nobis per hanc dei gratiam in bono recipiendo et perseveranter tenendo non solum posse quod volumus, verum etiam velle quod possumus. Quod non fuit in homine primo; unum enim horum in illo fuit, alterum non fuit. Namque ut reciperet bonum gratia non egebat, quia nondum perdiderat; ut autem in eo permaneret egebat adiutorio gratie sine quo id omnino non posset; et acceperat posse si vellet, sed non habuit velle quod posset; nam si habuisset, perseverasset. Posset enim etiam perseverare si vellet; quod ut nollet de libero descendit arbitrio, quod tunc ita liberum erat ut et bene velle posset et male. Quid erit autem liberius libero arbitrio quando non poterit servire peccato, que futura erat et homini sicut facta est angelis sanctis merces meriti. Nunc autem per peccatum perdito bono merito in his qui liberantur factum est donum gratie que merces meriti futura erat. Quapropter bina ista quid inter se differant diligenter et vigilanter intuendum est: posse non peccare et non posse peccare, posse non mori et non posse mori, bonum posse non deserere et bonum non posse deserere. Potuit enim non peccare primus homo, potuit non mori, potuit bonum non deserere. Numquid dicturi sumus non potuit peccare qui tale habebat liberum arbitrium, aut non potuit bonum deserere cum hoc peccando deseruerit et ideo mortuus sit? Prima ergo libertas voluntatis erat posse non peccare; novissima erit multo maior non posse peccare. Prima immortalitas erat posse non mori; novissima erit multo magis non posse mori. Prima erat perseverantie potestas bonum posse non deserere; novissima erit perseverantie felicitas bonum non posse deserere. Numquid quia erunt bona novissima potiora atque meliora, ideo fuerunt illa prima vel nulla vel parva? Item ipsa adiutoria distinguenda sunt. Aliud est adiutorium sine quo aliquid non fit, et aliud est adiutorium quo aliquid fit. Nam sine alimentis non possumus vivere, nec tamen cum adfuerint alimenta eis fit ut vivat qui mori voluerit. Ergo adiutorium alimentorum est sine quo non fit, non quo fit ut vivamus. At vero beatitudo quam non habet homo cum data fuerit continuo fit beatus. Adiutorium est enim non solum sine quo non fit, verum etiam quo fit propter quod datur. Quapropter hoc adiutorium et quo fit est et sine quo non fit, quia et si data fuerit homini beatitudo continuo fit beatus, et si data numquam fuerit numquam erit. Alimenta vero non consequenter faciunt ut homo vivat, sed tamen sine illis non potest vivere. Primo itaque homini qui in eo bono quo factus erat rectus acceperat posse non peccare, posse non mori, posse ipsum bonum non deserere, datum est adiutorium perseverantie, non quo fieret ut perseveraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseverare non posset. Nunc vero sanctis in regnum dei per gratiam dei predestinatis non tale adiutorium perseverantie datur

sed tale ut eis perseverantia ipsa do-
netur non solum ut sine isto dono
perseverantes esse non possint verum
etiam ut per hoc donum non nisi perse-
verantes sint. Non solum enim dixit
Sine me nichil potestis facere verum
etiam dixit Non vos me elegistis
sed ego elegi et posui vos ut eatis et
fructum afferatis et fructus vester maneat.
Quibus verbis eis non solum iusti-
ciam verum etiam in illa perseverantiam
se dedisse monstravit. Christo enim eos
sic ponente ut eant et fructum affe-
rant et fructus eorum maneat, quis
audebit dicere non manebit? Quis
audebit dicere forsitan non manebit?
Sine penitentia sunt enim dona et
vocatio dei, sed vocatio eorum qui secun-
dum propositum vocati sunt. Pro his
igitur interpellante Christo ne deficiat fi-
des eorum, sine dubio non defi-
ciet usque in finem, ac per hoc perseverabit
usque in finem, nec eam nisi manentem
vite terminus inveniat. Maior
quippe libertas est necessaria adversus
tot et tantas temptationes que in
paradiso non fuerunt, dono perseverantie
munita atque firmata, ut cum
omnibus amoribus, terroribus, erroribus
suis vincatur mundus. Hoc sanctorum
martiria docuerunt. Denique ille et
terrente nullo et insuper contra dei terren-
tis imperium libero usus arbitrio non
stetit in tanta felicitate, in tanta non
peccandi facilitate. Isti autem non dico
terrente mundo sed sevienti ne starent
steterunt in fide, cum videret ille
bona presentia que fuerat relicturus,
isti futura que acciperent non
viderent. Unde hoc nisi donante illo
a quo donante misericordiam consecuti sunt
ut fideles essent, a quo acceperunt spiritum
non timoris quo persecutoribus cederent
sed virtutis et caritatis et continentie
quo cuncta minantia, cuncta invitan-
cia, cuncta cruciantia superarent. Illi
ergo sine peccato ullo data est cum qua
condita est voluntas libera, et eam fecit
servire peccato. Horum vero cum fuis-
set voluntas serva peccati, liberata
est per illum qui dixit Si vos filius
liberaverit, tunc vere liberi eritis, et acce-
perunt tantam per istam graciam libertatem
ut quamvis quamdiu hic vivunt pug-
nent contra concupiscentias peccatorum, eis-
que nonnulla subrepant pro quibus dicant

cottidie Dimitte nobis debita nostra,
non tamen ultra serviant peccato quod
est ad mortem, de quo dicit Iohannes
apostolus Est peccatum ad mortem, non pro illo
dico ut roget. De quo peccato quoniam
non expressum est, possunt multa et di-
versa sentiri. Ego autem dico illud esse
peccatum fidem que per dilectionem
operatur deserere usque ad mortem.
Huic peccato ultra non serviunt, non pri-
ma condicione sicut ille liberi, sed
per secundum Adam dei gratia liberati, et
ista liberatione habentes liberum arbit-
rium quo serviant deo, non quo
captivantur a dyabolo. Liberati enim
a peccato servi facti sunt iusticie, in qua
stabunt usque in finem, donante sibi
perseverantiam illo qui eos prescivit
et predestinavit et secundum propositum
eum vocavit et iustificavit et glo-
rificavit, quoniam illa que de his pro-
misit etiam futura iam fecit. Cui
promittenti credidit Abraham et re-
putatum est illi ad iusticiam. De-
dit enim gloriam deo plenissime cre-
dens sicut scriptum est quia que
promisit potens est et facere. Ipse ergo
illos bonos facit ut bona faciant.
Neque enim eos propterea promisit Abra-
hae quia prescivit a se ipsis bo-
nos futuros. Nam si ita est non
suum sed eorum est quod promisit. Non
autem sic credidit Abraham, sed non
est infirmatus in fide dans gloriam
deo plenissime credens quia que
promisit potens est et facere. Non ait
que prescivit potens est promittere,
aut que predixit potens est ostendere,
aut que promisit potens est prescire, sed que
promisit potens est et facere. Ipse igitur
eos facit perseverare in bono qui facit
bonos. Qui autem cadunt et pereunt
in predestinatorum numero non fuerunt.
Quamvis ergo de omnibus regeneratis
et pie viventibus loquebatur apostolus
dicens Tu quis es qui iudicas alie-
num servum? Suo domino stat aut ca-
dit, continuo tamen respexit ad
predestinatos et ait Stabit autem, et ne
hoc sibi arrogarent, Potens est
enim inquit deus statuere eum.
Ipse itaque dat perseverantiam qui sta-
tuere potens est eos qui stant ut
perseverantissime stent, vel restituere
qui ceciderunt. Dominus enim erigit
elisos. Ut ergo non acciperet hoc
donum, idest in bono perseverantiam,

Concludit ex predictis dicens quod Adam
non accepit nec accipere debuit
perseverantiam ex quo voluit [illegible]

Quid sit in spiritum
sanctum peccatum

primus homo per se perseveraret si non perseveraret meritus relinqueretur arbitrio tale. Habebat eius voluntas que sine ullo fuerat constituta peccato et nichil illi ex se ipso concupiscentialiter resistebat ut digne tanti bonitati et bene vivendi facilitati perseverandi committeretur arbitrium. Deo quidem presciente quid esset facturus iniuste presciente tamen non ad hoc cogente sed simul sciente quid de illo ipse faceret iuste. Nunc enim vero posteaquam est illa magna peccati merito amissa libertas etiam maioribus donis adiuvanda remansit infirmitas. Placuit enim Deo enim ad extinguendam presumpcionem humane superbiam ut non glorietur omnis caro coram ipso, id est omnis homo. Unde autem non glorietur caro coram ipso nisi de bonis suis que quidem potuit habere sed perdidit et per quod habere potuit per hoc perdidit hoc est per liberum arbitrium per quod non restat liberandis nisi gratia liberandi. Ita ergo non glorietur omnis caro coram ipso. Non enim gloriantur iniusti quia non habent unde nec iusti quia ex ipso habent unde nec habent gloriam suam nisi ipsum cui dicunt Gloria mea et exaltans caput meum. Ac per hoc ad omnem hominem pertinet quod scriptum est ut non glorietur omnis caro coram ipso ad iustos autem illud qui gloriatur in Domino glorietur. Hoc enim apertissime ostendit qui cum dixisset ut non glorietur omnis caro coram ipso ne putarent sancti sine gloria se remansisse mox addidit ex ipso autem vos estis in Christo Iesu qui factus est nobis sapiencia a Deo et iusticia et sanctificatio et redempcio ut quemadmodum scriptum est qui gloriatur in Domino glorietur. Hinc est quod in hoc loco infirmitatis ubi temptatio est vita humana super terram virtus in infirmitate perficitur que virtus nisi ut qui gloriatur in Domino glorietur. Ac per hoc nec de ipsa perseverancia boni voluit Deus sanctos suos in viribus suis sed in ipso gloriari qui eis non solum dat adiutorium quale primo homini dedit sine quo non possint perseverare si velint sed in eis etiam operatur et velle. Quoniam non perseverabunt nisi et possint et velint perseverandi eis et possibi-

litas et voluntas divine gracie largitate donetur. Tantum quippe Spiritu sancto accenditur voluntas eorum ut ideo possint quia sic volunt ideo sic velint quia Deus operatur ut velint. Nam si in tanta infirmitate huius vite in qua tamen infirmitate propter elationem reprimendam perfici virtutem oportebat ipsis relinqueretur voluntas sua ut in adiutorio Dei sine quo perseverare non possent manerent si vellent nec Deus in eis operaretur ut vellent inter tot et tantas temptationes infirmitate sua voluntas ipsa succumberet et ideo perseverare non possent quia deficientes in infirmitate nec vellent aut non ita vellent infirmitate voluntatis ut possent. Subventum est igitur infirmitati voluntatis humane ut divina gracia indeclinabiliter et insuperabiliter ageretur et ideo quamvis infirma non tamen deficeret neque adversitate aliqua vinceretur. Ita factum est ut voluntas hominis invalida et imbecilla in bono adhuc parvo perseveraret per virtutem Dei cum voluntas primi hominis fortis et sana in bono ampliore non perseveraverit habens virtutem liberi arbitrii quamvis non defuturo ~~arbitrio~~ adiutorio Dei sine quo non posset perseverare si vellet et non tamen tali quo in illo Deus operaretur ut vellet. Fortissimo quippe dimisit atque permisit facere quod vellet infirmis servavit ut ipso donante invictissime quod bonum est vellent et hoc deserere invictissime nollent. Dicente ergo Christo rogavi pro te ne deficiat fides tua intelligamus ei dictum qui edificatur super petram. Atque ita homo Dei non solum quia misericordiam consecutus est ut fidelis esset verum etiam quia fides ipsa non deficit qui gloriatur in Domino glorietur. Hoc de his loquor qui predestinati sunt in regnum Dei quorum ita certus est numerus ut nec addatur eis quisquam nec minuatur ex eis non de his qui cum annunciasset et locutus esset multiplicati sunt super numerum. Ita vocati dici possunt quia non secundum propositum vocati. Certum vero esse numerum electorum neque augendum neque minuendum quamvis et Iohannes Baptista significet

de numero predestinatorum certo

ubi dicit: Facite ergo fructum dignum poenitentiae, et nolite dicere apud vos metipsos: Patrem habemus Abraham; potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae; ut ostenderet sic esse istos amputandos, si non fecerint fructum, ut non desit numerus qui promissus est Abrahae. Tamen apertius in Apocalypsi dicitur: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si enim alius non est accepturus nisi iste perdiderit, certus est numerus. Quod autem etiam perseveraturis sanctis sic ista dicuntur, quasi eos perseveraturos habeatur incertum, non aliter hoc audire debent quibus expedit non altum sapere, sed timere. Quis enim ex multitudine fidelium, quamdiu in hac mortalitate vivitur, in numero praedestinatorum se esse praesumat? quia id occultari opus est in hoc loco, ubi sic cavenda est elatio, ut etiam per satanae angelum, ne extolleretur, tantus colaphizaretur apostolus. Hinc apostolis dicebatur: Si manseritis in me; dicente illo qui eos utique sciebat esse mansuros; et per prophetam: Si volueritis et audieritis me, cum sciret ipse in quibus operaretur et velle; et similia multa dicuntur. Propter huius utilitatem secreti, ne forte quis extollatur, sed omnes etiam qui bene currunt timeant, dum occultum est qui perveniat. Propter huius ergo utilitatem secreti credendum est quosdam de filiis perditionis, non accepto dono perseverandi usque in finem, in fide quae per dilectionem operatur incipere vivere, et aliquamdiu fideliter ac iuste vivere, et postea cadere, neque de hac vita prius quam eis hoc contingat auferri. Quod si nemini contigisset, tamdiu haberent homines istum saluberrimum timorem, quo vitium elationis opprimitur, donec ad Christi gratiam qua pie vivitur pervenirent. Deinceps iam securi numquam se ab illo esse casuros; quae praesumptio in isto temptationum loco non expedit, ubi tanta infirmitas ut superbiam possit generare securitas. Denique etiam hoc erit, sed tunc erit, quod iam est in angelis, et in hominibus, cum ulla superbia esse non poterit. Numerus ergo per Dei gratiam regno Dei praedestinatos, donata sibi etiam usque in finem perseverantia, illuc integer perducetur, et illic integerrimus iam beatissimus

sine fine servabitur, adhaerente sibi misericordia salvatoris sui, sive cum convertuntur, sive cum proeliantur, sive cum coronantur. Nam etiam illic esse Dei misericordiam necessariam sancta scriptura testatur, ubi sanctus de anima sua dicit domino: Qui coronat te in misericordia et miseratione. Dicit etiam Iacobus apostolus: Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam; ubi ostendit etiam in illo iudicio, in quo iusti coronantur iniustique damnantur, alios cum misericordia, alios sine misericordia iudicandos. Propter quod etiam mater Machabaeorum filio suo dicit: Ut in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Cum enim rex iustus sicut scriptum est sederit in throno, non adversabitur ante eum omne malum. Quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Ac per hoc etiam ibi Dei misericordia necessaria est, qua fiat beatus cui non imputabit dominus peccatum. Sed tamen bonorum operum meritis iusto iudicio etiam ipsa misericordia tribuetur. Cum enim dicitur: Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam, manifestatur in quibus inveniuntur bona opera misericordiae, iudicium cum misericordia fieri; ac per hoc etiam ipsam misericordiam meritis bonorum operum reddi. Non sic est nunc, quando non solum nullis bonis, sed etiam multis malis operibus praecedentibus, misericordia eius praevenit hominem, ut liberetur a malis, et quae fecit, et quae facturus fuerat nisi Dei gratia regeretur, et quae passurus fuerat in aeternum nisi erueretur a potestate tenebrarum et transferretur in regnum filii caritatis Dei. Verumtamen quia et ipsa vita aeterna, quam certum est bonis operibus debitam reddi, a tanto apostolo gratia Dei dicitur, cum gratia non operibus reddatur, sed gratis detur; sine ulla dubitatione confitendum est ideo gratiam vitam aeternam vocari, quia his meritis redditur quae gratia contulit homini. Recte quippe ipsa intelligitur gratia, quae in evangelio legitur gratia pro gratia; id est pro his meritis quae contulit gratia. Ad eos vero qui non pertinent ad hunc praedestinatorum numerum, quos Dei gratia, sive nondum habentes ullum liberum arbitrium, sive cum arbitrio voluntatis ideo vere libero quia per ipsam gratiam liberato, perducit ad regnum: hi ergo qui non pertinent ad istum certissimum et felicissimum numerum, pro meritis iustissime iudicantur. Aut enim iacent sub peccato

quod originaliter generatione traxerunt
Et enim illo hereditario debito quique occ-
mit qui non est regeneratione dimissi
aut per liberum arbitrium sed non liberatum
liberum iustitie peccati autem servum quo volu-
tur per diversas noxias cupiditates alii
magis alii minus sed omnes mali
et pro ipsa diversitate diversis suppliciis
iudicandi. aut gratiam dei suscipiunt
sed temporales sunt nec perseverant deserunt
et deseruntur dimissi enim sunt
libero arbitrio ~~non accepto~~ non accepto
perseverantie dono iudicio dei iusto et
occulto. Patiantur ergo se homines
corripi cum peccant ut de ipsa correp-
tione argumententur contra gratiam
nec de gratia contra correptionem quia peccatis
iusta pena debetur et ad ipsam perti-
net iusta correptio que medicinaliter
adhibetur etiam si salus egrotantis
incerta est ut si is qui corripitur de pre-
destinatorum numero pertinet sit ei cor-
reptio salubre medicamentum. Si autem
non pertinet sit ei correptio penale tor-
mentum. Sub isto ergo incerto caritate
adhibenda est cuius exitus ignora-
tur et pro illo cui adhibetur orandum est
ut sanetur. Cum autem homines per correptio-
nem in viam seu veniunt seu redeunt
quis operatur in cordibus eorum
salutem nisi ille qui quolibet plantante
et rigante et quolibet in agris vel ar-
busculis operante dat incrementum deus
cui nolenti facere nullum salvum
hominis resistat arbitrium. Sic enim
velle seu nolle in volentis aut nolentis est
potestate ut divinam voluntatem non
impediat nec superet potestatem. Etiam de
his enim qui faciunt quod non vult
facit ipse que vult. Et quod scriptum est quod
omnes homines vult salvos fieri nec
tamen omnes salvi fiunt multis quidem
modis intelligi potest ex quibus in aliis
opusculis meis aliqua commemoravi
unum sed hic unum dicam. Ita dictum
est omnes homines vult salvos fieri
ut intelligantur omnes predestinati quia
omne genus hominum in eis est sicut
dictum est phariseis decimatis omne
holus ubi non est intelligendum nisi
omne quod habebant. Neque enim omne
holus quod erat in toto terrarum orbe de-
cimabant. Secundum istum locutionis
modum dictum est et sic ego omnibus per omnia
placeo. Numquid enim qui hoc dixit
placebat et tam multis persecutoribus

suis sed placebat omni generi hominum
quod christi congregabat ecclesia sive iam
intus positis sive intro ducendis in
eam. Non est itaque dubitandum volun-
tati dei qui in celo et in terra omnia
quecumque voluit fecit. Et qui etiam
illa que futura sunt fecit humanas
voluntates non posse resistere quo-
minus faciat ipse quod vult quandoqui-
dem etiam de ipsis voluntatibus quod vult
cum vult ~~facit~~ facit. Nisi forte ut ex
multis aliqua commemorem quando
deus voluit Sauli regnum dari et sic
erat in potestate israelitarum subdere se
memorato viro sive non non subdere
quod utique in eorum erat positum volun-
tate ut etiam deo vellet resistere qui
tamen hoc non fecit nisi per ipsorum homi-
num voluntates sine dubio habens
humanorum cordium quo placeret
inclinandorum omnipotentissimam
potestatem. Sic enim scriptum est. Et di-
misit Samuel populum et abiit unusquisque
in locum suum. Et Saul abiit in domum
suam in Gabaa et abierunt potentes quo-
rum quorum tetigit dominus corda
cum Saule et filii pestilentes dixerunt
Nam salvabit nos hic et inhonora-
verunt eum et non obtulerunt ei munera. Num-
quid aliquis dicturus est non iturum fuisse
cum Saule quemquam eorum quorum tetigit
corda dominus ut irent cum illo [illegible]
nollent aut isse aliquem pestilentium
quorum ut hoc facerent corda non tetigit.
Item de David quem dominus in regnum suc-
cessorem preordinatum constituit ita legitur
Et ambulabat David proficiens et ma-
gnificabatur et dominus erat cum illo. Hoc
cum premissum fuisset paulo post
dictum est et spiritus induit Amasai princi-
pem xxx et dixit tui sumus David // [illegible]
Et tecum // fili Ysai pax pax tibi et pax
adiutoribus tuis quia auxiliatus
est tibi deus. Numquid iste posset adver-
sari voluntati dei et non potius eius
facere voluntatem qui in eius corde
operatus est per spiritum suum quo indutus est
ut hoc vellet diceret et faceret. Item paulo
post ait scriptura. Omnes hi viri di-
rigentes aciem bellatores corde
pacifico venerunt in Chebron ut con-
stituerent David super omnem Israel. Sua
voluntate utique isti constituerunt regem
David. Quis non videat quis hoc neget.
Non enim hoc non ex animo aut non
ex bona voluntate fecerunt corde pa-
cifico et tamen hoc in eis egit qui in cordibus

Nota homines debent pati paciente se corri-
pi

Nota de excommunicatione quod nulla maior est pena quam ea in ecclesia

Dominum qui noluit operari per quod promisit scriptura et ambulavit David proficiens et magnificabatur et Dominus omnipotens erat cum illo. Et rex Dominus omnipotens qui erat cum illo adduxit istos ut eum regem constituerent. Et quo adduxit? Numquid corporalibus ullis vinculis alligavit? Intus egit, corda tenuit, corda movit, eosque voluntatibus eorum quas ipse in illis operatus est traxit. Si ergo cum voluerit reges in terra constituere magis habet in potestate voluntates hominum quam ipsi suas, quis alius facit ut salubris sit correptio et fiat in corde correpti correctio ut celesti constituatur in regno? Corripiant itaque prepositi subditos suos fratres correptionibus de caritate venientibus pro culparum diversitate diversis vel minoribus vel amplioribus, quia et ipsa que damnatio nominatur, quam facit episcopale iudicium, qua pena in ecclesia nulla maior est, potest si Deus voluerit in correptionem saluberrimam cedere atque proficere. Neque enim scimus quid contingat sequenti die, aut ante finem vite huius de aliquo desperandum est, aut contradici Deo potest ne respiciat et det penitentiam, et accepto sacrificio spiritus contribulati cordisque contriti a reatu quamvis iuste damnationis absolvat, damnatumque ipse non damnet. Pastoralis tamen necessitas habet ne per plures serpant dira contagia separare ab ovibus sanis morbidam, ab illo cui nihil est impossibile ipsa forsitan separatione sanandam. Nescientes enim quis pertineat ad predestinatorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus caritatis affectu ut omnes velimus salvos fieri. Hoc quippe fit cum singulos quosque ut occurrerint cum quibus id agere valeamus adducere conamur ut iustificati ex fide pacem habeant ad Deum, quam predicabat apostolus etiam cum diceret: Pro Christo ergo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos; obsecramus pro Christo reconciliari Deo. Quid est autem eum reconciliari nisi pacem ad illum habere? Propter quam pacem etiam ipse Dominus Iesus dixit discipulis suis: In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui, et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illam pax vestra; sin autem ad vos revertetur. Cum ergo hanc pacem evangelizant de quibus predictum est: Quam speciosi pedes eorum qui annuntiant pacem, qui annuntiant bona, nobis quidem tunc incipit esse quisque filius pacis cum obedierit et crediderit huic evangelio et ex fide iustificatus pacem ad Deum habere ceperit; secundum predestinationem Dei autem iam filius pacis erat. Neque enim dictum est: Super quem requieverit pax vestra, fiet filius pacis; sed: Ubi, inquit, fuerit filius pacis, requiescet super illam domum pax vestra. Iam ergo et antequam illi annuntiaretur hec pax, filius pacis ibi erat, sicut eum noverat atque prescierat non evangelista sed Deus. Ad nos ergo qui nescimus quis sit filius pacis aut non sit, pertinet nullum exceptum facere nullumque discernere, sed velle omnes salvos fieri quibus predicamus hanc pacem. Neque enim metuendum est ne perdamus eam si ille cui predicamus non est filius pacis, ignorantibus nobis: ad nos enim revertetur, id est nobis proderit ista predicatio, non et illi; si autem super eum pax predicata requieverit, et nobis et illi. Quia ergo nos qui salvi futuri sint nescientes omnes quibus predicamus hanc pacem salvos fieri velle Deus iubet, et ipse hoc in nobis operatur diffundens istam caritatem in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis, Ad Ro. v. potest etiam sic intelligi quod omnes homines vult Deus salvos fieri, quoniam nos facit velle, sicut misit Spiritum Filii sui clamantem Abba Pater, id est nos clamare facientem. De ipso quippe Spiritu alio loco dicit: Accepimus Spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba Pater. Nos ergo clamamus, sed ille clamare dicitur qui efficit ut clamemus. Si ergo clamantem Spiritum recte dixit scriptura a quo efficitur ut clamemus, recte etiam volentem Deum a quo efficitur ut velimus. q 2 Ac per hoc et corripiendo nihil aliud debemus agere nisi ut ab ista pace que est ad Deum non recedatur, aut ad eam qui recesserat revertatur, nos agamus sine desperatione quod agimus. Si filius pacis est quem corripimus, requiescet super eum pax nostra; sin autem ad nos revertetur. Itaque etiam dum quorundam fides subvertitur, firmum fundamentum Dei

quamvis sciat dominus qui sunt eius non tamen ideo nos pigri et negligentes esse debemus in corripiendo eos qui corripiendi sunt. Per quos enim frustra dictum est corrumpunt mores bonos colloquia mala et perit infirmus in tua scientia frater propter quem christus mortuus est. Non contra ista precepta salubremque terrorem disputantes dicamus et corrumpunt mores bonos colloquia mala et perit infirmus quid ad nos pertinet? Firmum fundamentum dei stetit et nemo perit nisi filius perditionis. Absit ista garrientes securos nos in hac negligentia esse debere credamus. Verum est enim quia nemo perit nisi filius perditionis. Sed ait deus per ezechielem prophetam: Ille quidem in suo peccato morietur, sanguinem vero eius de manu speculatoris requiram. Quapropter quantum ad nos pertinet qui predestinatos a non predestinatis discernere non valemus et ob hoc omnes salvos fieri velle debemus omnibus ne pereant vel ne alios perdant adhibenda est a nobis medicinaliter severa correptio. Dei est autem illis eam facere utilem quos ipse prescivit et predestinavit conformes fieri ymaginis filii sui. Si enim aliquando timore non corripimus ne aliquis inde pereat, cur non etiam timore corripimus ne aliquis inde plus pereat? Neque enim dilectionis viscera maiora gestamus quam beatus apostolus qui dicit: Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo reddat. Ubi intelligendum est tunc potius malum pro malo reddi si corripiendus non corripiatur sed prava dissimulatione negligatur. Dicit etiam: Peccantes coram omnibus corripe ut ceteri timorem habeant. Quod de his peccatis accipiendum est que non latent ne contra dominum sentiam putetur locutus. Ille enim: Si peccaverit in te frater tuus corripe eum inter te et ipsum. Verumtamen et ipse severitatem correptionis eo usque perducit ut dicat: Si nec ecclesiam audierit sit tibi tanquam ethnicus et publicanus. Et quis magis dilexit infirmos quam ille qui pro omnibus factus est infirmus et pro omnibus ex ipsa est infirmitate crucifixus? Que cum ita sint nec gratia prohibet correptionem nec correptio negat gratiam. Et ideo sic est precipienda iusticia ut a deo gratia qua id quod precipitur fiat fideli oratione poscatur et hoc utrumque ita faciendum est ut neque iusta correptio negligatur. Omnia vero que agimus cum caritate fiant quia caritas nec facit peccatum et cooperit multitudinem peccatorum. Amen.

Explicit liber de correptione et gratia. Incipit liber beati augustini primus de baptismo parvulorum.

Quamvis in medijs et magnis curarum estibus atque tediorum que nobis detinet aperto rebus delinquentibus legem dei litteratis quoque ipsa maior eorum peccatorum impulsi erimus. Studio tamen tuo carissime Marcelline quo nobis es gratissimus atque iocundior diutius esse debitor nolui atque invenirem dicam non potui. Sic enim me compulit caritas qua in uno intimo tibi ubi unum sumus in membris communicanti ut timerem ne nimis offenderem deum qui tale desiderium tale donavit cui ferviens illi famulam qui donavit sic in qua me compulit sic dico et traxit ad dissolvendas pro tantillis viribus questiones et quas mihi scribendas dixisti, ea causa in animo meo paulisper vinceret alias. Donec aliquid efficerem quo me bono tue voluntati et eorum quibus hoc cure sit et si non sufficienter tamen obedienter deservisse sic constaret. Dicunt Adam sic fuisse factum ut etiam sine peccati merito non pena culpe sed necessitate nature per factum illud quod in lege dictum est quo die comederis morte morieris non ad mortem corporis sed ad mortem anime que in peccato fit referre conantur, qua morte mortuos significavit dominus infideles de quibus ait: Sine mortuos sepelire mortuos suos. Quid ergo respondemus legentibus quod deus primo homini etiam post peccatum increpando et damnando dixisse terra es et in terram ibis? Neque enim secundum animam sed quod manifestum est secundum corpus terra erat et morte eadem corporis erat iturus in terram. Quamvis enim secundum corpus terra esset et corpus in quo creatus est animale gestaret, tamen si non peccasset in corpus fuerat spiritale mutandus et in illam incorruptionem que fidelibus et sanctis promittitur sine mortis periculo transiturus. Cuius rei desiderium nos habere non solum ipsi sentimus in nobis verum et monente apostolo agnoscimus ubi ait: Etenim in hoc

Quod ex morte corporis moritur Adam propter peccatum

ingemiscimus habitaculum nostrum quod de celo est superindui cupientes si tamen induti induti non nudi inveniamur. Etenim qui sumus in hac habitatione ingemiscimus gravati in quo nolumus expoliari sed supervestiri ut absorbeatur mortale a vita. Proinde si non peccasset Adam non erat expoliandus corpore sed supervestiendus immortalitate et incorruptione ut absorberetur mortale a vita, id est ab animali in spirituale transiret. Neque enim metuendum fuit ne forte si diutius hic viveret in corpore animali senectute gravaretur et paulatim veterascendo perveniret ad mortem. Si enim Deus Israelitarum vestimentis et calciamentis prestitit quod per tot annos non sunt obtrita, Quid mirum si obedienti homini eiusdem potentia prestaretur ut animale hoc et mortale habens corpus haberet in eo quendam statum ingravescentem quo sine defectu esset annosus tempore quo Deus vellet a mortalitate ad immortalitatem sine media morte venturus. Sicut enim ipsa caro quam nunc gerimus non ideo non est vulnerabilis quia non est necesse ut vulneretur, sic illa non ideo non fuit mortalis quia non erat necesse ut moreretur. Talem puta habitudinem adhuc in corpore animali atque mortali etiam illis qui sine morte hinc translati sunt fuisse concessam. Neque enim Enoch et Helias per tam longam etatem senectute marcuerunt. Nec tamen credo eos iam in illam spiritualem qualitatem corporis commutatos qualis in resurrectione promittitur que in domino prima precessit, nisi quia isti fortassis istis cibis egent qui sui consumptione reficiunt, sed ex quo translati sunt ita vivunt ut similem habeant satietatem qua illis quadraginta diebus Helias expletus aque et collirida panis sine cibo vixit, aut si et his sustentaculis opus est ita in paradiso pascuntur fortassis sicut Adam prius quam per peccatum exire meruisset. Habebat enim quantum existimo et de lignorum fructibus refectionem contra defectionem et de ligno vite stabilitatem contra vetustatem. [illegible] autem in primis deus [illegible] et intelligibilis quod non de morte corporis quod intelligi possit ignoramus. Sunt et alia testimonia quibus evidentissime apparet non tantum spiritus sed etiam corporis mortem per peccatum meruisse genus humanum. Ad Romanos apostolus

Adque ostenditur quod mortem corporis meruit homo per peccatum

dicit: Si autem Christus in nobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam. Si ergo spiritus eius qui suscitavit Ihesum a mortuis habitat in nobis, qui suscitavit Christum Ihesum a mortuis vivificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in nobis. Pro ista quidem non expositione sed tantum lectore opus est tam clara et aperta sententia. Corpus inquit mortuum est, et non per fragilitatem terrenam quia de terre pulvere factum est, sed propter peccatum. Quid querimus amplius? Et vigilantissime non ait mortale sed mortuum. Nam antequam immutaretur illam in corruptionem que in sanctorum resurrectione promittitur, poterat esse mortale quamvis non moriturum, sicut hoc nostrum potest ut ita dicam esse egrotabile quamvis non egrotaturum. Cuius enim caro est que non egrotare possit etiam si aliquo casu prius quam egrotet occumbat? Sic et illud corpus erat iam mortale, quam mortalitatem absumptura fuerat mira mutatio in incorruptionem si in homine iustitia id est obedientia permaneret. Sed ipsum mortale non est factum mortuum nisi propter peccatum. Quia vero in illa resurrectione futura mutatio non solum nullam mortem que facta est propter peccatum sed nec mortalitatem habitura est quam corpus animale habuit ante peccatum, non ait: qui suscitavit Christum Ihesum a mortuis vivificabit et mortua corpora vestra, cum supra dixisset corpus mortuum; sed vivificabit inquit et mortalia corpora vestra, ut scilicet iam non solum non sint mortua sed nec mortalia, cum animale resurget in spirituale et mortale hoc induet immortalitatem et absorbebitur mortale a vita. Mirum si aliquid quis huic manifestationi liquidius, nisi forte audiendum est istud quod huic perspicuitati contradicit ut mortuum corpus secundum illum modum sic intelligamus quo dictum est Mortificate membra vestra que sunt super terram. Sed hoc modo corpus propter iustitiam mortificatur, non propter peccatum; ut enim opere iustitie mortificamus membra nostra que sunt super terram. Et si putant ideo additum propter peccatum ut non intelligamus quod peccatum factum est sed ut peccatum non fiat, tanquam diceret corpus quidem mortuum est propter non faciendum peccatum, quid sibi ergo vult quod adiunxisset spiritus autem vita est propter iustitiam? sufficeret enim si diceret vita spiritus ut etiam

hic spiritus subaudiendum. Propter non faciendum peccatum ut sit utrumque propter unum, item intelligimus et mortuum esse corpus et vitam esse spiritum propter non faciendum peccatum, sed quippe etiam si tamen vellet dicere propter iustitiam, hoc est propter faciendam iustitiam, utrumque ad hoc posset referre, mortuum esse et vitam esse spiritum propter faciendam iustitiam. Nunc vero mortuum corpus dixit esse propter peccatum et spiritum esse vitam propter iustitiam, diversa vita diversis rebus attribuens: mortem quidem corporis meritum peccati, vitam autem spiritus meritum iustitie. Quod esse verum dubitari non potest; spiritus vita est propter iustitiam, hoc est merito iustitie; profecto corpus mortuum propter peccatum quid aliud quam merito peccati intelligere debemus aut possumus, si apertissime scripture sensum non pro arbitrio pervertere ac detorquere conamur? Sed etiam aliorum consequentium lumen accedit. Cum enim presentis temporis gratiam de corpore humano diceret mortuum quidem esse corpus propter peccatum, quamdiu nondum per resurrectionem renovatum peccati meritum, id est manet hoc est necessitatis mortis, spiritum autem esse vitam propter iustitiam, quia licet adhuc corpore mortis huius oneratis iam secundum interiorem hominem incipientes renovatione in fidei respiramus, tamen ne humana ignorantia relinqueretur de resurrectione corporis incerta, spiritum etiam quod propter meritum peccati in presenti seculo dixerat mortuum, in futuro propter iustitie meritum dicit vivificandum, non tantum ut ex mortuo fiat vivum, verum etiam ex mortali immortale. Quamquam liquidum ut res non manifestat exponendo potius quam obscuret, apostoli tamen sententie lumen attende. Si autem Christus in vobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam. Hoc dictum est ne ideo putarent homines vel malum vel parvum se habere beneficium de gratia Christi, quia necessario moriuntur corpore. Attendere quippe debent corpus quidem adhuc peccati meritum gerere, quod conditioni mortis obstrictum est, spiritum tamen iam propter iustitiam fidei vivere, que in homine ... sicut ad mortem infidelitatis extinctus erat.

Non parvum ergo, inquit, putetis esse collatum vobis quod Christus in vobis est, quod in corpore propter peccatum mortuo iam propter iustitiam in eum spiritus vivit. Unde de vita quoque ipsius corporis desperetis. Si enim spiritus eius qui suscitavit Christum a mortuis habitat in vobis, qui suscitavit Christum Iesum a mortuis vivificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Quid adhuc queritur ... et liquidi sumus conditionis essentie. Clamat apostolus: corpus quidem mortuum est in vobis propter peccatum, sed vivificabuntur etiam vestra corpora mortalia propter iustitiam, propter quam nunc spiritus iam vita est, et totum perficietur per gratiam ... inhabitantem spiritum eius in vobis et ad ... que ... Quemadmodum fiat ut vita in nostre morte mortificando ... ait. Ergo, inquit, fratres, debitores sumus non carni ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis vivetis. Quid aliud est quam hoc: Si secundum carnem vixeritis tam morte; sicut autem secundum vitam facienda mortem vivificationis totum vivet. Item quod ait: per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum, quid aliud quam de morte corporis intelligi potest, quandoquidem ut hoc diceret de resurrectione corporis loquebatur, eamque in sanctissima et certissima intentione monebat suadebat. Quid est ergo quod hic ait ad Corinthios: per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur et sic in Christo omnes vivificabuntur. Quis quod ait etiam ad Romanos: per unum hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors, hanc illi mortem non corporis sed anime intelligi voluerunt, quasi aliud dictum sit ad Corinthios: per hominem mors, ubi omnino anime mortem accipere minime sinuntur, quia de resurrectione agebatur que morti corporis est contraria. Ideo etiam sola mors ibi per hominem facta commemorata est, non etiam peccatum, quia non agebatur de iustitia que contraria est peccato, sed de corporis resurrectione que contraria est corporis morti. Hoc autem apertum testimonium in quo ait per unum hominem

peccatum intrauit intrauit in mundum et
per peccatum mors conantur eos quidem in
aliam nouam detorquere quam mirum est
tunc fuerit subtilitati sed quid nobis
sit illud quod nihil habet nisi quod commemo-
rauisti quantum autem ex aliis com-
perimus quam potuit adam meruisse
peccando sanguine que in ipso peccato
sit et ipsum peccatulum non propagatione
in alios homines ex primo homine sed
imitatione transisse. Hinc enim
etiam in paruulis nolunt credere
per baptismum solui originale peccatum
quod in nascentibus nullum esse omnino
contendunt sed si apostolus peccatum illud
commemorare uoluisset quod non generatione
in mundum in propagatione sed imitatio-
ne intrauit eius principem non
adam sed dyabolum diceret de
quo scriptum est ab initio dyabolus
peccat de quo etiam legitur in libro
sapientie inuidia autem dyaboli
mors intrauit in orbem terrarum nam
quoniam ista mors sic a dyabolo
uenit in homines non quod ab illo
sunt propagati sed quod eum fuerint
imitati continuo subiunxit imitantur
autem eum qui sunt ex parte ipsius
Proinde apostolus cum illud peccatum ac
mortem commemoraret que ab uno
in omnes propagatione transisset eum
principem posuit a quo propagatio generis
humani sumpsit exordium. Imita-
tur quippe adam quot sunt per inobe-
dientiam transgrediuntur mandatum dei
sed aliud est quod exemplum est uoluntate
peccantibus aliud quod origo est cum
peccato nascentibus. Nam et christum imitantur
sancti eius ad sequendam iustitiam
unde idem apostolus dicit imitatores
mei estote sicut et ego christi. Sed preter
hanc imitationem gratia eius illuminationem
iustificationemque nostram etiam intrinsecus
operatur illo opere de quo idem predicator
eius dicit neque qui plantat est aliquid
neque qui rigat sed qui incrementum dat
deus. Hac enim gratia baptizatos quoque
paruulos suo inserit corpori qui certe
imitari aliquem nondum ualent. Sicut
ergo ille in quo omnes uiuifi-
cantur preter quod se ad iustitiam exemplum imi-
tantibus prebuit dat etiam spiritus sui
occultissimam fidelibus gratiam quam
et latenter infundit et paruulis sic
et ille in quo omnes moriuntur

preter quod eis qui preceptum domini uolunta-
te transgrediuntur imitationis exemp-
lum est occulta etiam tabe carnalis concupi-
scentie tabificauit in se omnes de sua
stirpe uenturos. Hinc omnino non aliunde
dicit apostolus per unum hominem peccatum intra-
uit in mundum et per peccatum mors et ita in
omnes homines pertransiit in quo
omnes peccauerunt. Hec si ego dicerem
resisterent isti nitentes non recte dici
non recte sentiri clamarent. Nul-
lam quippe in his uerbis intellige-
rent sententiam esse cuiuslibet hominis
qui hoc diceret nisi istam quam
in apostolo intelligere nolunt. Sed quia
eius uerba sunt auctoritati doctrine
qua succumbunt nobis intelligendi
obiciunt tarditatem eum et quieta
perspicue dicta sunt in nescio quid
aliud detorquere conantur. Per unum
inquit hominem peccatum intrauit in mun-
dum et per peccatum mors. Hoc propaga-
tionis est non imitationis nam per
dyabolum diceret. Quod autem nemo
ambigit istum primum hominem dicit quem
appellat adam et intingit in omnes
homines pertransiit. Deinde quod ait
in quo omnes peccauerunt quam circum-
specte quam proprie quam sine ambiguitate
dictum est. Si enim peccatum intellexeris
quod per unum hominem intrauit in mundum
in quo omnes peccauerunt certe manifestum
est omnia alia esse propria cuique peccata
in quibus hii tantum peccant quorum
peccata sunt aliud hoc unum in quo
omnes peccauerunt quando omnes ille homo
fuerunt. Si autem peccatum sed ipse ho-
minis intelligitur in quo uno homine
omnes peccauerunt quid etiam ista
manifestatione manifestius. Nempe
legimus iustificari in christo qui cre-
dunt in eum propter occultam communi-
cationem et inspirationem gratie spiritua-
lis. Gratia qua quisquis heret domino
unus spiritus est quamuis eum et imi-
tentur sancti eius legatur mihi
tale aliquid de his qui sanctos
eius imitati sunt ut dicatur sit
iustificatus in paulo uel in petro
uel in quolibet horum quorum in populo
dei magna excellit auctoritas
nisi quod in abraham dicimur benedici
sicut ei dictum est benedicentur in te
omnes gentes propter christum qui
semen eius est secundum carnem
quod manifestius dicitur cum hoc

idem ita dicitur benedicentur in semine
tuo omnes gentes. Dictum namque
esse quemquam in divinis eloquiis
peccasse ut peccatores in dyabolo. Hos enim
enim iniqui et impii omnes imitantur
nescio utrum quisquam reperiat. Et quod
tamen cum apostolus de primo homine diceret
in quo omnes peccaverunt adhuc de
peccati propagine disceptatur nescio quam ne-
bulam imitationis opponunt. Attende
etiam que sequuntur. Cum enim dixisset
in quo omnes peccaverunt secutus adiunxit
usque enim ad legem peccatum in mundo fuit
hoc est quia nec lex potuit auferre pec-
catum quia subintravit ut lex ma-
gis habundaret peccatum. Sive natura-
lis ex qua quisque iam ratione utens
incipit peccato originali addere et propria
sive ipsa que scripta per Moysen populo
data est. Si enim data esset lex que
posset vivificare omnino ex lege esset
iustitia. Sed conclusit scriptura omnia
sub peccato ut promissio ex fide Ihesu Christi
daretur credentibus. Peccatum autem non
deputabatur cum lex non esset. Quid
est non deputabatur nisi ignorabatur
et peccatum esse non putabatur. Neque enim
a domino deo tamquam non esset
habebatur cum scriptum sit quicumque
sine lege peccaverunt sine le-
ge peribunt. Sed regnavit mors
ab Adam usque ad Moysen id est a primo
homine usque ad ipsam legem que divini-
tus divulgata est quia nec ipsa potuit
regnum mortis auferre. Regnum enim
mortis vult intelligi quando ita dominatur
hominibus reatus peccati ut eos ad vitam
eternam que vera vita est ve-
nire non sinat sed ad secundam etiam que
penalis eterna est etiam mortem trahat.
Hoc regnum mortis sola in quolibet homine
gratia destruit salvatoris que operata est
etiam in antiquis sanctis quicumque an-
tequam in carne Christus venisset ad eius
…tatz adiuvantem gratiam non ad legis que iube-
re tantum non adiuvare poterat pertinebant.
Hoc namque occultabatur in veteri testamen-
to pro temporum dispensatione iustissima quod nunc
revelatur in novo. Ergo in omnibus regna-
vit mors ab Adam usque ad Moysen
qui Christi non adiuti sunt ut in eis regnum
mortis non destrueret gratia et in eis qui
non peccaverunt in similitudine prevaricationis
Ade id est qui non dum sua et propria voluntate
sicut ille peccaverunt sed ab illo peccatum
originale traxerunt qui est forma futuri
quia in illo constituta est forma condemp-
nationis futuris posteris qui eius pro-
pagine crearentur ut ex uno omnes in con-
dempnationem nascerentur ex qua non liberat nisi

gratia salvatoris. Adeo quidem propter alios
quos codices sic habent regnavit mors
ab Adam usque ad Moysen in eos qui pec-
caverunt in similitudine prevaricationis Ade
quod etiam ipsum qui ita legunt ad
eundem referunt intellectum ut in simili-
tudine prevaricationis Ade peccasse ac-
cipiant qui in illo peccaverunt ut ei
similes crearentur. Sicut ex homine
homines ita ex peccatore peccatores
ex moriente morituri damnatoque damnati.
Greci autem codices unde in latinam lingu-
am interpretatio facta est aut omnes aut pe-
ne omnes id quod a nobis primo positum est
habent. Sed non sicut delictum ita
et donatio. Si enim ob unius delic-
tum multi mortui sunt multo magis
gratia dei et donum in gratia unius ho-
minis Ihesu Christi in multos habundavit.
Non magis multos id est multo
plures homines neque enim plures iustifi-
cantur quam condempnantur sed multo
magis habundavit. Adam quippe
ex uno suo delicto reos genuit. Christus
autem etiam que homines delicta propria vo-
luntatis ad originale in quo nati
sunt addiderunt gratia sua solvit
atque donavit. Quod evidentius in conse-
quentibus verbis intuere. Quod ait ob
unius delictum multos mortuos.
Cur enim ob illius unius et non potius
ob delicta sua propria si hoc loco intelligen-
da est imitatio non propagatio. Sed at-
tende quod sequitur et non sicut delic-
tum per unum peccantem ita est et donum
nam iudicium quidem ex uno in condempna-
tione gratia quidem autem ex multis de-
lictis in iustificationem. Iam dicant ubi
locum habeant in his verbis illa imi-
tatio. Ex uno inquit in condempnationem.
Quo uno nisi delicto. Hoc enim explanat
cum adiungit gratia autem ex multis de-
lictis in iustificationem. Cur ergo iudicium
ex uno delicto in condempnationem gratia
vero ex multis delictis in iustificationem.
Nonne si nullum est originale delictum
non solum ad iustificationem gratia sed etiam
iudicium ad condempnationem ex multis
delictis homines ducit? Neque enim
gratia multa delicta condonat et
non pariter ex multis delictis in condempnationem
ducuntur quia omnia delicta que con-
dempnantur ex illius unius imitatione
commissa sunt. Eadem ratione est ut ex uno
delicto etiam ad iustificationem dici intelli-
gantur quoniam omnia delicta que iusti-
ficatis remittuntur ex illius unius imi-
tatione commissa sunt. Sed hoc utique
non intelligebat apostolus cum diceret
iudicium quidem ex uno delicto in condempnationem

nationem; gratia vero ex multis delictis
in iustificationem. Primo non nobis intelligendus
apostolus et videamus eo dictum iudicium
ex uno delicto in condempnationem. Quia
sufficeret ad condempnationem etsi non esset
in hominibus nisi originale peccatum. Quamvis
enim condempnatio gravior sit eorum
qui originali delicto etiam propria commiserunt
et tanto in singulis gravior quanto gravius
quisque peccavit, tamen etiam illud solum
quod originaliter tractum est non tantum a regno
dei separat, quo parvulos sine accepta
gratia Christi defunctos in regnum celorum
intrare non posse ipsi etiam confitentur, verum
et a salute ac vita eterna facit alienos,
que nulla esse alia potest preter regnum dei quo
sola societas Christi introducit. Ac per hoc
ab Adam in quo omnes peccavimus non
omnia nostra peccata sed tantum originale
traduximus; a Christo vero in quo omnes
iustificamur non illius tantum originalis
sed etiam ceterorum que ipsi addidimus
peccatorum remissionem consequimur. Ideo
non sicut per unum peccantem ita est et donum.
Nam iudicium quidem ex uno delicto
si non remittitur, id est originali, in condempna
tionem iam potest ducere. Gratia vero ex multis
delictis remissis, hoc est non solum origi
nali verum etiam omnibus ceteris, ad iusti
ficationem perducit. Si enim ob unius delictum
mors regnavit per unum, multo magis
qui habundantiam gratie et iustitie ac
cipiunt in vita regnabunt per unum Ihesum
Christum. Cur ob unius delictum mors
regnavit per unum nisi quia mortis
vinculo tenebantur in illo uno in quo
omnes peccaverunt etiam si propria peccata non
adderent? Alioquin non ob unius
delictum mors per unum regnavit sed ob de
licta multa multorum per unumquemque
peccantem. Nam si propterea ceteri ob alterius
hominis mortui sunt delictum, quia il
lum in delinquendo precedentem sub
sequentes imitati sunt, ille quoque
et multo magis ob alterius delictum
mortuus est quem dyabolus delin
quendo precesserat ut ei delictum
etiam ipse suaserit. Adam vero nichil
suasit imitatoribus suis et multi qui
eius imitatores dicuntur eum fuisse vel
tale aliquid commisisse vel non audierunt
vel omnino non credunt. Quanto ergo rectius sicut iam
dixi dyabolum principem constituisset apostolus
a quo peccatum et mortem per omnes homines
transisse diceret, si hoc loco non propagationem
sed imitationem dicere voluisset. Multo
enim rationabilius Adam est imitator dyaboli,
qui suasorem peccati habuit, si quisquam
imitari etiam illum qui nil tale sua-
sit, illo homine quem nesciat. Quid est autem
quod habundantiam gratie et iustitie acci
piunt nisi quod non solum tantum peccatis
in quo omnes peccaverunt, sed etiam que
addiderunt gratia remissionis donan
tur, eisque omnibus tanta iustitia donatur
ut, cum Adam consenserint ad peccatum
suadenti, non cedebant isti etiam coge
nti. Et quid est multo magis
in vita regnabunt, cum mortis reg
num multos plures in eternam penam
trahat, nisi intelligamus eos ipsos
utrosque dici qui transeunt ab Adam
ad Christum, id est a morte ad vitam, qui
in vita eterna sine fine regnabunt
magis quam in eis mors temporali
ter cum fine regnavit. Itaque sicut per unius
delictum in omnes homines ad condempnationem
ita per unius iustificationem in omnes ho
mines ad iustificationem vite. Hoc unius
delictum si imitationem attendamus
non erit nisi dyaboli; sed quia manifestum
est de Adam non de dyabolo dici, restat in
telligenda non imitatio sed propagatio
peccati. Nam et quod ait de Christo per unius ius
tificationem magis exprimit quam si per
unius iustitiam diceret. Eam quippe iustifi
cationem dicit qua Christus iustificat
impium, quam si non imitandam proposuit sed
solus facere potest. Nam potuit apostolus
recte dicere imitatores mei estote sicut
et ego Christi; numquam autem diceret iustifi
camini a me sicut et ego sum iustificatus
a Christo. Cum possint esse et fuerint et sint
multi iusti homines et imitandi iusti,
aut et iustificabis nemo nisi Christus. Unde
dicitur credenti in eum qui iustificat
impium deputatur fides ei ad iustitiam.
Quisquis ergo ausus fuerit dicere
iustifico te, consequens est ut dicat
etiam crede in me. Quod nemo sanctorum
dicere potuit nisi sanctus sanctorum:
Credite in deum et in me credite, ut
quia ipse iustificat impium deputetur fides
ad iustitiam. Nam si sola imitatio fa
cit peccatores per Adam, cur non etiam per Christum
sola imitatio iustos facit? Sicut enim in
quit per unius delictum in omnes homines
ad condempnationem, sic et per unius iusti
ficationem vite. Igitur isti unus et unus non
Adam et Christus, sed Adam et Abel con
stitui debuerunt. Quoniam cum multi
nos in huius vite tempore precesserint pec
catores eosque imitati fuerint qui posteriores
tempore peccaverunt, Adam tamen
nolunt illi isti non nisi Adam dictum in quo
omnes imitatione peccaverunt, quia ipse
in hominibus primus peccavit, ac per hoc
dici debuit Abel, in quo uno fuerunt

non de Abel quia primus iuste vixit

homines imitatione iustificarent qui ipse
primus hominum iuste vixit aut si propter
eum articulum temporis a novi testa-
menti exordium veniente Christus est
positus pro imitatione caput iustorum
Iudas eius traditor caput hominum debuit
peccatorum poni. Porro si propterea Christus unus est in quo
omnes iustificantur quia non sola eius
imitatio iustos facit sed per spiritum regenerans
gratiam iustificationis impertit propterea etiam
Adam unus est in quo omnes condem-
nantur quia non sola eius imitatio pec-
catores facit sed per carnem etiam generans
108 penam affert. Ob hoc et dictum est omnes
nec enim qui generantur per Adam ipsi omnes
per Christum regenerantur. Sed hoc recte dictum
est quia sicut nullus carnalis gene-
rationis praeter Adam sic spiritualis nullus nisi per Christum
Nam si aliqui possent carne generari
non per Adam et aliqui regenerari spiritu non per Christum
non omnes sed aliqui sive hic sive ibi di-
108 cerentur. Eosdem autem multos postea dicit
possunt quippe in aliqua re omnes
esse qui pauci sunt sed multos esse generatio-
ne carnalis multos et spiritualis genera-
tionis non tam multos quam spiritualis fiet quam
illa carnalis nec per omne quemadmodum
illa ob hoc omnes homines istic ista omnes
iustos homines quia sicut nemo praeter illa
homo sic nemo praeter ista iustus homo et utrique
multos. Sicut enim per inobedientiam unius
hominis constituti sunt peccatores multi
ita per obedientiam unius hominis iusti consti-
tuentur multi. Lex autem subintravit ut habun-
daret delictum. Hoc ad originale homines
addiderunt iam propria voluntate non per A-
dam sed hoc quoque solvit et sanat quia per Christum
quia ubi habundavit peccatum superhabundavit
gratia ut quemadmodum regnavit peccatum in
morte etiam quod non ex Adam traxerunt
homines sed sua voluntate addiderunt
sic et gratia regnet per iustitiam in vitam eter-
nam. Non tamen aliqua iustitia praeter
Christum sicut aliqua peccata praeter Adam. Ideo cum
dixisset quemadmodum regnavit
peccatum in morte quia non addidit sicut
per Adam quia supra dixerat de peccato illo
quod seminavit lege subintrante et utique
non est originis sed propriae voluntatis cum
autem dixisset sic et gratia regnet per ius-
titiam in vitam eternam addidit per Iesum
Christum dominum nostrum quia a generante carne
illud tantum quod trahitur quod est originale
peccatum a regenerante autem spiritu non solum
originalis sed etiam voluntariorum fit
remissio peccatorum. Potest proinde recte
De parvulis dici parvulos sine baptismo de corpore
exeuntes in damnatione omnium

mitissima futuros, multum autem fallit et
fallitur qui eos in damnatione praedicat
non futuros, dicente apostolo: Iudicium ex
uno delicto in condemnationem, et
paulo post: Per unius delictum in omnes
homines ad condemnationem. Quando ergo prae-
varicatus Adam non obediens deo, tunc
eius corpus quamvis esset animale ac
mortale gratiam perdidit qua eius
animae omni ex parte obediebat, tunc
ille exortus est bestialis motus puden-
dus hominibus quem in sua erubuit
nuditate. Tunc etiam morbo
quodam ex repentina et pestifera con-
temperatione corruptione concepto
factum in illis est ut illa in qua cre-
ati sunt stabilitate aetatis amissa
per mutabilitates aetatum irent in mor-
tem. Quamvis ergo annos multos postea vi-
xerint, illo tamen die mori coepe-
runt quo mortis legem qua in senectam
veterascerent acceperunt. Non enim
stat vel temporis puncto sed sine intermis-
sione labitur quidquid continua
mutatione sensim currit in finem non
perficiente sed consumente. Sic itaque im-
pletum est quod dixerat deus: Qua
die ederitis morte moriemini. Ex hac
igitur inobedientia ~~legis~~ carnis, ex hac
lege peccati morte morientium morte 98
carnaliter nascitur spiritaliter
opus habet ut non solum ad regnum
dei perducatur verum etiam a peccati damna-
tione liberetur. Simul itaque peccato et mor-
ti primi hominis obnoxii nascuntur
in carne et secundi hominis societati
renascuntur in baptismo sicut in
ecclesiastico scriptum est: A muliere ini-
tium factum est peccati et per illam omnes mori-
mur. Sive autem a muliere sive
ab Adam utrumque ad primum hominem
pertinet quoniam sicut novimus mulier ex vi-
ro est et viri et mulieris una caro est. Unde et illud
quod scriptum est: Et erunt duo in
carne una. Igitur iam non duo sed
una caro. Quapropter qui dicunt par-
vulos ideo baptizari ut hoc eis remit-
tatur quod in hac vita proprium contraxerint
non quod ex Adam traxerunt non mag-
no molimine refellendi sunt. Qui
cum secum ipsi paululum sine certan-
di studio cogitaverint quam sit absur-
dum nec digna disputatione quod di-
cunt continuo sententiam commutabunt.
Quod si noluerint non usque adeo desperan-
dum est de humanis sensibus ut me-
tuamus ne hoc cuiquam persuadeant.
Alii quippe ut hoc dicant alicuius
alterius sententiae praeiudicio nisi fal-
lor impulsi sunt ac propterea cum re-
mitti baptismo peccata necessario fate-

renati, nec saltem vellent eosdem ductu eo peccati quo reimplicati fuerant infantibus, quorum instantia coacti sunt accipere quasi aeternae salutis possint sine ipso, ut dixi, omnimodis negare. Enim sine ne ut docuimus opus est quibus non etiam perfectum insinuari quantum adeo pertinentiam quantum et nunc ortum in scriptis agimus sed etiam si non agnoscitur sensu hominum multis adminiculis cuiusque disputationis adiutus, sed illi monent et aliquid consideratione et discussione dignum videntur. Asserunt qui dicunt parvulos recenti vita exeuntes ex visceribus matrum non propter remittendum peccatum percipere baptismum, sed ut spiritalem procreationem habentes creentur in Christo et ipsius regni caelorum participes fiant, eo modo filii et heredes Dei, coheredes autem Christi. A quibus tamen cum quaeritur utrum non baptizati et non effecti coheredes Christi regnique caelorum participes habeant saltem beneficium salutis aeternae in resurrectione mortuorum, laborant vehementer nec exitum inveniunt. Quis enim Christianus ferat, cum dicitur ad aeternam salutem posse quemquam pervenire, si non renascatur in Christo, quod per baptismum fieri voluit, eo iam tempore quo tale sacramentum constituendum fuit regenerandis in spem salutis aeternae? Unde apostolus: Non ex operibus iustitiae quae nos fecimus, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis. Quam tamen salutem in spe dicit esse, cum in hac vita sumus, ubi ait: Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quae videtur non est spes; quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus. Quis ergo sine regeneratione salvos in aeternum posse parvulos fieri Christianus audeat affirmare, tamquam non pro eis mortuus est Christus? Etenim Christus pro impiis mortuus est. Isti autem qui, ut manifestum est, in sua propria vita nihil impie commiserunt, si nec originali ullo impietatis vinculo detinentur, quomodo pro eis mortuus est qui pro impiis mortuus est? Si nullo originalis peccati languore sauciati sunt, quomodo ad medicum Christum, hoc est ad percipiendum sacramentum salutis aeternae, suorum pio timore portantur et non eis in ecclesia dicitur: Auferte hinc istos innocentes; non est opus sanis medicus, sed male habentibus; non venit Christus vocare iustos, sed peccatores? Numquam dictum est, numquam dicitur, omnino numquam dicetur in ecclesia Christi tale commentum. Ac ne quisquam existimet ideo parvulos ad baptismum afferri oportere, quia sicut peccatores non sunt, ita nec iusti sunt, quomodo ergo quidam in eorum innocentiae laudatione commemorant quod ait Dominus: Sinite pueros venire ad me, talium est enim regnum caelorum? Si enim non propter humilitatis similitudinem, quia humilitas parvulos facit, sed propter puerorum vitam laudabilem dictum est, profecto iusti sunt. Non enim recte aliter dici potuit: Talium est enim regnum caelorum, cum esse non possit nisi iustorum. Sed forte hoc quidem non congruenter dicitur, quod parvulorum vitam laudaverit Dominus dicens: Talium est regnum caelorum, cum ille verior sit intellectus, quod humilitatis similitudinem in parva aetate posuerit; verumtamen, sicut tenendum est quod dixi, parvulos baptizari debere, quia sicut peccatores non sunt, ita nec iusti sunt. Sed cum dicat: Non veni vocare iustos, sed peccatores, quaeritur cui respondetur: Quos ergo vocare venit Christus? Si primo praedixit sed peccatores in primis ac per se etiam, quod si iusti non sunt, ita etiam si peccatores non sunt, non eos venit vocare qui dixit non se venire vocare iustos sed peccatores. Et in baptismo eius qui eos non vocavit non tantum frustra, verum etiam impudenter videntur irruere, quod absit ut sentiamus. Vocat eos igitur medicus qui non opus est sanis sed aegrotantibus, nec venit vocare iustos sed peccatores in paenitentiam. Et ideo quia suae vitae propriae peccatis nondum adhuc tenentur obnoxii, originalis eis aegritudo sanatur in eius gratia quae salvos facit per lavacrum regenerationis. Dicet aliquis: Quomodo ergo et ipsi vocantur in paenitentiam? Numquid tantuli possunt aliquid paenitere? Cui respondetur: Si propterea paenitentes dicendi non sunt, quia sensum paenitendi non habent, nec fideles dicendi sunt, quia similiter sensum credendi non habent. Si autem propterea recte fideles vocantur, quoniam fidem per verba gestantium quodam modo profitentur, cur non prius etiam paenitentes habentur, cum per eorundem verba gestantium diabolo et huic saeculo renuntiare monstrantur? Totum hoc in spe fit sacramenti et divinae gratiae, quam Dominus donavit ecclesiae. Ceterum quis ignorat quod baptizatus parvulus, si ad rationales annos veniens non crediderit nec se ab illicitis concupiscentiis abstinuerit, nihil ei proderit quod parvus accepit? Verumtamen si percepto baptismate de hac vita emigraverit, soluto reatu cui originaliter erat obnoxius, perficietur in illo lumine veritatis quod incommutabiliter manens in aeternum iustificatos praesentia creatoris illuminat. Peccata enim sola separant inter homines et Deum, quae solvuntur Christi gratia, per quem mediatorem reconciliamur, cum iustificat impium. Tenentur autem isti sententia Domini dicentis: Nisi quis natus fuerit denuo, non videbit regnum Dei; denuo quod enim ipse exponit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit in regnum caelorum. Et propterea conantur parvulos non

baptizatis in nomine Christi salutem ac vitam eternam tribuere. Si ergo baptizati non sunt eos a regno celorum facere alienos, non tamen quadam et mirabili presumptione necessariam salutis eterne vitam posse esse preter Christi hereditatem, preter regnum celorum. Habent enim videlicet quo confugiant atque ubi delitescant, quia non ait Dominus: Si quis non renatus fuerit ex aqua et spiritu non habebit vitam eternam, sed ait: non intrabit in regnum dei. Nam si illud dixisset, nulla hinc dubitatio posset oboriri. Auferatur ergo dubitatio; iam Dominum audiamus, non suspitiones coniecturasque mortalium. Dominum audiamus inquam, non quidem hoc de sacramento lavacri dicentem, sed de sacramento sancte mense sue, quo nemo rite nisi baptizatus accedit: Nisi manducaveritis carnem meam et biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. Quid ultra querimus? Quid ad hoc responderi potest, nisi pertinacia pugnaces nervos adversus constantiam perspicue veritatis intendat? An vero quisquam etiam hoc dicere audebit quod ad parvulos hec sententia non pertineat, possintque sine participatione corporis huius et sanguinis in se habere vitam, quia non ait: Qui non manducaverit, sicut de baptismo: Qui non renatus fuerit, sed ait: Si non manducaveritis, velud eos alloquens qui audire et intelligere poterant, quod utique non valent parvuli? Sed qui hoc dicit non attendit quia nisi omnes ista sententia teneat ut sine corpore et sanguine

2 filii hominis vitam habere non possint, frustra etiam etas maior adcurrit. Potest enim si non voluntatem sed verba loquentis attendas eis solis videri dictum quibus tunc Dominus loquebatur, quia non ait: Qui non manducaverit, sed: Si non manducaveritis. Et ubi est quod eodem loco de hac ipsa re ait: Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita? Secundum hoc enim etiam ad nos pertinere illud sacramentum intelligimus qui tunc nondum fuimus quando ista dicebat, quia non possumus dicere ad seculi vitam nos non pertinere, pro qua vita Christus carnem suam dedit. Quis autem ambigat seculi homines significatos qui nascendo in hunc seculum veniunt? Nam sicut alibi ait: Filii seculi huius generant et generantur. Ac per hoc etiam pro parvulorum vita caro data est, que data est pro seculi vita, et si non manducaverint carnem filii hominis, nec ipsi habebunt vitam. Hinc est et illud: Pater diligit filium et omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium habet vitam eternam; qui autem incredulus est filio non habebit vitam, sed ira dei manet super eum. In quo igitur horum genere ponemus infantes? In eorum qui crediderunt in filium an in eorum qui sunt increduli filio? Inveniendus autem aliquis qui eos, quia credere non possunt, nec increduli putandi sunt. Non hoc indicat ecclesiastica regula, que baptizatos infantes fidelium numero adiungit. Porro isti qui baptizantur per virtutem celebrationemque tanti sacramenti, quamvis suo corde atque ore non agant quod ad credendum confitendumque pertinet, attamen in numero credentium computantur; profecto illi quibus sacramentum defuerit in eis habendi sunt qui non credunt filio, atque ideo si huius inanes gratie de corpore exierint, sequetur eos quod dictum est: non habebunt vitam, sed ira dei manet super eos. Unde hoc, quando eos clarum est peccata propria non habere, si nec originali peccato teneantur obnoxii? Bene autem non ait: ira dei non veniet super eum, sed manet super eum. Ab hac quippe ira dei omnes sub peccato sunt, de qua dicit apostolus: Fuimus enim et nos aliquando naturaliter filii ire sicut et ceteri. Nulla res liberat nisi gratia dei per Ihesum Christum Dominum nostrum. Hec gratia cur ad illum veniat, ~~ad illum veniat~~ ad illum non veniat occulta esse causa potest, iniusta ~~non potest~~. Numquid enim iniquitas apud deum? Absit. Sed prius sanctarum scripturarum auctoritatibus colla subdenda sunt, ut ad intellectum per fidem quisque perveniat. Neque enim frustra dictum est: Iudicia tua sicut multa abyssus. Cuius abyssi altitudinem velud expavescens exclamat apostolus: O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei. Premiserat quippe sententiam mire profunditatis: Conclusit deus omnes in incredulitate ut omnibus misereatur. Cuius profunditatis velut horrore perfusus: O altitudo, inquit, divitiarum sapientie et scientie dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. Quis enim cognovit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi et retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia; ipsi honor et gloria in secula seculorum. Amen. Valde ergo parvum sensum habemus ad discutiendam iustitiam iudiciorum dei, ad discutiendam gratiam gratuitam nullis meritis precedentibus non iniquam, que non tam movet cum prestatur indignis, quam cur aliquibus indignis salus denegatur. Nam et hii quibus videtur ut parvuli sine gratia Christi de corpore exeuntes non solum regno dei, quo et ipsi fatentur nisi per baptismum renatos intrare non posse, verum etiam vita eterna et salute priventur, dicant vel quo iustum sit

alius ab originali impietate soluitur
alius non soluitur. Cum eadem sit utriusque
conditio, xpi iudicant secundum sententiam
suam quod idem eundem iustum sit ut huic
preter baptismus quo intret in regnum dei, illi non
prestet, cum sit utrique par causa. Etenim
mouet eos ex his duobus cum ex equo
ambo sint originali peccato obligati,
hic uinculo soluitur cui conceditur, cui non
tribuitur, mouet quod ex duobus originaliter
innocentibus alius accipit baptismum quo
in regnum dei possit intrare, alius
non accipit ne ad regnum dei possit ac-
cedere. Nempe iniquitatique cum ad illam
exclamationem redditur: O altitudo di-
uitiarum, eripis eundem baptisatum prius
dicatur in ... Cur alius rapitur ne mali-
cia mutaret intellectum eius, et alius
uiuit impius futurus? Nonne si ambo
raperentur ambo in regnum celorum ingre-
derentur? et tamen non est iniquitas apud de-
um. Quid illud quem non mouet quod
non in eadem altitudine exclamare
compellat, quod alii paruuli spiritu immun-
do uexantur, alii nichil tale patiuntur,
alii etiam in uteris matrum sicut Iere-
mias sanctificantur, cum omnes si est originale
peccatum pariter rei sint, si non est pariter inno-
centes sint. Unde ista tanta diuersitas
nisi quia inscrutabilia sunt iudicia eius et
inuestigabiles uie eius. An forte
illud iam explosum repudiatumque
sentiendum est, quod anime prius in celesti
habitatione peccantes gradatim
atque paulatim ad suorum meritorum corpora de-
scendant ac pro ante gesta uita magis
minusue corporeis pestibus affligantur.
Cui opinioni quamuis sancta scriptura
apertissime contradicat, que dicit nondum
natos nec qui aliquid egerint
boni aut mali ut secundum electionem
propositum dei maneret, non ex operibus
sed ex uocante dictum est quia maior seruiet
minori, non tamen ipsi qui hoc sentiunt eua-
dunt huius questionis angustias,
sed in eis coartati et herentes silent:
O altitudo exclamare coguntur. Unde
fit ut homo ab ineunte pueritia mode-
stior, ingeniosior, temperantior, ex
magna parte libidinum uictor, qui o-
derit auaritiam, luxuriam detestetur,
atque ad uirtutes ceteras prouectior ap-
tiorque consurgat, tamen eo loco sit ubi
ei predicari gratia christiana non possit? Quo-
modo enim inuocabunt in quem non crediderunt,
aut quomodo credent quem non audierunt,
quomodo autem audient sine predicante? Alius
autem tardo ingenio, libidinibus deditus,
flagitiis et facinoribus coopertus,
ita gubernetur ut audiat, credat, baptizetur,

rapiatur, aut si detentus hic fuerit lauda-
biliter hic uiuat? Ubi duo isti tam diuer-
sa merita contraxerunt, non dico ut iste
credat ille non credat, quod est proprie uolun-
tatis, sed ut iste audiat quod credat, ille non audi-
at. Hoc enim non est in hominis potestate. Ubi
autem inqua hec tam diuersa merita con-
traxerunt? Si in celo egerunt aliquam
uitam ut pro suis actibus precipitarentur in
terras congruasque sibi ante actae uite
corporis receptacula tenerent, ille
utique melius ante hoc mortale corpus uix-
isse credendus est qui non multum
meruit pregrauari, ut et bonum haberet
ingenium et concupiscentiis euenienti-
bus urgeretur quas posset facile superare,
et tamen eam sibi gratiam predicari non me-
ruit qua sola posset a secunde mortis
periculo liberari. Ille autem meritis deterio-
ribus, sicut putant, grauiori corpori im-
plicatus, ab hoc corpore corde obtuso,
si enim carnis illecebris ardentis-
sima cupiditate uincebatur, et nequissima
uita peccatis prioribus quibus adhuc
... merentem addere peiora ...
... tamen audiuit: Hodie mecum
eris in paradiso, aut aliquam cogitationem apo-
stolicis predicatione inuitatus et per lauacrum
regenerationis saluus effectus est,
ut ubi habundauit peccatum superhabundaret
gratia. Quid hic respondeant omnino non uideo
qui uolentes humanis coniecturis
iustitiam dei defendere et ignorantes al-
titudinem gratie fabulas improbabiles texu-
erunt. Multa enim dici possunt de
miris uocationibus hominum siue quas
legimus siue quas experti sumus, quibus
eorum opinio subuertatur qui credunt
an ista corpora sua quasdam proprias suas ... ui-
tas gessisse animas hominum quibus ad-
hec ueniunt et pro diuersitate meritorum diuer-
sa experiuntur uel bona uel mala. Sed etiam
de eo quod apud eos non sunt diutius
in morali uita temere quod mutatum
mutabile corpus non relatio eius non
secundum istos qui animas pro rebus
uite ante hoc corpus meritis suis
gestis aliis alia corporibus magis
minusue grauari opinantur. Afficeret
eos an ista uita minimam ... peccauit
eas qui uitis lumine sic amitteret
meruerit ut sensu intimo pro ronibus
nasceretur. Non dico tardissimi inge-
nii nam hoc de aliis dici solet, sed eadem
ita fecundes ut etiam aurit ad modo
nescit ipsum ... exhiberent corda de-
liciis fatui quorum nomen a greco diua-
tum moriones uulgus appellat. Cum
talis quidam fuit Ut. annos ut cum esset
omnium iniuriarum suarum in a ... fatuitate
patientissimus in iniuria tamen xpi nomi-

ut in isto ipso religionis qua imbutus
erat sic sentire non posset ut blasphema-
tores in ... certatos a quibus hoc ut
provocaret audiebat insectaretur lapidibus
non desisteret nisi mea causa ut dominus
peteret celestis quo prestituerat et ... ar-
bitror ut qui possunt intelligant
dei gratiam et spiritum qui ubi vult spirat.
Quod vero omne ingenii genus in filiis ine-
no perisse sed quod omne ingenii genus
in filiis generis perire ut qui gloriatur
in domino glorietur. Illi autem qui perveniunt de
superioris actione quasdam quasi animas sua
sua tarda corpora affingant quibus alie
magis alie minus congruenter. Et propterea
diversa humana ingenia veniant ut
tardiora sint et alia obtusiora
pro merito vite superioris et de meritis di-
vina quoque gratiam liberandis hominibus
dispensatam qui de isto possunt respondere
quomodo ei tribuerit doctorem tam in-
ta superiore ut posset fatuus nasceretur
et tam bene vitam ut posset Christi gra-
tiam multis acutissimis preferri. Ego
igitur et consentaneam auctoritatibus sacre
scripture que nec falli nec fallere sicut
non dum natos ad distinguenda merita eo-
rum aliquid boni aut mali egisse non
credimus. Ita omnes sub peccato esse
quo primum hominem intravit in mundum et
per mortem in omnes pertransiit a quo non li-
berat nisi gratia dei per dominum ihesum christum nul-
lo dubitemus cuius medicinalis adiuto-
rius non est opus sanis sed egrotantibus
quia non venit vocare iustos sed peccatores
in cuius regnum non intrabit nisi qui renatus
fuerit ex aqua et spiritu nec per regnum eius
salutem ac vitam possidebit eternam. Quo-
niam qui non manducaverit carnem eius
et qui incredulus est filio non habebit vitam
sed ira dei manet super eum. Ab hoc peccato
ab hac egritudine ab hac ira dei cuius
naturaliter filii sunt qui etiam si propria
etate non habent peccatum trahunt tamen origi-
nale peccatum non liberat nisi agnus dei qui
tollit peccata mundi. Non nisi medicus qui
non venit propter sanos sed propter egrotos. Non nisi
salvator de quo dictum est generi humano
Natus est nobis hodie salvator. Non
nisi redemptor cuius sanguine deletur
debitum nostrum. Nam quis audeat
dicere non esse Christum infantium salvatorem
nec redemptorem? Unde autem salvos facit
si nulla in eis est originalis egritudo
peccati? Unde redemit si non sunt per originem pri-
mi hominis venundati sub peccato? Nulla igitur a nobis
[illegible] preter baptismum Christi salus eterna
promittatur infantibus quia non promittit
scriptura divina humanis omnibus ingeniis
preferenda. Punici christiani baptismum ipsum nil
optime

aliud quam salutem et sacramentum corporis
Christi aliud nichil quam vitam vocant.
Unde nisi ut estimo ex antiqua ut existimo
et apostolica traditione qua ecclesie Christi insitum
tenent preter baptismum et participacionem mense
dominice non solum ad regnum dei sed nec
ad salutem et vitam eternam posse quemquam
hominum pervenire. Hoc enim et scriptura testa-
tur secundum ea que supra diximus. Nam quid
aliud tenent qui baptismum nomine salutis
appellant nisi quod dictum est: salvos nos
fecit per lavacrum regeneracionis. Et quod Pe-
trus ait: Sic et nos simili forma baptisma
salvos facit. Quid aliud etiam qui sacramentum
mense dominice vitam vocant nisi quod dictum
est: Ego sum panis vivus qui de celo
descendi et panis quem ego dedero caro
mea est pro seculi vita. Et si non manducaveri-
tis carnem filii hominis et sanguinem
biberitis non habebitis vitam in vobis.
Si ergo ut tot et tanta divina testimonia
concinunt nec salus nec vita eterna sine
baptismo corpore et sanguine domini cuiquam spe-
randa est frustra sine hiis promittitur
parvulis. Porro si a salute ac vita
eterna hominem nisi peccata non separant per
hec sacramenta non nisi reatus peccati in parvulis
solvitur de quo reatu scriptum est neminem
esse mundum nec si unius diei fuerit vi-
ta eius. Unde est et illud in psalmis: Ego
enim in iniquitatibus conceptus sum et in
peccatis mater mea in utero me aluit aut ex
persona generali ipsius hominis dicitur
aut si proprie David de se hoc dixit non utique
de fornicatione sed de legittimo connubio na-
tus fuit. Non itaque dubitemus etiam pro infan-
tibus baptizandis sanguinem fusum qui
priusquam funderetur sic in sacramento datus
et commendatus ut diceretur: Hic est
sanguis meus qui pro multis effundetur
in remissionem peccatorum. Negant enim
illos liberari qui sub peccato esse non
fatentur. Nam unde liberantur si nulla
servitute peccati tenentur? Ego
inquit lux in seculum veni ut
omnis qui credit in me non ma-
neat in tenebris. Hoc dicto quid ostendit
nisi in tenebris esse omnem qui non credit
in eum et credendo efficere ne maneat
in tenebris. Has tenebras quid nisi peccata
intelligimus. Et quodlibet aliud intelli-
gantur hec tenebre profecto qui non
credit in Christum manebit in eis et utique
penales sunt non quasi noctis ad
quietem animantium necessarie. Pro-
inde parvuli si per sacramentum quod ad
hoc divinitus institutum est in creden-
tium numero non transeant profecto in hiis
tenebris remanebunt. Quamvis eos
non nulli mox natos illuminari credant

sic intelligentes quod scriptum est Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, et quod si recte invenitur mandatum est quo illuminati ab unico filio, et quod erat primo ibi deus apostolus et in non admittantur ad regnum dei nec sunt heredes dei coheredes autem christi, hoc enim ab eis probaveris non praestatur etiam qui hoc sentiunt confitentur. Deinde etiam illuminati si adeo praeveniendum regnum dei non dum sint idonei, saltem ipsum baptismum quo ad hoc idonei fiunt leta suscipere deberent, cum tanta eos videamus magnis fletibus renitentes cum quorum ignorantiam non nulla aetate contemnimus ut sacramentum quod illis prodesse novimus in eis etiam renitentibus compleamus. Cur enim et apostolus dicit Nolite pueri esse mentibus, si iam lumine illo quod verbum dei est eorum mentes illuminatae sunt. Ita quod illud quod in evangelio positum est Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ideo dictum est quod nullus hominum illuminatur nisi illo lumine veritatis quod deus est, ne quisquam putaret ab eo se illuminari a quo audit ut discat, non dico si quemquam magnum hominem, non si angelum ei contigerit habere doctorem. Adhibetur enim sermo veritatis adhibitus voce ministeriis corporali, verumtamen quia plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Audit quippe homo dicentem vel hominem vel angelum, sed ut sentiat et cognoscat verum esse quod dicitur, illo lumine intus mens eius aspergitur quod eternum manet, quod etiam in tenebris lucet, sed sicut sol iste caecis quamvis eos suis radiis quodammodo vestiat non videtur, sic eos stultitiae tenebre non comprehendunt. Cur autem cum dixisset quod illuminat omnem hominem addidit venientem in hunc mundum. Unde haec opinio nata est quod in ortu corporali ab utero matris recentissimo illuminet mentes nascentium parvulorum. Quamvis ita positum sit ut possit intelligi etiam nomine luminis verum etiam ipsum venientem in hunc mundum. Tamen si hominem venientem in mundum necesse est accipiat simpliciter dictum arbitror sicut multa in scripturis reperiuntur quibus etiam detractis nihil sunt minuantur. Aut si utique aliqua distinctione additum est credendum est factum esse, hoc dictum est ad discernendam spiritualem illuminationem ab ista corporali quae sive per caeli lumina sive per terrena quibusque ignibus illuminat oculos carnis ut hominem

interiorem dixit venientem in hunc mundum quia exterior corporeus est sicut sic mundus, tamquam diceret illuminat omnem hominem venientem in corpus secundum illud quod scriptum est Sortitus sum animam bonam et veni in corpus incoinquinatum. A quo precedente sui distinctionis aliunde Illuminat gratia omnem hominem venientem in hunc mundum tamquam dictum esset Illuminat omnem interiorem hominem quia homo interior cum vere fit sapiens non nisi ab illo illuminatur quod est lumen verum. Aut si rationem ipsam qua humana anima rationalis ~~[illegible]~~ nominatur appellare et veritatio velut adhuc quieta et quasi sopita tamen insita quodam modo inseminatam in parvulis factam illuminationem voluit appellare tamquam creationem oculi interioris creationem non resistendum est tunc eam fieri cum anima creatur, et non absurde hoc intelligi cum homo venit in mundum. Verumtamen ipse quamvis iam creatis oculis necesse est in tenebris maneat si non ardenti eum quod dixit Ego lux in mundum veni ut omnis qui credit in me non maneat in tenebris. Quod per sacramentum in parvulis fieri non dubitat mater ecclesia quae corde et ore materno eis praestat ut sacris mysteriis imbuantur quando dum possunt corde proprio credere ad iustitiam nec ore proprio confiteri ad salutem. Nec ideo tamen eos quisquam fidelium fideles appellare cunctatur quod a credendo utique nomen est, quamvis hoc non ipsi sed alii pro eis inter sacramenta respondent. [illegible] Longum fiet si ad singula testimonia similiter disputemus. Unde commodius esse arbitror ut ea breviter congeram quaecumque occurrere potuerint vel quae sufficere videbuntur quibus apparet dominum Christum Jesum non aliam ob causam in carnem venisse ac formam servi accepta factum obedientem usque ad mortem crucis nisi ut hac dispensatione misericordissima gratiae omnes quibus tamquam membris in suo constituto corpore caput est ad capessendum regnum caelorum vivificaret, salvos faceret, liberaret, redimeret, illuminaret, qui prius fuissent in peccatorum morte, languoribus, servitute, captivitate, tenebris constituti sub potestate diaboli principis peccatorum; ac sic fieret mediator dei et hominum per quem post inimicitias impietatis nostrae illius gratiae pace finitis reconciliaremur deo in aeternam vitam a sempiterna morte quae talibus impendebat erepti. Hoc enim cum abundantius apparuerit consequens erit ad istam Christi dispensationem quae per eius humilitatem facta est

Marginal notes: ud; de doctore verbi (red); de corporali visu (red); sciente; Cur christus in carne venerit (red).

parvuli non possunt qui salute libe-
ratione redemptione illuminatione
non indigent. Et quoniam ad hanc perti-
net baptismus quo Christo consepeliuntur
ut incorporentur illi membra eius hoc
est fideles eius, profecto nec baptismus est
illo — necessarius eis qui remissionis et re-
conciliationis beneficio que fit per
mediatorem non opus habent. Porro
quia parvulos baptizandos esse conce-
dunt qui contra auctoritatem universe
ecclesie procul dubio per dominum et apostolos tra-
ditam venire non possunt, concedant
oportet eos egere illis beneficiis
mediatoris ut abluti per sacramentum
caritatemque fidelium ac sic incorporati
Christi corpori quod est ecclesia reconcilien-
tur deo, ut in illo salvi et liberati
et redempti et illuminati fiant. Unde nisi
a morte, vitiis, reatu, subiectione, tene-
bris peccatorum? Que quoniam nulla in ea
etate per propriam vitam suam commiserunt,
restat originale peccatum. Hec ratioci-
natio tunc erit fortior cum ea que promi-
si testimonia multa congessero. Iam
superius posuimus quod non veni vocare iustos sed peccatores.
Item cum ad Zacheum domum esset ingressus:
Hodie inquit salus huic domui facta
est quoniam et iste filius est Abrahe.
Venit enim filius hominis querere et salva-
re quod perierat. Hoc et de ove perdita et
relictis nonaginta novem quesita
et inventa, hoc et de dragma que
perierat dicitur. Unde oportebat ut di-
ceret predicari in nomine eius penitentiam et re-
missionem peccatorum in omnes gentes in-
cipientibus ab Ierusalem. Secundum Marcum
etiam in fine evangelii sui dominum
dixisse testatur: Euntes in mundum univer-
sum predicate evangelium omni crea-
ture; et qui crediderit et baptizatus
fuerit salvus erit, qui vero non crediderit
condempnabitur. Quis autem nesciat
credere esse infantibus baptizari, non cre-
dere autem non baptizari? Ex Johannis autem
evangelio quamvis ibi non nulla po-
suerimus attende etiam ista. Johannes
baptista de illo: Ecce agnus dei, ecce
qui tollit peccata mundi, et ipse de ipso
[illegible] ovibus vocem meam
audiunt et ego novi illas et sequuntur me
et ego vitam eternam do illis et non peribunt
in eternum. Cum ergo [illegible] ovium eius
non esse incipiant parvuli nisi per baptismum, profec-
to si hoc non acceperint peribunt; vitam
enim eternam quam dabit ovibus non habebunt.
Item alio loco: Ego sum via veritas et vita,
nemo venit ad patrem nisi per me. Hanc doctrinam
suscipientes apostoli videte quanta attes-
tatione declaraverint. Petrus in prima epistola sic:

benedictus est inquit deus et pater domi-
ni nostri Ihesu Christi, qui secundum suam multitudi-
nem misericordie regeneravit nos in spem
vite eterne per resurrectionem Ihesu Christi in
hereditatem immortalem et incontami-
nabilem immarcescentem servatam in
celis nobis qui in virtute dei custodi-
mur per fidem in salutem paratam palam
fieri in tempore novissimo. Et paulo post:
In veniam inquit in laudem et glo-
riam et honorem Ihesu Christi quem ignorantes diligi-
mus, in quem nunc non videntes credentes cum
videritis exultabitis gaudio in-
enarrabili et honorato gaudio per-
cipientes terminum fidei salutem
animarum vestrarum. Item alio loco: Vos
i q^a — autem genus electum regale sacerdoti-
um gens sancta populus in adoptione
ut virtutes annuntietis eius qui vos
de tenebris vocavit in admirabile
lumen suum. Et iterum: Christus inquit
semel pro peccatis nostris passus est iustus pro in-
iustis ut nos adduceret ad deum.
Item cum commemorasset in archa Noe octo
homines salvos factos sic et nos inquit
simili forma baptisma salvos
facit. Ab hac igitur salute et luce alie-
ni sunt parvuli et in perditione atte-
nebris remanebunt nisi per adop-
tionem populo dei fuerint sociati te-
nentes Christum passum iustum pro iniustis
ut eos adduceret ad deum. Ad Christi
Epistola etiam Johannis hec occurrerunt
que huic questioni necessaria visa
sunt. Et si in luce inquit ambu-
lavimus sicut et ipse est in luce socie-
tatem habemus ad invicem, et sanguinis
Ihesu filii eius purgabit nos ab omni
delicto. Item alio loco: Si testi-
monium inquit hominum accipimus, dei
testimonium maius est; quia hoc est
testimonium dei. Qui credit in
filium dei habet testimonium dei in se
metipso. Qui non credidit deo men-
dacem facit eum quia non credidit
in testimonium quod testificatus est de
filio suo. Et hoc est testimonium quo-
niam vitam eternam dedit nobis deus
et hec vita in filio eius est. Qui habet
filium habet vitam, qui non habet filium
vitam non habet. Non potuerunt igitur
regnum celorum sed nec vitam parvuli ha-
bere si filium non habebunt, quem nisi
per baptismum eius habere non possunt. Item
alio loco: In hoc inquit manife-
status est filius dei ut solvat opera di-
aboli. Non ergo pertinebunt parvuli
ad gratiam manifestationis filii
dei si non in eis solvet opera diaboli.

Iam nunc attende insuper et Pauli apostoli
testimonia tanto utique pluria quanto
plures epistolas scripsit, et quanto diligentius
instanter commendat gratiam Dei adversus
eos qui operibus gloriabantur atque ig-
norantes Dei iustitiam et suam volentes
constituere iustitie Dei non erant subiec-
ti. In epistola ad Romanos iustitia Dei
inquit in omnes qui credunt. Non
enim est distinctio, omnes enim peccaverunt
et egent gloria Dei, iustificati gratis
per gratiam ipsius per redemptionem que est
in Christo Iesu, quem proposuit Deus propiciato-
rem per fidem in sanguine ipsius ad ostensio-
nem iustitie eius propter propositum precedentium
peccatorum in Dei patientia ad ostendendam iusti-
tiam eius in hoc tempore, ut sit iustus et
iustificans eum qui ex fide est Iesu.
Item alio loco: ei qui operatur inquit
merces non imputatur secundum gratiam
sed secundum debitum. Ei vero qui
non operatur, credit autem in eum qui iustifi-
cat impium, deputatur fides ad iustitiam.
Sicut et David dicit beatitudinem hominis
cui Deus accepto fert iustitiam sine operi-
bus: Beati quorum remisse sunt iniqui-
tates et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir
cui non imputabit Dominus peccatum. Item pau-
lo post: non est autem scriptum inquit propter illum
tantum quia deputatum est illi, sed et propter
nos quibus deputabitur credentibus in eum
qui suscitavit Iesum Christum dominum nostrum
a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra
et resurrexit propter iustificationem nostram. Et pau-
lo post: Si enim Christus, cum adhuc infirmi
essemus, adhuc iuxta tempus pro im-
piis mortuus est. Et alibi: Scimus inquit
quia lex spiritualis est, ego autem carnalis
sum, venundatus sub peccato. Quod enim operor
ignoro. Non enim quod volo hoc ago, sed quod
odi illud facio. Si autem quod nolo
hoc facio, consentio legi quoniam bona.
Nunc autem iam non ego operor illud, sed
quod habitat in me peccatum. Scio enim
quoniam non habitat in me, hoc est in carne mea,
bonum. Velle enim adiacet mihi, perficere
autem bonum non invenio. Non enim quod volo
facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago.
Si autem quod nolo ego facio, iam non ego o-
peror illud, sed quod habitat in me peccatum.
Invenio igitur legem volenti mihi facere bo-
num, quoniam mihi malum adiacet. Con-
delector enim legi Dei secundum interiorem
hominem, video autem aliam legem in
membris meis repugnantem le-
gi mentis mee et captivantem me in le-
gem peccati que est in membris meis. Infelix
ego homo, quis me liberabit de corpore
mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum
nostrum. Dicant qui possunt se homines
nasci non in corpore mortis huius, ut

possint etiam dicere non esse necessariam gratiam
Dei per Iesum Christum qua liberentur de corpore mortis
huius. Item paulo post: Quod enim impos-
sibile erat legis in quo infirmabatur
per carnem, Deus filium suum misit in simili-
tudine carnis peccati et de peccato damnavit
peccatum in carne. Dicant qui audent op-
tuisse nasci Christum in similitudine carnis
peccati, nisi nos nati essemus in carne
peccati. Item ad Corinthios: Tradidi enim
vobis in primis inquit quod et accepi, quia
Christus mortuus est pro peccatis nostris secun-
dum scripturas. Item ad eosdem Corin-
thios in secunda: Caritas enim Christi compellit
nos iudicantes hoc, quoniam unus pro omnibus
mortuus est, ergo omnes mortui sunt,
et pro omnibus mortuus est ut qui vivunt iam
non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mor-
tuus est et resurrexit. Itaque nos neminem
novimus secundum carnem, et si novi-
mus secundum carnem Christum, sed nunc iam
non novimus. Si qua ergo in Christo nova crea-
tura, vetera transierunt, ecce facta sunt nova.
Omnia autem ex Deo, qui reconciliavit nos
sibi per Christum et dedit nobis ministerium recon-
ciliationis, quemadmodum quia Deus
erat in Christo mundum reconcilians sibi,
non reputans illis delicta eorum, et ponens
in nobis verbum reconciliationis.
Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam
Deo exhortante per nos. Obsecramus
pro Christo reconciliari Deo. Eum qui non
noverat peccatum pro nobis peccatum fecit ut
nos simus iustitia Dei in ipso. Cooperan-
tes autem et rogamus ne in vacuum
gratiam Dei suscipiatis. Dicit enim:
Tempore accepto exaudivi te et in
die salutis adiuvi te. Ecce nunc tempus
acceptabile, ecce nunc dies salutis.
Ad quam reconciliationem et salutem si non
pertinent parvuli, quis eos querit ad baptis-
mum? Si autem pertinent, ut homines
mortui sunt pro quibus ille mortuus
est nec aliter reconciliari et salvari possunt
nisi dimissa non reputentur delicta eorum.
Item ad Galathas: Gratia vobis et pax a
Deo patre et domino Iesu Christo qui dedit se-
metipsum pro peccatis nostris ut eximeret
nos de presenti seculo maligno. Et alio
loco: Lex transgressionis gratia posita
est donec veniret semen cui promissum
est, disposita per angelos in manu
mediatoris. Mediator autem unius
non est, Deus vero unus est. Lex ergo ad-
versus promissa Dei? Absit. Si enim data
esset que posset vivificare, omnino ex
lege esset iustitia. Sed conclusit scriptu-
ra omnia sub peccato, ut promissio ex fide
Iesu Christi daretur credentibus. Ad Ephesios

etiam et nos cum essemus mortui delictis
et peccatis vestris in quibus aliquando ambulastis
secundum seculum mundi huius secundum principem
potestatis aeris ~~spiritus eius~~ spiritus eius qui
nunc operatur in filios diffidentie in quibus
et omnes nos aliquando conversati sumus in de-
sideriis carnis nostre facientes voluntatem
carnis et affectionum et eramus natura
filii ire sicut et ceteri. deus autem qui dives est in
misericordia propter nimiam dilectionem qua dilexit
nos et cum essemus mortui peccatis
convivificavit nos christo cuius gratia sumus
salvati. Et paulo post. Gratia inquit salvati
estis per fidem et hoc non ex vobis dei enim do-
num est. Non ex operibus ne quis ex-
tollatur. ipsius enim sumus figmentum.
creati in christo ihesu in operibus bonis que prepa-
ravit deus ut in illis ambulemus. et paulo post.
Quia eratis inquit illo tempore alienati sine christo
a conversatione israel et peregrini testamentorum pro-
missionis spem non habentes et sine deo
in hoc mundo. nunc autem in christo ihesu qui
aliquando eratis longe facti estis prope in sanguine
christi. ipse est enim pax nostra qui fecit utraque
unum et medium parietem maceriae solvens
inimicitias in carne sua legem manda-
torum decretis evacuans ut duos con-
dat in uno novum hominem faciens
pacem et commutet ambos in uno corpore
deo per crucem interficiens inimicitias in semetipso
et veniens evangelizavit pacem
nobis qui eratis longe et pacem hiis
qui prope quia per ipsum habemus accessum am-
bo in uno spiritu ad patrem. Item alibi
dicit. deponere vos secundum pristinam
conversationem veterem hominem
eum qui corrumpitur secundum desideria concupi-
scentie deceptionis. renovamini
autem spiritu mentis vestre et induite novum
hominem eum qui secundum deum creatus est in
iustitia et sanctitate veritatis. Et alibi noli-
te contristare spiritum sanctum dei in quo signa-
ti estis in diem redemptionis. Ad colosenses
etiam ita loquitur. gratias agentes deo
patri qui idoneos fecit nos in partem sor-
tis sanctorum in lumine qui eripuit nos
de potestate tenebrarum et transtulit in regnum
filii caritatis sue in quo habemus redemptionem
in remissione peccatorum. Et alio loco. Et estis
inquit in illo repleti qui est caput omnis
principatus et potestatis in quo etiam circumci-
si estis circumcisione non manu facta in ex-
poliatione carnis corporis nec in circumcisio-
ne carnis consepulti ei in baptismo in quo
et resurrexistis per fidem operatio-
nis dei qui suscitavit illum a mortu-
is et nos cum essemus mortui delictis
et preputio carnis nostre vivificavit cum
illo donans nobis omnia delicta
delens quod adversus nos erat chirographum

decreti quod erat contrarium nobis et ipsum tollens
illud de medio et affigens illud cruci
expoliens se carne principatus et potestates
exemplavit fiducialiter triumphans
eos in semetipso. Item ad thimotheum.
Fidelis sermo et omni acceptio-
ne dignus quia christus ihesus venit
in hunc mundum peccatores salvos
facere quorum primus sum ego. Sed ideo misericordiam
non consecutus sum ut in me ostenderet primo
christus ihesus omnem longanimitatem
ad informationem eorum qui credituri
sunt in vitam eternam. Item dicit. unus
enim deus unus et mediator dei et homi-
num homo christus ihesus qui dedit redemp-
tionem semetipsum pro omnibus. In secunda
etiam ad eundem discipulum quod nequaquam eru-
bescere testimonium domini nostri neque me
vinctum eius sed collabora evangelio
secundum virtutem dei salvos nos facien-
tis et vocantis vocatione sua sancta
non secundum opera nostra sed secundum propositum
suum et gratiam que data est nobis in christo
ihesu ante secula eterna manifestata
autem nunc per adventum domini nostri ihesu christi
evacuantis quidem mortem illuminantis
autem vitam et incorruptionem per evangelium. Ad
titum etiam exspectantes inquit illam bea-
tam spem et manifestationem glorie dei mag-
ni et salvatoris nostri ihesu christi qui de-
dit semet ipsum pro nobis ut nos redimeret
ab omni iniquitate et mundaret
nos sibi populum habundantem emulato-
rem bonorum operum. Et alio loco. Cum autem
benignitas et humanitas illuxit sal-
vatoris dei nostri non ex operibus iustitie
que nos fecimus sed secundum suam
misericordiam salvos nos fecit per lavacrum re-
generationis et renovationis spiritus sancti
quem ditissime effudit super nos per ihesum
christum salvatorem dominum nostrum ut iustifi-
cati ipsius gratia heredes efficiamur
secundum spem vite eterne. Ad hebreos
quamquam epistola que quibusdam in nonnullis incer-
ta sit tamen quia legi quosdam huic
nostre de baptismo sententie parvulorum contraria
sentientes eam quandam pro opinionibus
suis testem adhibere voluisse magis
quam me movet auctoritas ecclesiarum
orientalium que hanc etiam inter
canonicas habent quanta pro
nobis testimonia contineat attendite.
Multifariam et multis modis olim deus loquens
patribus in prophetis novissime
diebus istis locutus est nobis in filio quem constituit heredem univer-
sorum per quem fecit et secula qui cum sit
splendor glorie et figura substantie eius

credens quoque omnia verbo virtutis sue
purgationem peccatorum faciens sedet ad
dexteram maiestatis in excelsis et ca.
paruit. Si enim qui per angelos dictus
est sermo factus est firmus et omnis prevaricatio
et inobediencia iustam accepit mercedis
retributionem quomodo nos effugiemus
si tantam neglexerimus salutem. Et alio
loco Quia ergo pueri communicaverunt
sanguini et carni et ipse similiter
eis participavit ut per mortem destrueret
eum qui potestatem habebat mortis id est
dyabolum et liberaret eos qui timore mortis
per totam vitam rei erant servituti. Et pau
lo post Unde debuit inquit per omnia
fratribus similari ut misericors fieret et fidelis
et princeps sacerdotum coram deo que sunt ad deum
ut repropiciaret delicta populi. Et ali
bi Non enim habemus inquit confessionem non
habemus sacerdotem qui non possit compati
infirmitatibus nostris temptatum autem per
omnia secundum similitudinem absque sine
peccato. Et alio loco [illegible]
lem inquit et decebat ut et nos esset [illegible]
eo [illegible] eius qui advenit pon
tifex semper vivens ad interpellan
dum pro nobis talem enim decebat ut
nos haberemus sacerdotem iustum sine ma
cula in eternum manentem segregatum a peccatori
bus altiorem celis factum non habentem co
tidianam necessitatem sicut principes sac
erdotum prius pro suis peccatis sacrificium
offerre deinde pro populo. Hoc enim semel
fecit offerendo se. Et alio loco Non enim
in manufacta sancta introivit Ihesus
que sunt similia verorum sed in ipsum celum ut
appareat nunc vultui dei pro nobis neque ut offe
rat sepius semet ipsum sicut pontifex
intrat in sancta in anno semel in sanguine
alieno. Ceterum oportebat eum frequenter pa
ti ab origine mundi constitutione nunc autem
semel in consummatione seculorum ad
remissionem peccatorum per sacrificium suum
manifestatus est et sicut constitutum est
hominibus semel mori post hoc autem iudicium
sic et Christus semel oblatus est ad multo
rum exhaurienda peccata secundo sine peccato
apparebit eis qui eum sustinent ad salutem.
Apocalipsis eciam Iohannes [illegible]
laudes Christo pro [illegible] novum testamentum
offerre Dignus es accipere librum
et aperire signacula eius quoniam occisus
es et redemisti nos deo in sanguine
tuo ex omni gente et lingua et populo
et natione. Item in actibus apostolorum [illegible]
tur [illegible] Petrus apostolus dicit [illegible]
dominum [illegible] quem occidistis
cum illa loquens Vos autem sanctum et iustum
negastis et postulastis
hominem homicidam vivere et donari nobis

nam interfecistis [illegible] occidistis. Et alio lo
co Hic est lapis qui reprobatus a vobis edifican
tibus qui factus est in caput anguli. Nec
enim aliud nomen est sub celo datum homini
bus in quo oporteat salvos fieri. Et alibi
Vos deus patrum suscitavit Ihesum quem
vos interfecistis suspendentes in ligno.
Hunc deus principem et salvatorem exaltavit
dextera sua ad dandam penitentiam
Israheli et remissionem peccatorum. In illo et
alio loco Huic omnes prophete testimonium
perhibent remissionem peccatorum accipere per
nomen illius omnes qui credunt in eum.
Item in eodem libro apostolus Paulus
Notum ergo sit vobis inquit viri fratres
quia per hunc vobis remissio peccatorum annunciatur
ab omnibus quibus non potuistis in lege
Moysi iustificari in hoc omnis qui credit
iustificatur. Hec tanquam aggregate testimonio
civibus a divisis [illegible] dei [illegible] non
[illegible]. Et multa quidem alia inquiri pos
sunt. Sed et fruendi [illegible] operis [illegible] non
negligenter querenda est. De libris quo
que veteris testamenti multas contesta
ciones divinorum eloquiorum [illegible] in
[illegible] passionem [illegible]
quidem illis qui occulta et sublimia [illegible]
[illegible] novi
testamenti [illegible] ipse dominus
[illegible] demonstravit et [illegible] dicens oportet
impleri que de illo scripta sunt in
lege et prophetis et psalmis. Et quia sic
oportebat Christum pati et resurgere
a mortuis tercia die et predicari in nomine eius
penitenciam et remissionem peccatorum per omnes
gentes incipientibus ab Ierusalem. Et Pe
trus dicit quod paulo ante commemora
vi Huic omnes prophete testimonium perhi
bent remissionem peccatorum accipere per nomen
eius omnem credentem in eum [illegible]
[illegible] commodius est dicere eciam [illegible] ve
teris testamenti testimonia pauca [illegible]
[illegible] ad supplementum vel potius
ad cumulum [illegible] debebimus. Ipse dominus
per prophetam in psalmo loquens ait Beatus
qui [illegible] eius [illegible] omnes
[illegible] non [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] delicta [illegible] postea [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] ut ubi [illegible]
peccatum superhabundavit gracia. Denique non
congregabo inquit conventicula eorum
de sanguinibus [illegible]
sanguinibus [illegible]

uelut in templum congregationes. Conuerte-
bant potius peccatores quam iustos. Dabat
tione. Non iam inquit de sanguinibus
congregabo conuenticula eorum.
Unus enim sanguis pro multis datus
est quo uniuersi mundarentur. Denique sequitur:
Nec memor ero nominum illorum
per labia mea, tamquam in nouitate eo-
rum non memor ero. Erant prius filii se-
culi, filii ire, filii diaboli, inmundi,
peccatores, impii; postea filii dei, hominum
nouo nomine cantantium nouum testam-
entum nouum. Non sint igitur ingrati gratie
dei pusilli cum magnis, a minore usque
ad maiorem. Tota quippe ecclesie uox est: erraui
sicut ouis perdita. Omnium membrorum
Christi uox est: omnes nos sicut oues errauimus,
et ipse traditus est pro peccatis nostris. Qui totum
[illegible] latus aperte [illegible] quod propheta
[illegible] sibi [illegible] ille cum
[illegible] et [illegible] in de-
[illegible] ipsum [illegible] et cuique
[illegible] quibus [illegible] contentiosis
[illegible]. Homo inquit
in plaga et qui sciat ferre infirmitates
propter quod [illegible] facies eius inhonorata
et non magnus estimatus est. Iste
infirmitates nostras portat et pro nobis in do-
loribus est et nos estimauimus illum
in doloribus et in pena. Ipse autem uul-
neratus est propter peccata nostra et infirmatus
est propter iniquitates nostras. Eruditio pacis
nostre in illum, liuore eius sanati sumus. Omnes
ut oues errauimus, et dominus tradidit
illum pro peccatis nostris. Et ipse quia maleficus (?)
est non aperuit os. Ut ouis ad immola-
dum ductus est, et ut agnus ante eum
qui se tonderet sine uoce, sic non aperuit os
suum. In humilitate iudicium eius sublatum est.
Generationem eius quis enarra-
bit? Quoniam tolletur de terra uita eius;
ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mor-
tem. Dabo quoque malos pro sepultura eius
et diuites pro morte eius, quia iniqui-
tatem non fecit, nec dolum ore suo. Et
dominus uoluit purgare illum de plaga. Si de-
deritis uos pro delicto, anima uestra
uidebit semen longissime uite,
et uult dominus auferre de doloribus
animam eius, ostendere illi lucem et figurare
per prudentiam, iustificare iustum bene seruien-
tem pluribus; et peccata eorum ipse sustinebit.
Propterea ipse hereditabit plures et fortium
partietur spolia, pro quo tradita est in mor-
tem anima eius, et inter iniquos estimatus
est, et ipse peccata multorum sustinuit, et propter
iniquitates eorum traditus est. Attende
ecclesia illud eunuchum (?) propheta cui decet com-
pletum lectorem etiam Iunius (?) [illegible]
in synagoga ipse recitauit. Quibus

domini superius: quod misit me euangeli-
zare pauperibus, misit me [illegible]
rent qui in presidia cordis sunt
predicare captiuis remissionem et cecis
uisum. Omnes quoque agnoscimus nec
nullus exceptus est eorum qui nolumus
corpori eius decedere, populum in unitate
eius uiuere, ad uirtutem et salutem quam
suus promisit, et propter uitam perpetuam omnes
iniquitatem agnoscimus, cum qui
peccatum non fecit et peccata nostra pertulit in cor-
pore suo super lignum, ut a peccatis separati
cum iustitia uiuamus, cuius cica-
tricibus sanati sumus, cum infirmi
essemus tamquam peccatorum euntia (?)
quecumque talis sunt nemine inquam
eorum qui ad Christum accesserint per
baptismi sacramentum et per sana doctrina
peruenit exceptum a gratia remis-
sionis peccatorum nec post aliam preter
sacramentum eius eternam salutem. Hec enim
parata est ciuitati. In ipso nouissimo
quod est in resurrectione mortuorum
perinet ad mortem quam etiam quoque
secunda mors appellatur. Sed uel
uitam eternam quam promittit nomine
dei deus suis et sanctis suis tamquam
uitam perpetuam omnes non uiuificari
enim nisi in Christo sicut in Adam omnes
moriuntur. Quemadmodum omnes
omnino pertinentes ad generationem
uoluntatis carnis non moriuntur
nisi in Adam in quo omnes peccaue-
runt, sic ex his omnes omnino perti-
nentes ad regenerationem uoluntatis
spiritus non uiuificantur nisi in Christo,
in quo omnes iustificantur. Quia
sicut per unum omnes ad condempnationem,
sic per unum omnes ad iustificationem,
nec ullus ullus medius locus ut
possit esse nisi cum diabolo qui non est cum
Christo. Hinc et ipse dominus uolens auferre
de cordibus male credentium istam
nescio quam medietatem quam conantur
quidam paruulis non baptizatis tribue-
re, ut quasi merito innocentie sint
in uita eterna, sed quia non sunt bap-
tizati non sint cum Christo in regno eius,
diffinitiuam protulit ad hec ora
silencium sententiam, ubi ait: Qui mecum non
est aduersum me est. Constitue igitur
quemlibet paruulum: si iam cum Christo est,
ut quid baptizatur? Si autem quod est uerius
ideo baptizatur ut sit cum Christo, pro-
fecto non baptizatus non est cum Christo,
et quia non est cum Christo aduersus eum
est. Neque enim eius tam manifestam
debemus aut possumus infirmare uel

in iniuriae sanam vero igitur adversus Christum
si non ex peccato neque enim ex corpore et anima natus
utrumque dei creatura est, peccato autem si ex peccato
quod nulla etiam non dicit male antiqua
vinculo tenentur illo peccati in quo omnes
ad damnationem nascuntur. Etiam et eius
in similitudine carnis peccati per quam ab
quare qui [illegible] oculos [illegible] et videndi
possibilitatem [illegible] que sicut amissa
[illegible] Quoniam [illegible] quos
licet videre sed non potest si autem non
potest [illegible] voluntas [illegible] amissa est
possibilitas Adhuc videte quas moles
[illegible] qui sua [illegible] ducit [illegible]
si valeret Obicit enim sibi questionem
dicens si [illegible] secundum apostolum contraria
[illegible]
cumque baptizatus caro sit contraria [illegible]
apostolum [illegible] non [illegible] intelligatur [illegible] ait
nos [illegible] Beneque bap-
tizatus dicit [illegible] non posse
quod [illegible] sit [illegible]
quia non potuit [illegible] sit [illegible]

[illegible] pt. [illegible]

possibilitas gratie [illegible] non peccandi

natum sed id sicut temperari necessarium est. Recessit a defensione nature ubi est igitur probabilitas possibilitatis. In parte non enim baptizati in natura hominum non sunt si prius sic possit vigilare et adversari potest quo fieri potest ut in nullo tamen baptizatis sit caro contraria. Ergo non baptizatis potest caro esse contraria. Exponat quemadmodum cum sit etiam in ipsis illa abesse nullum defensor natura. Certe in eis carnem dicit esse contrariam si non in baptizatis illecebris. Carnalis sumus debilitas egritudinis est carnalis sanus instabilis est quo enim accidentium inspirationis pugnantium adversarie. Porro si in illis ipsis contradicit carnem esse contrariam. Dicat quid contingat cum sit necessarium. Hoc est caro et spiritus contraria invicem cum corpus et spiritus procul dubio bona quia Deum qui creator sed quia hoc est vitium quod ita a bono nisi qua hoc est vitium quod ipsa in factum est voluntate et hoc vitium in natura sanetur cum ipso opus est salvatore quoniam salutem natura creatore hoc est salvatore eaque illius medicina qua vitium tanto factum est ut habitet in nobis si opus est salvatorem parvus et magnus. Iam de his eius actibus inimicitiam usque canos faciemus. Tale que inter nos hominis questionis est contra natura disputata est. Nunc iam in ipso caro et baptismus legatur caro esse contraria ubi quid quibus dicebat apostolus caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus

aut carnem. Hec enim invicem sibi adversantur ut non ea que vultis faciatis. Ad Galatas inter omnia istis scripsit Christus. Dicitque quod erunt nobis spiritum et virtutes operatur in nobis corporibus legis in concupiscentiis. Unde apparet enim baptizatis loqui omnibus. Deus tribuit spiritum ergo etiam baptismus esse et baptizatis caro in natura esse contraria et non adesse possibilitas illa quam inseparabiliter insitam dicit esse nature. Ubi est quod ait quomodo fieri potest ut cuiquam baptizato caro sit contraria. Quod non libet intelligat carne quia ista non natura eius que bona est sed vitia carnalia carnis hoc nomine nuncupantur. Ecce tamen

Nota etiam baptizatis caro contraria est. Et quomodo contraria ut non quod volunt faciant. Ecce adest voluntas in homine ubi adest possibilitas illa nature. Est fatendum gratiam nec Terentiam clamemus miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius et ut detur nobis gratia Dei per Jesum Christum dominum nostrum. Cum enim istis certissime dixerit sine adiutorio gratie Dei hominem dicat esse sine peccato. Non enim de illa gratia questio est qua est homo conditus sed de ista qua fit salvus per Jesum Christum dominum nostrum. Fideles enim orantes dicunt ne nos

inducas in temptationem sed libera nos a malo. Si adest possibilitas ut quid orant aut a quo malo se liberari orant nisi maxime de corpore mortis huius. Unde non liberat nisi gratia Dei per Jesum Christum dominum nostrum. Non utique de substantia corporis que bona est sed de vitiis carnalibus unde non liberatur homo nisi gratia salvatoris nec quando per mortem corporis morte discedit a corpore. Et hoc ut diceret apostolus quid superius dixerat. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee et captivum me ducentem in lege peccati que est in membris meis. Ecce quid vitium nature humane inobedientia voluntatis inflixit. Orare sinatur ut sanetur. Quid tantum de nature possibilitate presumunt. Vulnerata sauciata vexata perdita est vera confessione non falsa defensione opus habet. Gratia ergo Dei non qua instituatur sed qua restituatur queratur. Que ab isto sola clamatur non esse necessaria cum tacetur. Etsi omnino nihil de gratia Dei diceret nec eam questione solvenda sibi proposuisset ut de hac re invidiam removeret possit putari hoc quidem sentire quod veritas habet sed non dixisse quia non ubique omnia dicenda sunt. Proposuit de gratia questionem sed respondet quod habebat in corde. Diffinita questio est non qua nolebamus sed ubi quid sentiret dubitabamus. Deinde multis verbis apostoli contraria ostendere unde nomen contrarietatis quod caro ab illo ita scripto nomine ut velit intelligi non carnem sed substantiam carnis. Si opera eius dicentem vitia carnis contraria sunt voluntati hominis non natura culpatur sed magis medicus queratur. Quid est quod interrogat quis fecit hominis spiritum et respondet sibi sine dubio Deus. Et item interrogat carnem quis creavit similiter respondet credo Deus. Interrogat tertio bonus est qui utrumque creavit Deus respondet nulli dubium est. Adhuc interrogat et utrumque quod

Nota bonus auctor creavit bonum est. Hoc respondet confitendum est. Deinde concludit si igitur et spiritus bonus et caro bona a bono auctore condita quomodo fieri potest ut duo bona possint sibi esse contraria. Omitto dicere quia tota huius ratiocinatio turbaretur si quis ab eo quereret constituit febris quis fecit respondet ei sine dubio Deus. Non ego nullam interrogo ipse concludet utrum aut ista possint dici non bona aut non appareat inesse contraria

Hic forte dicturus es qualitates sunt iste substancie
non sunt. Ita est verum est, sed naturales et abdite
creature sine dubio pertinentes ad substanciam. Ea
quippe non possunt ipsas sine propriis qualitatibus
sicut aqua et ignis. Sed esto: quid si
quid si ita sunt caro et spiritus, quod quidem
non affirmamus, sed ut contenciones
eius non necessariam in hac contencione exclusam
ostenderemus hoc diximus. Possunt enim
immo et contraria non inutiliter adversum se invicem
vere temperata et bonam valitudinem
reddere, sicut in corpore siccitas et humiditas
frigus et calor, quorum omnium temperatione
bona corporalis valitudo consistit. Sed
quod contraria est caro spiritui ut non
ea que volumus faciamus vicium
est non natura: gratia medicinalis
queratur et controversia finiatur. Duo
quippe ista bona a bono deo condita
quomodo contra se invicem reconciliatione in non
baptizatis hominibus possunt sibi esse
contraria? Cur et hoc enim dixisse penitebit
quod afflatu aliquo fidei pene
locutus est? Quomodo enim, inquit, caro
fieri potest ut caro in homine iam baptizato
sit animo contraria? Significat non bap-
tizatis carnem posse esse contrariam.
Nam cur addidit iam baptizato cum
posset eciam hoc non addito dicere
quomodo fieri potest ut cuiuslibet caro sit
contraria? Atque ad hoc probandum subiecit
illam raciocinacionem quia utrumque
bonum est a bono conditum et ideo non potest
inter se esse contrarium. Ergo non bap-
tizati quibus esse fateris carnem esse con-
trariam suis illum interrogacionibus
urgeant et dicant: Cuius fecit hominis spi-
ritum nisi idem deus qui et illi car-
nem? Quis carnem creavit? Iste respondet deus.
Illi etiam: deus bonus est qui utrumque
creavit? Et iste nulli dubium est. Et iste
atque illi: unum quod restat inferunt et
utrumque quod bonus auctor creavit
bonum est? Iste fatebitur. Tunc illi eum suo
gladio iugulabunt et sentencia conclusione
eius et dicentes: Si igitur spiritus bonus
et caro bona et a bono auctore condita
quomodo fieri potest ut duo bona sibi possint
esse contraria? Hic forte ille inducetur
dare veniam, quia non debui dicere ubi
cuiuslibet baptizato carnem non posse esse
contrariam, ut hoc modo nobis non bap-
tizatis contrariam confiteretur. Sed sine
illa excepcione dicere debui carnem
nulli esse contrariam. Ecce quo se ipse con-
pingit ecce quo loquitur qui non vult
clamare cum apostolo: quis me liberabit
de corpore mortis huius? gratia dei per ihesum
christum dominum nostrum. Sed cui inquit cla-
mo iam baptizatus in christo? Illi hoc clamet
qui non dum tale beneficium percepit,
quales misteriorum vocibus signabat apostolus.

Si tamen vel hoc dicunt, sine ista differen-
cia non illos habuere excellenciae promittit
utrumque enim in baptizatis natura est et non in
baptizatis natura non est. Atque si vellet illa
meliorata esse contendit ut non sine causa
clament: Infelix ego homo quis me liberabit
de corpore mortis huius? Atque subveniat
meo cum clamanti gracia dei per ihesum christum dominum
nostrum. Concedat iam tandem aliquando
iam humana medico christo in digencia
Quando autem ubi natura istam perdiderit liber-
tatem quam sibi dari exoptat cum dicit
quis me liberabit? Non enim ille sola
carnis accusat. Cum enim dicit liberari se
cupit de corpore mortis huius, et corporis
sicut anime natura deo bona auctore
tribuenda sit. Sed utrumque de malis corporis
dicit. Nam de corpore mortis corporis separat
sed cum contraria cum illo vicia carnem
quibus iusta pena debetur quam etiam
in inferno illo dives invenit. Hinc se
non potuit utique liberari qui dicit: Quis
me liberabit de corpore mortis huius?
Ubicumque autem istam perdidit libertatem
certe inseparabilis est possibilitas illa necessariis
habet posse per naturale subsidium hoc velle
per liberum arbitrium. Sed quid baptismatis
tibi sacramentum? An pro commissis peccatis
ut ea tantum ignoscantur que facta in facto
tamen non possunt? Dimittere hominem

clamet quod clamabit. Non
enim tantum deprecabatur ut per indulgentiam sibi
de preteritis imprimeretur sed eciam ut sibi
de cetero ad non peccandum fortis vali-
dus consideratur. Cum legi dei secundum interiorem
hominem condelectetur, videt autem aliam legem in
membris suis repugnantem legi mentis
sue. Videt esse non talem sui se sper-
bus urgeri non peccati tantummodo futuri
sed etiam repugnantem videt legem eciam
captivantem se in lege peccati que est in
membris eius non que fuit hinc
et quod clamat: Infelix ego homo quis
me liberabit ergo de corpore mortis huius?
Gracia autem sunt absentissimi medici
potentissimi flagitantur quis contra
dicitur quod obstrepuntur quos misericordiam
miram christi petere prohibet et hoc ab adversa-
riam. Nam et illi cum christo ambularent qui
cecos lumine clamando petere prohibebat.
Sed tamen inter tumultum contradicencium
audivit ille clamantem unde hinc responsum
sum est gracia dei per ihesum christum dominum nostrum.
Porro si absistis ut hoc impetremus
ut non dum baptizati implorent auxilium
gracie salvatoris. Non est hoc quidem
parum adversus illam falsam defensionem
nostram tamquam sibi sufficientes necessario potestates
liberi arbitrii. Neque enim sibi sufficiunt dicendo
Infelix ego homo quis me liberabit de corpore

mortis huius. Aut plenam libertatem hic
dicendus est qui se adhuc postulat liberari
Verumtamen etiam illud videamus utrum
illi qui baptizati sunt faciant bona que
nolunt nulla carnis concupiscentia repugnante
Sed quod hinc dicamus ipse commemorauit
ubi concludens hunc locum divinum testimonium ut
illud quod continetur. Caro concupiscit adversus
spiritum / non deceremus superba sed de operibus
sentire necesse est / Hec et nos dicimus non
decernimus superba sed de operibus dicimus que
meminit decet nam si superba concupiscentia D
peccato suscitat de eo precipit ut non regnet
in vestro mortali corpore ad obediendum de-
sideriis eius. Sed attendat etiam ipse
iam baptizatis fuisse dictum caro concupis-
cit adversus spiritum et spiritus adversus carnem
ut non ea que vultis faciatis. Et ne ab
ipsa pugna desides faceret et relaxaret suam
laxamentum peccandi dedisse videretur ad-
iungit quod si spiritu ducimini non estis ad.
huc sub lege. Sub lege est enim qui timore
supplicii quod lex minatur non amore iustitie se
sentit abstinere ab opere peccati nondum li-
ber nec alienus a voluntate peccandi
ipsa enim voluntate reus est qua ma-
llet si fieri posset non esse quod timeat ut
libere faciat quod occulte desiderat. Ergo si
spiritu inquit ducimini non estis sub lege
utique lege que timorem incutit non tribuit
caritatem que caritas dei diffusa est
in cordibus nostris non per legis litteram
sed per spiritum sanctum. Hec est lex libertatis
non servitutis. Denique et Iacobus apostolus
ait qui autem perspexerit in legem perfectam li-
bertatis. Unde et ille non quidem iam lege
dei terrebatur ut servus sed condelectabatur
a secundum interiorem hominem. Videt tamen
adhuc aliam legem in membris suis re-
pugnantem legi mentis sue. In quantum
quisque spiritu ducitur non est sub lege quia
in quantum condelectatur legi dei non est
sub legis timore quia timor tormentum
habet non delectationem. Proinde si recte sentimus
sicut proficientibus sanitatis gratia agere
ita proficientibus caritate demimus ut ab ea liberati
ma cum ut addi possit sanitate perfecta
de suavitate de libertate perfruamur plena
Non enim abnuimus hanc tam esse
posse sine peccato aut ullo modo negare de-
bemus perfici posse quam perfici non nega-
mus sed gratia dei per ihesum christum dominum
nostrum. Eo adiuvante si dicimus ut iusta
et beata sit anima creata est nunc finale
utique resistitur quod aquibus dei sibi dicit
opponi dyabolus nobis adversarius prius
huic obiectioni et eadem verba respondimus
que ipse posuit resistamus illi et fugiet
Resistite inquit beatus apostolus dyabolo et fugi-
et a vobis. Unde animadvertendum quid
possit huius nocere quos fugit vel qua

virtute hic intelligendus sit qui solis
penalibus non resistentibus potest. Hec verba
mea sunt verius enim dicitur non potest. Sed
hoc inter est inter nos et istos quod nos
etiam cum dyabolo resistitur posse non du-
bitamus de adiutorium non solum non nega-
verum etiam predicamus. Isti autem tan-
tum voluntati tribuunt potestatem ut pi-
etati auferant orationem. Nam utique
ut dyabolo resistamus et fugiat a no-
bis, ideo precantes dicimus ne nos in-
feras in temptationem. Ideo etiam moniti
sumus tamquam ab imperatore milites
exhortante et dicente vigilate et ora-
te ne intretis in temptationem. Quod vero
contra eos disputat quibus videtur sine quod dicit
peccato esse si hec in homine esset potentia cum
posse Recte quidem disputat hoc si
eos contenti esse impossibile quia hec
illi nulla ut omnes nolunt. Sed hec
unde sit possibile consistat et pax est
ipsa est enim gratia dei per ihesum christum do-
minum nostrum qua omnino ista nos oran-
tes adiuvari ut non peccemus sed quasi
dicere nolunt. Quod si forte latenter se-
ntiat ignoscat aliter suspicantibus ipse non
hoc facit qui enim tantum de se repa-
ratur in invidiam sentire id vult et eo sint
non ut perfecta non vult. Quod creatura
gratiam hoc diceret enim per proprium
sibi hoc tamquam proprium adversariorum
oppositum criminare et apertius suscipit ex-
illic solam naturam defendere nolunt. Et
quia ita homo creatus est ut non peccare
posset si peccare noluisset asseruit ac
per hoc quod ita creatus est eam pos-
sibilitatem ad gratiam dei pertinere definiuit
qua possibilitate si noluit peccare
non peccaret. Et noluit aliquid dicere
de eo quod ipsa natura gratia dei per ihesum christum
dominum nostrum vel sanatur quia viciata
est vel quia sibi non sufficit adiuvatur
nec enim in hoc seculo fuit vel sit vel
possit esse aliquis ita iuste vivens ut
nullum habeat omnino peccatum sit specialis
questio inter nos piosque catholicos posse
tamen esse certe pelagiani inter quos qui
ambigit decipit sed ego nec de ista ve-
ra nolo contendere. Quamquam
mihi non videtur aliter intelligendum
quod scriptum est. Non iustificabitur
in conspectu tuo omnis vivens. Et si
qua similia eorum vel etiam possibilibus
ut hec testimonia melius aliter intel-
ligi posse vel perfectam plenamque iusti-
tiam cum prius merito adhibendum sit
et eum fuisse in aliquo cum in isto corpore
vivit et hodie esse et vitis futurum quod prodest
tamen longe sunt qui cum sibi usque
ad ultimum diem vite huius dicere necessa-
rium esse non dubitent ut valeat dicat

Dimitte nobis debita nostra sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris. Spem suam enim
in Christo atque in eius promissionibus veram
etiam firmam esse confidant et nullo tem-
pore nisi adiuvante gratia salvatoris Christi
crucifixi et dono spiritus eius vel quoslibet
ad plenissimam perfectionem quemquam ad
qualemcumque provectum vere pieque iustitie
pervenire qui negaverint nescio utrum possint
inqualiumcumque reproborum deputari numero.
At plerique illa testimonia que non sunt de
scripturis canonicis sed de quibusdam
catholicorum tractatorum opusculis
posuit, nolens occurrere hiis qui eum solum
dicerent ista defendere. Ita sunt media
ut nec adversentur nostre sententie nec illius
in quibus non nihil etiam de libris
meis interponere voluit me quoque ali-
quem deputans quem illis comme-
morandis dignum videret. Unde ingratus
esse non debeo et familiaritati [illegible] nolim
ut erret qui hunc michi detulit honorem.
Prima enim que posuit quia nomen
eius qui ea dixit non ibi legitur sive quia
ille non scripsit sive quia codex quem in-
spexit id aliqua forte mendositate non
habuit pertractare quid opus est? Maxime
cum me nullius quorumlibet hominum
scriptis liberum quia solis canonicis debeo
sine ulla recusatione consensum, nichil re-
movet quod de illius scriptis cuius nomen non
ibi inveni ille posuit. Oportet magis dic-
tos eque virtutis homines si nullum fiat ut memorato
peccato faciat hominem vivere posse preter peccatum
enim dictum sit ab homine sive indicit qualiter
possit exponere. Deinde tamen nos minime dubi-
tamus peccatum Christum non solum habuisse qui venit
et qui natus est in similitudine carnis peccati.
Aliud eiusdem ita posuit ut desideriis carnis
dominantis dicere non necessitatis esse peccare
sed propositi ac voluntatis; ergo desideria carnis
si non illicitarum concupiscentiarum sunt dici-
antur ipsis sicuti est famis sitis in refectione lassi-
tudinis et si quid huiusmodi est, propter eam
quidam quamvis ea sint inculpabilia in
culpas decidunt. Quod ab illo salvatore
affuit etiam si hec fuisse in eo per similitu-
dinem carnis peccati cum testes invenimus
Item ut Hilarius cuius hec verba posuit
Non enim nisi spiritu perfecti et immortalitate
mutati quod solis mundis corde disponitur
hec quod in deo est immortale cernemus. Quid
dixit contra id quod dicimus vel quid isti
adiuvet questio nisi quia posse esse hominem
mundo corde testatus est? Quod quis negat
si gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum
non sola arbitrii libertate. Item quod enim
dixisse commemorat quasi Iob litteras legeret
ut ab [illegible] se abdicavit mala et maligna quia
dominum sola mente vidit non adiuvaret de-

niciter. Deinde autem quod primum iustitie officium
est quod fecisse Iob dicit et numquam in hoc
seculo perfecisset ut sine gratia salvatoris quem
etiam prophetavit vel fecisset vel perfecisset. Abstinet
enim se ab omni re mala etiam qui habet
peccatum quod in se regnare non sinit cui surrepit
improbanda cogitatio quam pervenire ad finem
operis non permittit. Sed aliud est non habere peccatum
aliud non obedire desideriis eius. Aliud
est implere quod preceptum est non concupis-
ces et aliud est per quemdam abstinentie co-
natum saltem id agere quod item scriptum est
post concupiscentias tuas non eas. Nichil horum
tamen sine se recte posse sine gratia salvatoris
scire est. Ergo iustitiam in vero dei cultu cum
interna concupiscentie malo interna conflictione
pugnatur perficere autem omnino adversarium non
habere. Nam qui pugnat et adhuc periclitatur
et aliquando percutitur aliquando et tamen non sternitur
cum autem non habet adversarium plena
pace letatur et ipse est sine peccato verissime de-
mano nullum habitat peccatum. Non qui per absti-
nentiam mali operis dicat iam non ego
operor illud sed id quod inhabitat peccatum
Nam et ipse Iob de peccatis suis non tacet et utique
huic amico meo merito placet humilitate
nullo modo in falsitatis parte ponenda. Unde
id quod Iob confitetur quia verus dei cultor
est procul dubio veraciter confitetur. Et ipse Hy-
larius cum locum psalmi exponeret ubi
scriptum est Spreuisti omnes discedentes a iusti-
ficationibus tuis, si enim peccantes deus sper-
neret omnes utique sperneret quia sine
peccato nemo est. Sed spernit discedentes a se quos
apostatas vocant. Et videtis quemadmodum
non dixit quia sine peccato nemo fuit tam-
quam de preteritis loquens sicut quod sine peccato nemo
sit ut dixi non contendo. Quisquis enim
Iohanni apostolo qui nunc ipse ait Si dixerimus
quia peccatum non habemus sed non habemus,
Ecce Hylarius quomodo confitetur esse peccata
et clamo sine qua nemo iustificatur tamquam
sufficiente libero arbitrio immo ipse peccata
clamat ei credatur dicenti sine me nichil
potestis facere. Sanctus autem Ambrosius
ne valeat in eo loco quod iste commemorat illis
resistit qui dicunt hominem non esse posse
sine peccato in hac vita. Ut enim hoc diceret
accepit occasionem de Zacharia et Elizabeth
quod in evangelio commemorati sunt ambu-
lasse in omnibus iustificationibus legis sine
querela. Numquid tamen negat gratia dei per
Iesum Christum dominum nostrum. Ex qua fide etiam
eius etiam passionem iustos vixisse non
dubium est qui prestat spiritum sanctum per quem
diffunditur caritas in cordibus nostris
qua una iusti sunt quicumque sunt iusti. Qui
spiritus memoratus est etiam fratribus in
petitionibus advenientes. Ita illi volentis dimitti [illegible]

non adiuta non sufficiat. Item in ymno suo
dicit vocabisque prestat populus sanctorum meritorum
spiritum commemorationibus et ego de hoc ipso opere
sancti Ambrosii aliquid eo quod iste commemo-
ravit quod commemorandum putavi. Visum
et inquit michi potest nolle invisum esse quod
invisum esse sibi declarat. Non enim volun-
tate tantum humana visum est sed sicut
placuit ei qui in me inquit loquitur spiritus
qui ut id quod bonum est nobis quoque bonum
possit videri operatur. Quem enim miseratur et
vocat. Et ideo qui Christum sequitur potest
interrogatus cur esse voluerit christianus
respondere visum est michi. Quod enim
iste non visum negat deo visum a deo enim
preparatur voluntas hominum. Ut enim deus
honorificetur a sanctis dei gratia est. Ecce quid
iste sapiat verbis Ambrosii delectatur
quod a deo preparatur voluntas hominum
et nulla vel non magna questio est quod
vel quando perficiatur dum tamen sine Christi
gratia id ipsum fieri posse minime dubitet. De-
inde quantum valet ut attendet iste unum
ilsimum de Ambrosii verbis que posuit.
Cum enim ille dixisset Nam enim ecclesia
ex gentibus hoc est ex peccatoribus congre-
gata sit quomodo ex maculatis immacula-
ta potest esse nisi primo per dei gratiam abluta
delicto sit. Deinde quod per qualitatem
peccandi abstineat a delictis ille addi-
dit quod iste apposuit cur addere noluit dic-
namque ille nec initio immaculata humane
enim hoc impossibile nature sed per dei gratiam
iam et qualitate sua quia iam non peccat
fit ut immaculata videatur. Hoc verba iste
cur non addidit quis non intelligat. Sc-
agitur utique ut in hoc seculo ut ecclesia
quam omnes sancti cupiunt immacula-
tissimam puritate ecclesia sanctitas preveniat
que in futuro seculo neque aliquo malorum
hominum sibi permixto neque aliqua lege
peccati resistente legi mentis ducat vitam
similem in eternitate divina. Tamen
attendat iste quid secundum scripturas Ambro-
sius dixit nec ab initio immaculata
humane enim hoc impossibile nature
utique enim hoc ab initio dicit dei quo
ex Adam nascimur. Nam et ipse Adam im-
maculatus procul dubio factus est sed
in eis qui sunt nature filii ire ducentes
ex illo quod maculatum est in illo ab initio
esse immaculatos humane nature im-
possibile diffinivit. Item Johannes Con-
stantinopolitanus cuius posuit similiter
dicit peccatum non esse substantiam sed actum
malignum. Quis hoc negat. Et quia non est natu-
rale id est quod id lege datum et quod de arbitrio li-
bertatis descendit. Etiam hoc quis negat

Sed non id agitur de gratia dei qua
sanatur per mediatorem Christum quo non in-
digeret si sana esset. Quod iste tamen
quasi sana vel tamquam sibi sufficiat
te nolunt arbitrio posse non peccare
predicat defendit. Quis quis enim Christi-
anus ignorat quod beatissimum
Xystum Romane ecclesie episcopum et domini mar-
tirem dixisse commemorat. Quia liber-
tatem arbitrii sui permisit deus ut pu-
re et sine peccato viventes similes fiant
deo. Sed ad ipsum arbitrium pertinet voca-
tem audire et credere et ab eo in quem credit
non peccandi adiutorium postulare.
Nam utique cum dicit similes fiant deo
per caritatem futuri sunt similes deo que
diffusa est in cordibus nostris non nature
possibilitate nec libero arbitrio quod
est in nobis sed per spiritum sanctum qui
datus est nobis. Et quod dicit idem
martir templum sanctum est deo
mens pura et altare optimum est ei
cor mundum et sine peccato. Quis nes-
ciat ad istam perfectionem perducendum
cor mundum interior homo renovatur
de die in diem. Non tamen sine gratia
dei per Ihesum Christum dominum nostrum.
Item quod ait ipse vir castus et si-
ne peccato potestatem accepit esse filius dei
utique admonuit ne cum quisque fue-
rit ita castus et sine peccato quo ubi et
quando in eo perficiatur non nulla que-
stio est sed inter pios bene queritur sed
quod tamen constat fieri posse et sine
mediatore dei et hominum homine Christo
Ihesu fieri non posse. Tunc ut dicere
ceperam prudenter Christus admonuit
ne cum fuerit quisque talis factus se
hoc vere inter dei filios deputaturus
putetur proprie fieri potestatis fuisse qua
per gratiam accepit a deo cum eam non
haberet in natura iam viciata atque depra-
vata. Sicut in evangelio legitur quod est
autem receperunt eum dedit eis pote-
statem filios dei fieri quod utique non
erant per naturam nec omnino fierent
nisi eum recipiendo acciperent per
eius gratiam huiusmodi potestatem. Hec
est potestas quam sibi vindicat forti-
tudo caritatis que non est in nobis nisi per
spiritum sanctum qui datus est nobis.
Quod etiam presbiter venerabilis Iohannes
dixit in hiis que illum dixisse com-
memorat. Cum exponeret quod scri-
ptum est Beati mundo corde quoniam
ipsi deum videbunt quos non ar-
guit conscientia ulla peccati. Et adicit
mundus mundo corde conspicitur templum dei.

non potest esse pollutum. Hoc utique agitur
in nobis conando laborando agendo
orando impetrando, ut ad illam perfec-
cionem in qua possimus deinde mundo
corde conspicere eius gratiam perducamur
per Iesum Christum dominum nostrum. Item quod
ait a me memorato dicto ex ipso de li-
bero arbitrio: nos condidit deus nec ad
iniquitatem nec ad iusticiam necessitate tra-
himur. Alioquin ubi necessitas nec
corona est. Quis non agnoscat, quis non
toto corde suscipiat, quis aliter condi-
tam humanam neget esse naturam? Sed in recte
faciendo ideo nullum est vinculum neces-
sitatis quia libertas est caritatis. Redi ergo
ad apostolicam sententiam: Caritas dei diffusa
est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui
datus est nobis. A quo nisi ab illo qui
ascendit in altum, captivam duxit capti-
vitatem, dedit dona hominibus? Quod
autem ex vicio nature non ex condicione
nature sit quedam peccandi necessi-
tas, audiat homo atque ut eadem ne-
cessitas non sit discat deo dicere: De ne-
cessitatibus meis educ me. Quia et in
huiusmodi oratione certamen est adversus
temptatorem de ipsa contra nos necessi-
tate pugnantem. Ac per hoc opitulan-
te gratia per dominum nostrum Iesum
Christum et mala necessitas removebitur
et libertas plena tribuetur. Veniamus ad
nos. Item inquit Augustinus in
libris de libero arbitrio: Quecumque
ista causa est voluntatis, si non potest
ei resisti sine peccato ei ceditur. Si autem
potest, non ei cedatur et non peccabitur.
An forte fallit incautum? Ergo caveat
ne fallatur. An tanta fallacia est
ut caveri omnino non possit? Nulla ergo
peccata sunt. Quis enim peccat in eo quod
caveri nullo modo potest? Agnosco verba mea
sunt, sed etiam ipse dignetur agnoscere su-
perius cuncta que dicta sunt. De gratia
quippe dei agitur que nobis per media-
torem medicina opitulatur, non de
possibilitate iusticie. Potest ergo cui
cause quecumque illa est resisti, potest
plane. Nam in hoc adiutorium pos-
tulamus dicentes: Ne nos inferas
in temptationem. Quod adiutorium
non posceremus si resisti nullo modo
posse crederemus. Potest peccatum caveri, sed
opitulante illo qui non potest falli. Nam
et hoc ipsum ad cavendum peccatum plurimum(?)
pertinet, si veraciter dicimus: Dimitte
nobis debita nostra sicut et nos dimit-
timus debitoribus nostris. Duobus enim
modis etiam in corpore cavetur morbi
malum: et ut ipso non accidat et ut si

acciderit cito sanetur. Ut non accidat cavea-
mus dicendo: Ne nos inferas in temptationem;
ut cito sanetur caveamus dicendo: Dimit-
te nobis debita nostra. Sive ergo immineat
sive insit, caveri igitur potest. Sed ut non tantum
illi verum etiam hiis qui eosdem libros
meos quos iste legit de libero arbitrio
non legerunt atque illis non lectis hunc
forsitan legunt de hac re sententia mea satis
appareat, ex ipsis libris commemorare me
oportet quod iste si sentiret atque in suis litteris
poneret, nulla inter nos de hac re controversia
remaneret. Continuo quippe post verba mea
que iste commemoravit quod occurrere pote-
rat ipse subieci et quantum potui pertrac-
tavi dicens: Et tamen etiam per ignoranciam
facta quedam improbantur et corrigenda iudi-
cantur, sicut in divinis auctoritatibus legimus,
atque hinc adhibitis exemplis etiam
de infirmitatibus locutus sum dicens:
Sunt etiam necessitate facta improbanda
ubi vult homo recte facere et non potest.
Nam unde sunt ille voces: Non quod volo
facio bonum, sed quod odi malum hoc
ago? atque aliis in hac sententia commemoratis
testimoniis divinorum eloquiorum, sed hec
inquam omnia hominum sunt voces ex
illa mortis dampnatione venientium.
Nam si non est ista pena hominis sed
natura, nulla ista peccata sunt. Deinde paulo
post [illegible] inquitur: Ergo iniqua in hac pe-
na iusta de dampnatione hominis veniat.
Nec mirandum est quod vel ignorando
non habet liberum arbitrium voluntatis
ad eligendum quod recte faciat, vel re-
sistente carnali consuetudine que vio-
lencia mortalis successionis quodammodo
naturaliter inolevit, videat quid recte fa-
ciendum sit et velit nec possit implere. Illa
est enim peccati pena iustissima ut amit-
tat quisque quo bene uti noluit, cum
sine ulla posset difficultate si vellet.
Idem autem ut qui sciens recte non facit
amittat scire quod rectum sit, et qui
recte facere cum posset noluit amittat
posse cum velit. Nam sunt revera omni
peccanti anime duo ista penalia, igno-
rancia et difficultas. Ex ignorancia
dehonestat error, ex difficultate cru-
ciatus affligit. Sed approbare falsa pro veris
ut erret invitus, et resistente atque tor-
quente dolore carnalis vinculi non
posse a libidinosis operibus temperare
non est natura instituti hominis sed pena
dampnati. Cum autem de libera volun-
tate recte faciendi loquimur, de illa scilicet
in qua homo factus est loquimur.
Hinc iam igitur hominibus deceptis
ignorancie difficultateque repletum
[illegible] hominis truncatis inops atque in-
fusis velut iustam querelam depo-

ponentibus ita responsum est quibus bene inquam monentur ut quiescant et adversus Deum murmurare desistant. Recte enim fortasse quererentur si erroris et libidinis nullus hominum victor extitisset. Cum vero ubique sit presens qui multis modis per creaturam sibi domino servientem aversum vocet, doceat credentem, consoletur sperantem, diligentem adhortetur, conantem adiuvet, exaudiat deprecantem, non tibi deputatur ad culpam quod invitus ignoras sed quod negligis querere quod ignoras, neque illud quod vulnerata membra non colligis sed quod volentem sanare contempnis. Ita exortatus sum quantum potui ad recte vivendum et gratiam Dei non evacuavi sine qua natura humana iam contenebrata atque viciata illuminari non potest et sanari. De qua re cum istis tota vertitur questio ne gratiam Dei que est in Christo Iesu domino nostro perversa nature defensione frustremus. De qua natura item paulo post dixi: Eciam ipsam naturam aliter dicimus cum proprie loquimur naturam hominis in qua primum in suo genere inculpabilis factus est, aliter istam in qua ex illius dampnati pena et ignari et carni subditi nascimur, iuxta quemadmodum dicit apostolus: Fuimus enim et nos naturaliter filii ire sicut et ceteri. Si ergo volumus animos ad recte vivendum frigidos et pigros exhortationibus christianis excitare et accendere, primitus exhortemur ad fidem qua christiani fiant et eius nomini subiciantur sine quo salvi esse non possunt. Si autem iam christiani sunt et recte vivere negligunt, iubentur terroribus et premiorum laudibus eriguntur, ita sane ut non solum ad bonas actiones verum etiam ad pias orationes eos exhortari meminerimus atque hac instruere sanitate doctrine ut et illi gratias agant cum instituerint bene vivere quod aliquid sine difficultate fecerint, et ubi difficultatem aliquam senciunt fidelissimis et perseverantissimis precibus et promptis operibus facilitatem a domino impetrare persistant. Sic autem proficientes ubi et quando plenissima iusticia perficiantur non nimis curo. Ubicumque autem et quandocumque perfecti fiunt non nisi gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum perfici posse confirmo. Sane cum liquido cognoverint nullum peccatum se habere, non se non dicant habere peccatum, ne veritas in eis non sit, sicut in eis veritas non sit qui cum habeant non habere se dicunt. Valde autem bona sunt precepta si legitime utamur. Eo quippe ipso quo firmissime creditur Deum iustum et bonum impossibile non potuisse precipere hinc admonemur et in facilibus quid agamus et in difficilibus quid petamus. Omnia quippe fiunt facilia caritati cui uni Christi sarcina levis est aut ea una est sarcina ipsa que levis est. Secundum hoc dictum est: Et precepta eius gravia non sunt, ut cui gravia sunt consideret non divinitus dici potuisse non sunt gravia nisi quia potest esse cordis affectus cui gravia non sunt, et petat quod desit ut impleat quod iubetur. Et quod dicitur ad Israel in Deuteronomio si pie si sancte si spiritualiter intelligatur hoc idem significat. Quia utique cum hoc testimonium commemorasset apostolus: Prope est verbum in ore tuo et in corde tuo, quod hic habet et in manibus tuis, in corde sunt enim spirituales manus, hoc est inquit verbum fidei quod predicamus. Conversus ergo quisque sicut ibi precipitur ad dominum Deum suum ex toto corde suo et ex tota anima sua mandatum Dei non habebit grave. Quomodo enim grave est cum sit dilectionis mandatum? Aut enim quisque non diligit et ideo grave est, aut diligit et grave esse non potest. Diligit autem si quod illic admonetur Israel conversus fuerit ad dominum Deum suum ex toto corde suo et ex tota anima sua. Mandatum inquit novum do vobis ut vos invicem diligatis, et qui diligit proximum legem implevit, et plenitudo legis caritas. Secundum hoc et illud dictum est: Si ambularent semitas bonas invenissent utique semitas iusticie leves. Quomodo ergo dicitur: Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras, nisi quia utrumque verum est: dure sunt timori, leves amori. Caritas ergo inchoata inchoata iusticia est, caritas provecta provecta iusticia est, caritas magna magna iusticia est, caritas perfecta perfecta iusticia est, sed caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, que tunc maxima est in hac vita quando pro illa ipsa contemnitur vita. Sed miror si non habet quo crescat cum de mortali excesserit vita. Ubicumque autem et quandocumque ita plena sit ut ei non sit quod adiciatur, non tamen diffunditur in cordibus nostris nec nature nec voluntatis opibus que sunt in nobis sed per spiritum sanctum qui datus est nobis, qui et infirmitati nostre opitulatur et sanitati cooperatur. Ipsa est enim gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum cui est cum patre et spiritu sancto eternitas bonitas in secula seculorum Amen.

Explicit liber sancti augustini De natura et gratia

Incipit liber sancti augustini de conflictu viciorum et virtutum

Apostolica vox clamat per orbem atque in procinctu fidei positos ne securitati operam dent dicit: Omnes qui pie volunt vivere in christo ihesu persecutionem paciuntur. Et certe christianitas in regibus principibus iam religiosa iam fidelis est. Desunt pie viventibus in christo verbera flagella carceres eculei et cetera et si qua sunt alia tormentorum genera. Quomodo verum est quod per apostolum sonuit ut omnes pie viventes persecutionem paciantur? An modo forte pacis tempore volentes pie vivere in christo ihesu et ideo ista desunt eis? Quod ut desipiens dicat insanit. Quod apostoli ea sententia non specialis quorundam sed generalis omnium persecucio debet intelligi. Et quidem multi sunt in ecclesia ut sunt eius continencia qui per pie viventes in christo continue afficiuntur obprobriis irrisionibus. Ista ne est generalis persecucio quam apostolus omnes pie viventes pati describit? Et ideo facile dixerim cum sint quidam religiosi quibus nemo pravorum insultacionem audeat derogare. Alia ergo intelligenda est que in maior et magis noxia est quia non materialibus vinculis torquet sensus sed viciorum adinstancia. Cum enim contra humilitatem superbia, contra dei timorem inanis gloria, contra veram religionem simulacio, contra subiectionem oppugnacio, contemptus contra sinceram congratulacionem invidia, contra dilectionem odium, contra libertatem iuste correpcionis detractio, contra paciencia ira, contra mansuetudinem protervia, contra satisfactionem tumor, contra spiritale gaudium seculi tristicia, contra virtutis exercitium torpor vel ignavia, contra firmam stabilitatem dissoluta vagacio, contra fidei fiduciam desperacio, contra mundi contemptum cupiditas, contra misericordiam obduracio, contra innocenciam fraus et furtum, contra veritatem fallacia et mendacium, contra ciborum parsimonia ventris ingluvies, contra modestiam vel merorem inepta leticia, contra discretam taciturnitatem multiloquium, contra carnis integritatem immundicia et luxuria, contra cordis mundiciam spiritalis fornicacio, contra amorem patrie celestis appetitus seculi presentis oppugnatos semper ipsum dimicat. Cuius aliud quam crudelis pie viventium persecucio adversus conglobatas virtutum acies decernit? quorum quia animam que superbie congressus angelos de celo deiecit, cum exercitu armorum conflictus vicia sunt que breviter compescenda tetigimus. Et videamus que admonitus castra celi et in fine dimittent arma vel et diaboli collisa decertent.

Superbia dicit

Recte multis immo et pene omnibus melior es verbis sensu divitiis honoribus et cunctis que vel carnalibus vel spiritalibus superhabundant carismatibus; cunctos igitur despiciens teipsum superiorem attende.

Humilitas respondit

Memento quia pulvis es et quia terra es, quia putredo et vermis es; quicquid et si aliquid es, nisi tantum te humilies quanto magis es, perdis omne quod es. Numquid tu melior es illo qui primus angelus, numquid tu splendidior es in terra quam lucifer in celo? Qui si ille de tanta sublimitate per superbiam cecidit, quomodo tu ad celsitudinem tanta de imis per superbiam conscendere, qui illam quam diu vivis sub condicione teneas que per sapientem dicitur: Corpus quod corrumpitur aggravat animam et deprimit. Quamdiu [illegible] putamus superbie lumine potuit in celo stella que mane oriebatur lucifer sic globos amittere. Audi igitur lumen veritatis dicentem: Qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen vite. In quo autem esset sequenda alibi premonuit dicens: Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Audi tenuior superbie, audi dicentem adhuc [illegible]: Omnis qui se exaltat humiliabitur. Et illud: Super quem requiescet spiritus meus nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos. Et alibi: Cum esset in forma dei non rapinam arbitratus est esse se equalem deo sed semet ipsum exinanivit formam servi accipiens. Si ergo tanta se humiliter exinanivit divina maiestas, superbire debet magis humana infirmitas?

Inanis gloria dicit

Age bona que vales, ostende cunctis bonum quod agis ut bonus a cunctis dicaris, ut sanctus et mirabilis ab omnibus predicaris, ut dei electus predicaris, ut nemo te contempnet, nemo te despiciat, sed universi debitum honorem prebeant.

Timor domini respondit

Si quid boni agis non pro transitoria laude sed pro eternis honoribus age

occulta quantum potes quod agis. Et si
ex toto non potes sit saltem in animo occul-
tandi voluntas et non erit de contrario
ne nulla temptatio ut omnino manifesta-
re aliquid quod semper vis celatum. Sic
sit denique duas redemptoris sententias
duas sibi contrarias quasi intelligas
in preceptis quibus dicit: Luceat lux vestra
coram hominibus. Et econtra autem dicit:
Te autem faciente elemosinam nesciat sinistra
tua quid faciat dextera tua, ut sit
elemosina tua in abscondito et pa-
ter tuus qui videt in abscondito reddet
tibi. Cave prorsus ne te illa sententia que
de ypocritis dicitur condemnet: Omnia
opera sua faciunt ut videantur ab hominibus.
Amen dico vobis receperunt mercedem
suam. Attende igitur in omnibus que agis
ne elatione pulsatus cum his qui de
inaniter gloriabantur de celo
cadas. Simulacio dicit

Quia nichil in abscondito facis
ideo acutius cognitum detestaris. Ipso
et quasi finge te esse quod in tuis non
appetis, ymmo simula age magis esse.
Vera religio respondit

Quod non es
ostendere quod non es quid aliud
quam dampnacio est. Memor itaque
esto quod dicatur: Ve vobis itaque scribe
et pharisei ypocrite qui mundatis quod de
foris est calicis et parapsidis, intus autem
pleni estis rapina et immundicia. Et
alibi: Pharisee ceca munda prius quod intus
est calicis et parapsidis ut fiat id quod de-
foris est mundum. Item: Ve vobis scribe
et pharisei ypocrite qui similes estis
sepulcris dealbatis que a foris appa-
rent hominibus speciosa, intus autem
plena sunt ossibus mortuorum et omni
spurcicia. Sic et vos a foris apparetis
quidem hominibus iusti, intus autem
pleni estis ypocrisi et iniquitate. Et
non illud quod de talibus scriptum est:
Veniunt ad vos in vestimentis ovium,
intus autem sunt lupi rapaces.
Contemptus prelatorum dicit

Quis tu es ut prelatis tuis obte-
peres dilectionibus famulari quos libe-
ras te magis quam decuerit
imperare qui est non potest industria
ut in genio coequari. Obtempera-
re igitur magis dominum imparas et non sit
cura de aliquo. Subiectio respondit

Si dominis obtemperandum est imperio
humano multo est subdi divino
magisterio. Ipse enim dicit: Qui vos
audit me audit et qui vos spernit
me spernit. Sed et apostolus dicit: Non est
enim potestas nisi a deo; que autem
a deo sunt ordinata sunt. Itaque
qui potestati resistit dei ordinationem
resistit. Carnales enim esse decent hi
qui imperant non est absurdum discer-
nendi. Et quidem primis ecclesie pastori-
bus dominus dixit: Scitis quia re-
ges gentium dominantur eorum et qui
potestatem habent in eos benefici vocantur;
vos autem non sic. Sed tamen quia non
omnes tales sunt esse previdit sibi
tamen eorum personas in dispositione assumens
dicit prenuncians: Super kathedram
Moysi sederunt scribe et pharisei. Que
dicunt vobis facite, que autem faciunt
nolite facere. Imponunt in humeros
hominum onera gravia et importabilia,
digito autem suo nolunt ea movere.
Invidia dicit

In quo illo vel illo minor es? Cur ergo
eis vel equalis vel superior non es?
Quanta vales que illi non valent?
Non ergo tibi aut superiores aut equales
esse debent. Vera congratulacio respondit

Si ceteros virtutibus excellis, securius
custodias si in imo quam in summo teneas;
ipsum cum semper enim de alto gravior
vel melior sit ruina. Et si est non
cessatis quanto sunt superiores vel equales,
quid tibi nocet? Cave prorsus ne dum
aliis eandem celsitudinem invides
illam incurras de qua scriptum est: In-
vidia diaboli mors introivit in orbem
terrarum. Imitantur autem illum qui
sunt ex parte eius. Odium dicit

Absit ut illum ames qui tibi
contrarius est, qui sibi te derogat,
qui te insultat, qui conviciis exaspe-
rat, qui te dictis atque honoribus
presentibus festinat. Nisi enim te invideret
nequaquam se ita prestaret. Dilectio respondit

Numquid quia sit adversus habendus
in odio habendus est, numquid non est
amanda ymago dei in homine?
Sed Christus qui in cruce positus inimicos
suos dilexit quanto crucis tormenta
ammonuit dicens: Diligite inimicos vestros.
Cum sine apostolus subiunxit dicens: Noli
vinci a malo sed vince in bono ma-
lum. Contra dictis qui fides asper-
nantur prolixius dicam ex odio suo
sunt amicicia et cetera. Et in quibus
sufficit ne quod caritas diligo. Sed domine

est. Si enim diligitis eos qui vos di-
ligunt quam mercedem habebitis etc.
qui odit fratrem suum manet in mor-
te / et qui diligit manet in deo et deus
in eo. Omnem ergo amaritudinem
fellis amove et quo pacto volueris
caritatis dulcedinem sume. Nichil
enim suavius nichil illa dulcius. Unde
beatus Johannes: Deus inquit caritas
est. Et exponitur dicitur caritas dei
diffusa est in cordibus vestris per spiritum
sanctum qui datus est nobis. Unde
de delictis per Salomonem tangere dicitur: sicut
scriptum est: universa delicta operit
caritas. Detractio dicit

Quis potest sustinere quis plene dicere
est quanta ille vel ille [illegible]
mittat nisi forte qui consentit. Iusta
reprehensio vero

Nec tacenda sed per
omnium mala non consenciendum sed cal-
tare [illegible] fraterna in facie proximo
redarguendum non autem occulte detrahendum
Et si dicatur ideo nolo fratrem coram omnibus
in faciem ne forte [illegible] tempore
ne scandalum sumat / [illegible]
tua doctrina [illegible] germanus scan-
dalum esse deveniat dicens: Detractos
adversus fratrem loquebaris et adversus
filium matris tue ponebas scandalum
hec fecisti et tacui. Magis enim scan-
dalum sumit qui se detrahentem
intelligit quam qui corripientem
sustinet. Et ergo non inique curam de-
linquentium ad tempus sumit [illegible]
ut aptiori tempore corrigantur [illegible]
ea publicantur. Hec fecisti et tacui [illegible]
aut [illegible] despecto plenius detractoribus
sibi applaudunt qui dum semper [illegible]
te derogare malunt inique [illegible]
tum correptionem [illegible] adhuc [illegible]
fratri. Existimasti inique quod ero
tui similis / ac si diceret: Inique est
cogitare ut mihi creatori similis
appareat. Unde ad primus non renues
non derogans loco correptionis
peccato. Unde prius subditur: Arguam
te et statuam contra faciem velut diceret
non occulte ut est tua consuetudo sed in
aperto ut est [illegible] apertum
corripienti tempore [illegible] peccatorum
arguam ut eius delicta [illegible]
statuam. Et in quibus non odio sed amo-

rem ita in absconditum [illegible]
[illegible] immo magis [illegible] odisti et
non diligis. Unde detractio et non vel correptio
corrigitur. Quam sit autem detestanda
obtrectatio proximi multis in locis elo-
quia divina testantur ut est illud: Qui
[illegible] proximo suo [illegible]
persequebar. Et illud qui [illegible] detra-
hit fratri detrahit legi. Et illud qui detra-
hit fratri eradicabitur. Et illud apostoli
Vide ne dum invicem mordetis invicem
consumamini. Ira dicit

Quare erga te geritur? equanimiter
fratrem non patitur immo pacienter fer-
re [illegible] peccatum est quia et si non
eius cum magna [illegible]
sui [illegible] sine mensura
cumulabimur. Paciencia vero

Si passio redemptoris ad mentem
reducitur nichil tam durum quod
non equo animo tolleretur / Christus enim
ut ait Petrus pro nobis pro nobis passus
est pro nobis nobis relinquens exemplum
ut consequamini vestigia eius. Ipse
enim dixit: Si patrem familias Bel-
zebub vocaverunt quanto magis do-
mesticos eius. Si me persecuti sunt
et vos persequentur. Et quanta sit
in comparacione passionis illius quam
passus est. Ille enim persecutiones
opprobria irrisiones contumelias
alapas sputa flagella spineam
coronam crucem que sustinuit
et nos nisi ad modicam compassione
[illegible] sermone fatigamur. Unde dico
vincimur et [illegible] debitor quod scriptum
est si non compatimur non conregnabimus.
Quapropter recumbenda sunt [illegible]
[illegible] metuenda dampnacio. Unde
scriptum legimus: Omnis irascitur fra-
tri suo reus erit iudicio. Unde [illegible]
remedium [illegible] quod sequitur
ut subditur: Si offers munus tuum
ad altare et ibi recordatus fueris quod
frater tuus habet aliquid adversum te relinque
ibi munus tuum ante altare. Primus reconciliare fratri tuo
[illegible] ac si diceretur: ne
in corde tuo [illegible] fratrem offensis
pacem effundas nisi prius offensa
proximi satisfactione ad lenitatis man-
suetudinem. Nam munus meum est
oracio mea [illegible] altare vero cor meum
meum est sed sed multi quod petenti [illegible]

nemam delicta no[n] remittit cont[ra] quos
(et) d[omi]n[u]s s[e]c[un]da ueniet qua dicit[ur] Si no[n] remi
seritis ho[m]i[ni]bus pecca eo[rum] nec pat[er] u[este]r
celestis dimittet uobis pecca uestra
pl[ur]a inq[ui]us s[un]t q[ui] remittit et me of
fendit et me sep[ti]me. Vnde d[omi]n[u]s et inderi
tam enim petrus ad eum di[ce]ret di[ce]
ceret quoties s[i] in me peccabit et re[mi]
mittam ei usq[ue] septies Non dico t[ibi] p[er]
septies s[ed] usq[ue] septuagesies septies Et
multi sunt qui suas iniurias corde
relaxant dei uero tenere indulgent
Quid de illis dicendum est qui facit ce
citate usq[ue] ad u[er]ba prorumpunt maledicto
nis in ipsi s[ed] q[uo]d ap[osto]lus ait Neq[ue] ma
ledicti regnum dei possidebunt Sed ia
cobus exaggerans detestat[ur] d[icens] Lin
gua nullus hominum domare p[otes]t ex ipso
ore procedit [pro] maledicto et b[e]n[e]dicto
no[n] oportet hoc fratres mei ita fieri
Numquid fons de eodem foramine dulcem
et amaram emanat aquam Hec de
ta et alibi dicit[ur] Mors et uitam in ma[n]i
bus lingue Iustitia dicit

Nemquid fuistis umq[ua]m brutis in
quid in sensibus animalibus leuia
ua et no[n] mag[is] ap[er]tima ut ales d[e]
qui delinquit uemenda s[un]t Mansuetudo r[espo]nd[e]t

Non tua mens persuasio s[ed]
ap[osto]li sapienda persuasio precepto
qui de(?)sat simul dilectum discipulum
monuit d[icens] Seruo(?) ne oportet incepa
uis s[ed] obsecra ut prem amenes ut
fies amis ut uites et runsti. Eum
d[omi]ni no[n] oportet litigare s[ed] mansuetum esse
ad omnes Doctore pacientem cum mo
potest esse cum peccato et potest esse sine So°
peccato. Respondetur per arbitrii libertatem fac-
tum ut esset homo cum peccato
sed iam penalis vitiositas subsecu-
ta ex libertate fecit necessitatem.
Unde ad deum fides clamat de
necessitatibus educ me. quibus sub necessitatibus
positi aut non possumus
quod volumus intelligere aut quod in-
telleximus volumus nec valemus im-
plere. Nam et ipsa libertas credenti-
bus a liberatore promittitur.

Si vos inquit filius liberaverit vere li-
beri eritis. Subiecta enim vicio,
in quo cecidit voluntas, caruit li-
bertate natura. Hinc alia scriptura dicit:
A quo enim quis devictus est, huic
et servus addictus est. Sicut igitur non
est opus sanis medicus sed male
habentibus, ita non est opus liberatore li-
beris, sed servis, ut ei dicat gratula-
bunda libertas (?) salvam fecit de necessitatibus
animam meam. Ipsa enim sanitas est
vera libertas, que non perisset si bona
permansisset voluntas. Quia vero
peccavit voluntas, secuta est pec-
cantem peccatum habendi dura necessitas,
donec tota sanetur infirmitas et ac-
cipiatur libertas tanta, in qua sicut
necesse est permaneat beate vivendi
voluntas, ita ut sit etiam bene vi-
vendi et numquam peccandi voluntaria
felixque necessitas. Proinde inquit deus
bonum hominem fecit et preterea bonum
illum fecit bonum ei insuper ut faceret
imperavit ... ut consequatur
hominem malum esse quod nec factus est
nec ei preceptum est. Si negamus
eum bonum posse esse quod factus est et
quod non ei facere imperatum est. Unde
Solucio demum quod non sit ipsum homo sed
deus hominem bonum fecit. Deus
enim eum non sic ipse ut sit bonus
reficit dum volentem ardentem
in retinente liberat a malo quod sibi
ipse fecit. Hoc autem fit dum gratia
dei ... renovatur homo interior
de die in diem ut ad sempiterna
non pena sed vita resurget homo ex-
terior in novissimo die. Item alibi quanta
Obiectio tenendum est quot modis constat
omne peccatum duobus nisi fallor: si aut
illa fiant que prohibentur aut illa
non fiant que iubentur. Ita
certe omnia illa que prohibita sunt
vitare ... quam que precepta sunt
perficere ... aut prohibentur aut
iubentur. Quod utique tamen non impleat
non possit. Et quo negabimus esse
posse hominem sine peccato cum ...
necesse est cum tam omnia que vetantur
posse cavere quam que imperantur efficere.
Solucio Unde ... sancti
omnia precepta que divina ...

nimus opposuit est deus dominus qui
omnium confirmans et brevians fecit
super terram in duobus preceptis dicens: In his
duobus mandatis pendet ut intelligamus
quidquid aliud divinitus preceptum est
totum in his duobus fine et ad
hec duo esse referendum. Diliges do-
minum deum tuum ex toto corde tuo
et ex tota anima tua et ex tota mente
tua et diliges proximum tuum sicut
te ipsum. In his inquit duobus precep-
tis tota lex pendet et prophete. Quid-
quid ergo dei lege prohibemur facere
ad hoc prohibemur et iubemur ut
duo ista compleamus. Et forte genera-
lis prohibitio est non concupisces et genera-
lis iussio diliges. Hinc breviter
et apostolus quodam loco utrumque com-
plexus est. Prohibitio est enim nolite
conformari huic seculo. Iussio autem
reformamini in novitate mentis
vestre. Illud pertinet ad non concupisces
hoc ad diliges illud ad continentiam
hoc ad iustitiam illud ad declinandum
a malo hoc ad faciendum bonum.
Non concupiscendo enim vetustate ex-
poliamur et novitate induimur
diligendo. Sed nec continens potest esse quis
nisi deus det et caritas dei
diffunditur in cordibus nostris ... per
spiritum sanctum qui datus
est nobis. Hoc autem fit de die in die
in his qui volendo credendo et
invocando proficiunt et preterita oblivi-
scentes in ea que ante sunt ex-
tenduntur. Ad hoc enim lex ista precepta
ut cum in his implendis homo
defecerit non se extollat superbia tumi-
dus sed ad gratiam confugiat fatigatus
ac sic eum lex terrendo ad Christum diligen-
dum pedagogi perducit officio. Item Obiectio
inquit querendum est quo homo
non potest esse sine peccato voluntate hu-
mana. Si in ea peccatum non est si volun-
tate perficitur potest voluntas volun-
tate mutari. Audientes admonentes quod Solucio
cogitandum quanta sit ista presumptio
quod deus non ... posse quamdam ad
humilitate gratiam dei negandum non est
sed et perfacile posse voluntate vo-
luntate mutari cum dicat apostolus
Caro concupiscit adversus spiritum

et spiritus adversus carnem hec invicem
adversantur ut non ea que vultis facia
tis. Non enim hic ait invicem adversan-
tur ut que potestis facere nolitis, sed non ea que
vultis faciatis. Cum ergo concupiscen
tia carnis que utique culpabilis atque vi
ciosa est et utique aliud est quam
desiderium peccati, quod idem apostolus precipit
ne regnet in vestro mortali corpore ubi
satis ostendit esse eam in vestro mortali
corpore quod permittendum non sit ut
regnet. Cum ergo ista concupiscentia non im
putata est ea voluntate qua volun
tates evidenter apostolus opposuit dicens
ut non ea que vultis faciatis. Si
facere potest voluntas voluntate im
putari et tunc sine isto modo nam sine
re sui corporis quam deus creavit
et que tota bona est concupiscimus sed
eam dicimus propria voluntate vicia
ta sine dei ~~voluntate~~ non posse gratia
do° sanari. Item ait querendum est si
non potest homo sine peccato esse cuius cul
pe est ipsius ut homini cui utique
alicuius. Si ipsius hominis quo cul
pa hominis est si hoc non est quod est
so° non potest. Respondetur ideo esse culpa hominis
quod non est sine peccato eciam sola hominis
voluntate factum est ut ad istam necessitatem
veniret quam sola hominis voluntas
do° superare non posset. Item ait querendum
est si natura hominis bona est quod nullus
negare nisi marcion aut manicheus
audebit. Quomodo igitur bona est si malo
caret ei non est possibile. Omne enim
peccatum malum esse quis dubitet?
so° Respondetur et naturam hominis bonam et ca
rere malo posse. Nam ideo clamamus
libera nos a malo. Quod nos non perficitur
quamdiu corpus quod corrumpitur ag-
gravat animam. Sed hec agitur gratia
dei per fidem ut aliquando dicatur ubi est
mors contencio tua ubi est mors sti
mulus tuus aculeus autem mortis
peccatum est virtus vero peccati lex quoniam
do° lex prohibendo auget peccati cupiditatem
nisi diffundatur spiritus caritate
que plena et perfecta tunc erit cum
do° videbimus facie ad faciem. Et hoc inquit
dominus est virtus iniustus deus negari non
potest. Imputat autem deus homini omne
peccatum et hoc quod confitendum puto quod
quoque

neque peccatum est quod quidem non imputabitur
in peccatum. Et si est aliquod peccatum quia
vitari non possit. Quomodo iniustus deus
dicetur si imputare cuiquam creditur quod
vitari non possit. Respondemus iam o so°
lim contra superbos esse proclama
tum beatus cui non imputabit dominus
peccatum non enim imputat hiis qui
fideliter dicunt ei dimitte nobis
debita nostra sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris. Et iniuste non im
putat quod iustum est quod ait in qua
mensura mensi fueritis in eadem remeci
etur nobis. Peccatum est autem cum vel
non caritas que esse debet vel minor
est quam debet. Sive hoc vitari volun
tate possit sive non possit quod si potest
presens voluntas hoc facit si autem
non potest preterita voluntas hoc fecit
et tamen vitari potest non quando voluntas
superba laudatur. Sed quomodo similis admo ob°
nitur. Post hec ille qui conscripsit in
ducit personam suam quasi cum altero
disputantem et facit se interrogari
Et quasi ab interrogante sibi dici
das in hominem sine peccato et respondet
deo et filio esse posse. Et responsum
ab interrogante dicitur quis est et
respondit ipse tu. Quod si dixerit
inquit tu ergo esse non possum
Respondetur est cuius culpa est so°
Quod si dixeris quia mea dubium est
Et quomodo tua est si ipse non potes
Item facis se interrogari et dicis ob°
ibi tu ipse sine peccato es qui dixisti
hominem sine peccato esse posse. Et
respondet quod non sum sine peccato. Cuius
culpa est et si dixerit inquit
tua est. Respondetur quia mea si ea Solucio
non possum. Nos vidimus illum
cum hiis de hiis verbis debere esse
conflictum quod non est dicere sine // Ausus
peccato esse vel aliquem vel se ipsum si
tamen esse posse. Respondit quod neque
nos negamus. Sed quid autem possit
et per quem possit hoc queritur. Sed
enim modo est non omni anime fide
li porte inmarce mortis hominis
orandum est et dicendum dimitte nobis
debita nostra. Cum iam in sacro baptismo
universa sunt dimissa peccata

Cum simus autem membra fidelibus
Christi, hoc non esse orandum persuadere
conantur. Nichil aliud quam se ipsum
virum non esse perfectum. Porro si per
se ipsum homo esset sine peccato ergo
Christus gratis mortuus est. Non
autem gratis mortuus est Christus.
Non igitur potest homo esse sine peccato et
si velit, // adiuvet gratia dei per ihesum
Christum dominum nostrum. Quod perficiatur
et nunc in proficientibus agitur. Quomodo et
implebitur contencione mortis assum-
pta. Et caritate que credendo et
sperando inicitur, videndo et obtine-
ndo perfecta demonstratur. Instituit dominus
testimoniis agere quod monendo
quam qui desit diligentius adverta-
Testimonia inquit quibus probatur
preceptum esse homini ut absque peccato sit
et docet invenimus non nisi preceptum
sit quaeritur quod valde manifestum o-
portet hic ipsum quod preceptum esse con-
stat vero in corpore mortis huius
possit impleri. Ubi ergo concupiscit
adversus spiritum et spiritus adversus car-
nem ut non ea que volumus faciamus.
De corpore mortis huius non deus
liberatur qui finit hanc vitam
sed qui ingreditur vitam suscepit gratiam
et ne in vanum suscipiat bonis operi-
bus agit. Aliud est enim exire de
hoc corpore quod omnes homines
dies vite huius ultimus cogit. Aliud
est autem liberari de corpore mortis huius
quod sola gratia dei per ihesum Christum et
dominum nostrum sanctis et fidelibus eius
impartitur. Post hanc vitam perfectus
meritis redditur, sed eis tamen agibus
ingreditur cursu in hac vita corporali.
Non enim ad plenitudinem iustitie tu-
nc perveniet quisque perveniet nisi
ad eam cum hic est currendo et fa-
ciendo contendit. Beati quippe qui
esuriunt et sitiunt iustitiam quoniam
ipsi saturabuntur. Quamdiu ergo
peregrinantes sumus a domino per fi-
dem ambulamus non per speciem. Un-
de dictum est iustus ex fide vivit.

Hec est nostra in ipsa peregrinatione
iustitia ut ad illam plenitudinem
perfectionemque iustitie, ubi plenitudo
oris huius iam plena et perfecta
caritas erit, tamen ipsius cursus rec-
titudine et perfectione tendamus castig-
ando corpus nostrum et in servitutem
redigendo, et elemosinas in dando
beneficiis et dimittendo que in nos
sunt commissa peccatis hilariter et ex corde
faciendo et orationibus indesine-
nter instando. Et hoc faciendo in doc-
trina sana qua edificatur fides firma,
spes vera, caritas pura. Hec est
nunc iustitia qua currimus esurie-
ntes et sitientes ad perfectionem pleni-
tudinemque iustitie ut ea postea
satiemur. Unde dominus in evangelio cum
dixisset: Nolite facere iustitiam vestram
coram hominibus ut videamini ab eis,
ne istum nostrum cursum fine huius
ne glorie metiremur. Non est in
compositione iustitie ipsius conse-
cutus nisi ista tria: Ieiunium, ele-
mosinas et orationes. Ieiunium vero
ipsum scilicet corporis castigationem sig-
nificans, elemosinis omnem benivolentiam
et beneficientiam vel dandi
vel ignoscendi, et oratione insinuans
omnes regulas sancti desiderii,
ut qui in castigatione corporis frenatur
concupiscentia que non frenari sed omnino
esse non deberet, nec erit in illa per-
fectione iustitie ubi nulla erit
omnino peccatum et semper in usu terrenorum
tam concessarum atque licitarum gerat
in moderationem suam. In ipsa
non beneficentia quia iustus con-
sulit proximo quedam fiunt que
obsunt cum prodesse putantur. Et
aliquando per infirmitatem vel cum minus
sufficit aliis suffragari necessitatibus
aliorum vel parum in eis proficit quod
benignitatis et laborum impenditur
subrepit tedium per quo fuscatur
hilarem datorem diligit deus.
Subrepit autem tanto magis
quanto ~~magis~~ minus quisque et tanto

x hilaritas

mitis quanto magis perficit hiis ita
atque huiusmodi consideratis mentes
in oratione dicimus dimitte nobis debi-
ta nostra sicut et nos dimittimus debito-
ribus nostris Et tamen quod dicimus fra-
(ut) ternis vel quando et diligant inimi-
ut si quisque adhuc spiritualibus in christo
non dum fiat penitentia tamen
quia in eum quisque peccavit et veniam
petenti contritione cordis ignoscat
si vult ut eius orationem pater celestis
exaudiat in qua orat si contem-
ptuosi est volumus satis nobis pro-
fitium precium est ubi supplicatum
vita iustorum qui considerate vivunt et perfec-
currunt quamvis sine peccato non sit
unde dicunt dimitte nobis quia non
dum quomodo currit pervenerunt
hinc dicit apostolus non quia iam
acceperim aut iam perfectus sim
fratres ego me non arbitror apprehen-
disse unum autem que retro sunt
oblitus mea que ante sunt extendens ad
tentus intentione sequor ad pal-
mam superne vocationis dei in christo
ihesu Quotquot ergo perfecti hoc
sapiamus et quotquot perfecte
currimus hoc sapiamus quod non per-
fecti sumus in illud perficiamur quo
perfecte adhuc currimus ut cum venerit
quod perfectum est quod ex parte est de-
struatur id est non iam ex parte sit sed
totum quia fidei et spei iam res
non ... iam qua credatur et speretur
sed que videatur teneaturque succedat
Caritas autem que in hiis tribus
est maior non auferatur sed imple-
atur sed augeatur et impleatur contem-
plata quod credebat et quod sperabat
in capite In qua plenitudine cari-
tatis preceptum illud implebitur diliges
dominum deum tuum ex toto corde tuo
et ex tota anima tua et ex tota men-
te tua Nam cum est adhuc aliqua
carnalis concupiscentia vel gemitus sic
nec ... omnino ex tota anima di-
ligitur deus cum caro sine ani-
ma concupiscit quamvis caro concupis-
cere dicatur quia carnaliter anima con-
cupiscit tunc erit iustus sine ullo om-
nino peccato quia nulla lex erit in mem-
bris eius repugnans legi mentis

eius sed prorsus toto corde tota anima
tota mente diliget deum quod
est primum summumque preceptum Cur
ergo non preciperetur homini ista perfec-
tio quamvis eam nemo in hac vita
habeat Non enim recte curritur si quo
currendum est nesciatur Quomodo autem
sciretur si nullis preceptis ostenderetur
Sic ergo curramus ut comprehendamus
Omnes autem qui recte currunt apprehendunt
non sicut in agone theatrico
omnes quidem currunt sed unus ac-
cipit palmam Curramus credendo spe-
rando desiderando curramus corpus
castigando et elemosinas in bonis
dandis malisque ignoscendo hila-
riter et ex corde faciendo et curren-
tium vires adiuvante orando
et sic audiamus precepta perfectionis
ne currere negligamus ad plenitudinem
caritatis huius premissis ea testi-
monia que posuit iste cum [illegible]
tamquam nos ea prelegimus dilige-
ter audiamus In deuteronomio
Tu autem perfectus eris coram domino
deo tuo Item illic et non erit in-
consummatus in filiis israel Item psal-
mista in evangelio Estote perfecti sicut
pater vester qui in celis est perfectus
est Item apostolus ad corinthios
secunda Decetero fratres gaudete perfecti
estote Item ad colossenses Cor-
ripientes omnem hominem et docentes
et omni sapientia ut exhibeamus
omnem hominem perfectum in christo
Item ad philipenses Omnia facia-
tis sine murmuratione et hesita-
tione ut sitis irreprehensibiles et
simplices sicut filii dei immacu-
lati Item ad ephesios Benedictus
deus et pater domini nostri ihesu christi
qui benedixit nos in omni bene-
dictione spirituali in celestibus in christo
ihesu sicut elegit nos In ipso ante (ante)
constitutionem mundi ut essemus sancti
et immaculati in conspectu eius
Item ad colossenses Et vos cum esse-
tis aliquando alienati et ini-
mici sensus eius in operibus ma-
lis Nunc autem reconciliati in corpore

carnis eius per mortem eius exhibe-
re vos sanctos et immaculatos et
irreprehensibiles. Item ad Ephesios
ut exhiberet ipse sibi gloriosam ec-
clesiam non habentem maculam aut rugam
aut aliquid huiusmodi ut sit sancta
et immaculata. Item ad Corinthios prima
Sobrii estote et iusti et nolite peccare.
Item in epistola sancti Petri: Propter quod
succincti lumbos mentis vestre sobrii
perfecte sperate in eam que affertur
vobis gratiam quasi filii obedientie
non configurati prioribus ignorantie
vestre, sed secundum eum qui vocavit vos sanctum
et ipsi sancti in omni conversatione sitis,
quia scriptum est: Sancti eritis quia
ego sanctus sum. Unde et David ait
Domine quis habitabit in tabernaculo
tuo aut quis requiescet in monte sancto
tuo? Qui ingreditur sine macula et o-
peratur iustitiam. Et alibi: Et ero imma-
culatus cum eo. Et alibi: Beati im-
maculati in via qui ambulant in lege
domini. Item apud Salomonem: Diligit
dominus sancta corda, accepti autem sunt
illi omnes immaculati. Hec testimoniorum
aliqua currentes hortantur ut perfecte
currant, aliqua ipsum finem commemorant
quo currendo pertendant. Ingredi autem
sine macula non absurde etiam ille
dicitur, non qui iam perfectus est, sed
qui ad ipsam perfectionem irreprehensi-
biliter currit, carens criminibus dampna-
bilibus atque ipsa peccata venialia non
negligens mundare elemosinis. In-
gressum quippe hoc est iter nostrum
quo tendimus ad perfectionem munda
mundat oratio munda. Ubi autem oratio
ubi veraciter dicitur: Dimitte nobis sicut
et nos dimittimus, ut dum non repre-
henditur quod non imputatur, sine repre-
hensione hoc est sine macula
nostra ad perfectionem cursus habeatur,
in qua perfectione cum advenerit
nihil iam non sit omnino quod ignos-
cendo mundetur. Deinde iste ad-
hibet testimonia quibus ostendit non
esse gravia divina precepta. Quis autem
nesciat cum preceptum generale sit cha-
ritas, plenitudo legis est charitas,
Grave non esse quod diligendo fit
non timendo? Laborant autem in dei

preceptis qui timendo laborant (conantur) imple-
re. Sed perfecta caritas foras mittit timorem
et facit precepti sarcinam levem non solum
non prementem oneris pondere verum etiam
sublevantem vice pennarum. Que tamen
caritas ut habeatur quantam capere quan-
ta in corpore mortis huius habet, pa-
rum est ut voluntatis arbitrium
nisi adiuvet gratia dei per ipsum spiritum
sanctum. Diffunditur quippe in cor-
dibus nostris, quod sepe dicendum
est, non per nosmetipsos sed per spiritum sanc-
tum qui datus est nobis. Nec alia
ob causam scriptura commemorat non esse
gravia precepta nisi ut anima
que illa divina (gravia) sentit intelligat non-
dum se accepisse vires quibus talia
sunt precepta domini qualia commen-
dantur, levia scilicet atque suavia, et
oret cum gemitu voluntatis ut impe-
tret donum facilitatis. Qui enim dicit
Fiat cor meum immaculatum, et Itine-
ra mea dirige secundum verbum tuum,
Et ne dominetur mei omnis iniusti-
cia, Et fiat iusticia voluntatis
sicut in celo et in terra, Et ne nos inferas
in temptationem, Et cetera huiusmodi que
commemorare longum est, hoc utique
orat ut precepta dei faciat. Que
ut fierent nec iuberentur si nichil ibi
voluntas nostra ageret nec orarentur
si sola sufficeret. Commendantur ergo non
esse gravia, ut cui gravia sunt intelli-
gat se nondum accepisse donum
quo gravia non sunt, nec arbi-
tretur ea se perficere cum ita facit
ut gravia sint. Hilarem enim dato-
rem diligit deus. Nec tamen cum
ea gravia sentit desperando frangatur
sed ad querendum petendum pul-
sandum cogatur. Audiamus ergo
et huius testimonia que deinde
posuit divina precepta non gravia
commendantia. Dei mandata
inquit non modo impossibilia non
sunt verum nec gravia. Quid enim in
Deuteronomio et quid ait? Dominus deus
tuus convertetur ut te in bonis sicut
iocundatus est super patres tuos si audieris
vocem dei tui custodire et facere
omnia mandata eius et iustitias

multas enim contradictiones facit sine ca-
z iudicia eius que scripta sunt in libro
legis huius Si conuersus fueris ad domi-
num deum tuum ex toto corde tuo z ex toto,
anima tua quia mandatum hoc quod
ego mando tibi hodie non est supra
nos nec procul longe est non est in celo
ut dicas quis ascendet in celum z ac-
cipiet illud nobis z audientes fa-
ciemus Non est trans mare ut di-
cas quis transfretabit mare z acci-
piet illud nobis z audientes faciemus
Iuxta te enim uerbum in ore tuo in,
corde tuo in manibus tuis fac
illud Item dominus in ewangelio Veni-
te ad me omnes qui laboratis z onerati e-
stis quia ego uos reficiam
Tollite iugum meum super uos z dis-
cite a me quia mitis sum z humilis corde Et
inuenietis requiem animabus uestris Iugum
enim meum suaue est z honus me-
um leue Item in epistola sancti Jo-
hannis Hec est caritas dei ut man-
data eius obseruemus z mandata
eius grauia non sunt Hiis auditis
legittimis z euangelicis z apostolicis
testimoniis edificamur aduersum
quam non intelligunt qui ignoran-
tes dei iusticiam z suam uolentes
constituere dei iusticie non sunt sub-
iecti Si enim non intelligunt id quod de
uteronomio quemadmodum apostolus
paulus commemorauit ut corde
ad iusticiam credatur ore confessio fi-
at ad salutem quia non est opus sanis
medicus sed male habentibus Ipse
et Johannes apostolus testimonio quod
ad istud simile posuit ultimum
ubi ait Caritas dei ut manda-
ta eius obseruemus z mandata eius gra-
uia non sunt Videant ubi uerbum
amore caritate dei que non nisi
per spiritum sanctum diffunditur in cordi-
bus uestris non grauiare uobis
cum plus dando quam oportet ius-
ticia dei grauet Que tamen carita-
tes nunc perfecta eiciat cum penalis
timor abscesserit post hoc pro-
suit testimonia que contra eos
dici solent nec ea soluit sed eo
incorruptos quasi contrarias questio-
nes altius illigauit Ait enim
testimonia scripturarum que aduer-

ponendum sunt hiis qui arbitrii uo-
luntate uel non peccandi, possibilitati
impetrant conatum sed scripturarum
auctoritate posse destruere Obicere enim
solent inquit quod sanctus iob dixit
cuius mundus est a peccato nec infans
cuius est unius diei uita eius super
terram Deinde quasi ei respondet
sunt testimonio aliis testimoniis
quod ipse iob dixit Iustus enim
uir z sine querela factus sum
hic dictum non z intelligens posse
dici homines iustum qui perfectio-
nem iusticie plurimum attingere-
nt accessit ita ut ei proximus fieret
quod multos etiam in hac uita po-
tuisse memorata confidere uiuimus non
negamus hoc z illo testimonio
confirmat quod iste consequenter
adiunxit a eodem Job dictum Ecce
ego proximus sum iudicio meo z
scio quia iustus inueniar Sed
est enim iudicium de quo alibi di-
citur quasi lumen iusticia tua
z iudicium tuum uelud meridies
Denique non dixit ubi sum z p-
roximus sum quasi iudicium suum
illud intelligi uolumus non quo
ipse iudicabit sed quo iustitie in-
dicandum est Iusti in illo iudicio
inuenientur omnes qui non fal-
laciter dicunt Dimitte nobis de-
bita nostra sed perficient enim di-
missione iusti inuenientur eo
quod ea que hic habebant peccata ele-
mosinis habuerunt unde dominus
dicit Date elemosinam z ecce omnia
munda sunt nobis Denique hoc
dicitur iustis in regnum dei
promissum ituris Esuriui enim
et dedistis mihi manducare z cetera
Sed aliud est esse sine
peccato quod de solo in hac uita uni-
genito dictum est aliud est esse
sine querela quod de multis
iustis in hac uita etiam dici po-
tuit Quoniam est quidam modus
bone uite de quo etiam in ista
humana conuersatione iusta que-
rela esse non possit quis enim
iuste queritur de homine qui ne-
mini male uult z qui pie fideli-

consulit nec conantur augere inimicias
tenet libidine iudicandi ut vocatur
dicat Sicut et nos dimittimus de-
bitoribus nostris Et tamen eo ipso quod vere dicit
dimitte sicut et nos dimittimus se
sine peccato non esse declarat Inde est
quod dicit inventa iniquitas erit
in manibus meis sed oratio munda
Sunt enim erat munda oratio quia ve-
niam non inique petebat qui ve-
raciter dabat Et quod dicit de domino
Multas enim contritiones meas fecit
sine causa Non ait nullas fecit
cum causa sed multas sine causa
Non enim propter multa peccata eius
facte sunt ei multe contritiones
sed propter probacionem paciencie Nam
propter peccata quibus sine ut alibi
confitetur non fuit se punitum
se passum vel iudicat Item quod
dicit Vias eius custodivi non
declinavi a mandatis eius nec
discedam Custodit vias dei
qui non sic exorbitat ut eas relin-
quat sed in eis currendo proficit etsi
aliquando ut infirmus offendit aut
titubat proficit autem minuendo pec-
cata donec perveniat donec quo
sine peccato sit non enim aliter potest
omnino proficere nisi custodiendo
vias eius declinat autem a manda-
tis dei atque discedit aposta-
ta non ille qui etiam habet peccatum
confligendo tamen cum eo perseve-
rancia non relinquit donec eo
perveniat ubi ei nulla contencio
cum morte remanebit Iudici-
um ergo iusto conflictu ea iusti-
tia qua hic ex fide vivitur et ea
quodammodo lauta assumimus
contra iudicium quod etiam contra
nos pro nobis facimus quando
peccata nostra accusando dampnamus
Sicut scriptum est Iustus ipse sui
est accusator in exordio sermo-
nis Sicut idem dicit Iusticiam in-
duebar et vestiebar mitra
mitra iudicium sicut clamide
etiam et ista vestis bellica magis
solet esse quam pacis ubi ad-
huc expugnatur concupiscencia Ubi
erit plena iusticia sine aliquo

hoste iusticia plenissima vita immor-
tali donanda Quod autem idem ait sanctus
Iob Non enim me reprehendit cor me-
um in omni vita mea tunc nos iusti-
cia in qua ex fide vivitur non reprehen-
dit cor nostrum si eadem fides in qua
corde creditur ad iusticiam non negligit
reprehendere peccatum nostrum Unde dicit ap-
postolus Non enim quod volo facio
bonum sed quod odio malum hoc ago
Bonum est enim concupiscere et hoc bo-
num vult iustus qui ex fide vivit et
tamen facit quod odit quia concu-
piscit quamvis post concupiscencias su-
as non eat quod si faceret tunc vere
ipse faceret ut cederet consenciat ut
desideriis peccati obediat Tamen cum
cor eius reprehendit quia ipsum repre-
hendit illud peccatum eius quod habitat
in membris eius cum iam non sinit
peccatum regnare in suo mortali corpore
ad obediendum desideriis eius nec
exhibet membra sua arma iniquitatis
peccato Inest quidem peccatum in membris
eius sed non regnat quia non obe-
ditur desideriis et ideo dum quod
vult agit id est non vult concupiscere
et concupiscit consentit legi quia
bona est Hoc enim vult et ipse quod lex
quia vult ipse non concupiscere et lex
dicit non concupisces In[illegible] quoniam
vult quod et lex vult procul dubio con-
sentit legi Concupiscit tamen quia
non est sine peccato sed iam non operatur
ipse illud sed illud quod in illo habitat
peccatum Ideo non ipsum reprehendit cor eius
in omni vita eius hoc est in fide eius
quia iustus ex fide vivit et ideo fi-
des eius est vita eius Scit enim
quia non habitat in carne bonum ubi
habitat peccatum sed non ei consenciendo
vivit ex fide Quia invocat deum
et adiuvatur pugnans contra peccatum quod
non omnino ibi non sit adiacet ei vel-
le sed perficere bonum non adiacet sed perfice-
Nam in eo quod non consentit bonum
facit et in eo quod illi qui in eum peccat
ignoscit bonum facit et in eo quod petit
dimitti sibi debita sua et veraciter
dicit quod dimittit etiam ipse debitoribus
suis et orat ne inferatur in temptacionem

quod facere bonum non adiacet

sed liberetur a malo bonum faciat ei tamen
perficere bonum non adiacet Cum tunc
erit quando ei concupiscentia illa
que habitat in membris suis nulla
erit Non ergo reprehendit eum cor
eius et non habet quia reprehendit
quando reprehendit peccatum quod habitat
in membris eius et non habet quod reprehen-
dat infidelitatem eius Ita vero invi-
ta sua id est infidelitate sua corde suo
reprehenditur et sine peccato non esse con-
vincitur Quod ipse Iob dixit confi-
tetur ubi dicit Nichil celavit peccata
mea Signasti iniquitates meas
in sacculo et annotasti si quid invi-
tus transgressus sum Testimonia ergo
que posuit de libris sancti viri Iob
nos sicut potuimus quemadmodum
sint accipienda mirantem nec
tamen absolvit quod cum de Iob
dixisse proposuit quia cum nullus
apud te nec infans cuius est diei
unius vita super terram Item proponens
lent inquit Omnis homo mendax
nec contra hoc ipsum aliquid propositum
solvit sed commemorando alia velut
contraria testimonia aperit eos qui
non intelligunt sanctarum scripturarum
divina eloquia inter se dimisit dicit
enim quibus videndum est quod in
uno libro scriptum est homo verax
Et de sancto Iob legitur ita Erat
vir habitans in regione Ausitide
nomine Iob verax sine crimine iustus
dei cultor abstinens se ab omni re
mala Cum hoc ab omni peccato velit
intelligi cum superius dixerit peccatum
actum malum esse non rem Respondeatur
ergo quia etiam si actus sit res se
dici Abstinet se autem ab omni re ma-
la quia peccato sine quo non est ne-
mo omnino consentit nec si aliquando
premitur non opprimitur sicut luctator
fortior et si aliquando tenetur non
tamen perdit quo superior invenitur Legitur
homo sane sine crimine legitur
sine querela et non legitur sine pec-
cato nisi filius hominis unus idem-
que dei filius unicus Item inquit
apud ipsum Iob et iusticiam tenuit
veracis hominis Item apud Salomo-
nem de sapientia dei mendaces non erunt
illius memores viri autem veraces

invenientur in illa Item et in apo-
calipsi et in ore ipsorum non est in-
ventum mendacium sine macula
sunt Ad hoc et nos respondemus ad-
monentes quo sit dicendus homo
verax per dei gratiam atque veritatem
qui per se ipsum sine dubio mendax
est unde dictum est Omnis homo
mendax Hoc testimonium perhibet de
sapientia quod ipse posuit viri autem
mendaces invenientur in illa quod
procul dubio non in illa sed in se ipsis
invenientur esse mendaces sicut e-
fuistis aliquando tenebre nunc autem
lux in domino Cum enim diceret tenebre
non addidit domino Cum autem
dixit utique in domino quia in se ipsis
lux esse non possent ut qui gloriatur
in domino glorietur Illi vero in apoca-
lipsi propterea ipsi tales dicti sunt ut
non sit inventum in ore eorum
mendacium quia non dixerunt se
non habere peccatum Quod si dicerent
se ipsos deciperent et veritas in eis
non esset Porro si veritas in eis
non esset inveniretur in eis men-
dacium Et si per invidiam cum
essent sine peccato dicerent se non
esse sine peccato hoc ipsum esset men-
dacium falsumque esset quod dictum
est Non est inventum in ore eorum
mendacium Ideo ergo sine macula
sunt quia sicut illi dimiserunt
debitoribus suis sic illis deus di-
mittente munda sunt Ecce nos
ut voluimus proposuimus quomodo
accipienda sint testimonia que pro-
pria ei commemoravit Ipse autem
quo sit accipiendum quod scriptum
est Omnis homo mendax omnino
non solvit nec solvere potest nisi
correctus credat quod credit hominem
sine adiutorio gratie dei per solam
propriam voluntatem posse esse vera-
cem Hec alia que sequuntur questione
proposuit nec solvit immo velut au-
xit ~~[illegible]~~ et difficiliorem reddidit
proponendo adversum se probatum te-
stimonium Non est qui faciat bonum
non est usque ad unum Et quasi con-
tra testimonia respondens quibus
ostendit esse homines qui faciunt bonum

Et quidem videt si aliud est non facere bonum, aliud non esse sine peccato, et si homo facit multa bona, etiam per ea testimonia que posuit non sunt contraria illud quod dicimus non esse in hac vita hominem sine peccato. Sed hic iam non videt quemadmodum dictum sit non esse qui faciat bonum, non esse usque ad unum. Ait enim sanctus David: Spera in domino et fac bonitatem. Hoc testimonium preceptum est, non factum; quod utique preceptum non faciebant de quibus dictum est: Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Ait etiam sanctus Tobias: Noli timere fili; pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus si timuerimus deum et recesserimus ab omni peccato et fecerimus bona. Verissime tunc erunt homini omnia bona, cum recesserit ab omni peccato. Tunc enim ei erunt nulla peccata mala, ut non opus habeat dicere: Libera nos a malo. Quamvis et nunc omnis qui proficit recta intentione, proficiendo recedit ab omni peccato, et tanto inde longinquior quanto plenitudini iustitie perfectione fit propinquior. Quia et ipsa concupiscentia que est peccatum habitans in carne, etsi manet adhuc in membris mortalibus, minuitur tamen, non desinit in proficientibus. Aliud est ergo recedere ab omni peccato, quod nunc in opere est; aliud recessisse ab omni peccato, quod in illa perfectione tunc erit. Sed tamen et qui iam recessit et qui adhuc recedit non est negandus facere bonum. Quomodo ergo dictum est: Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum? Quod ille proposuit et non solutum reliquit, nisi quia psalmus quidam populum id est culpavit in quo nec unus erat qui faceret bonum, dum volunt remanere filii hominum et non esse filii dei, cuius gratia homo sit bonus ut faciat bonum. De illo bono dicimus (?) hoc dicimus accipe quod ibi ait: Deus de celo prospexit super filios hominum ut videat si est intelligens aut requirens deum. Hoc ergo bonum quod est requirere deum non erat qui faceret, non erat usque ad unum, sed in eo genere hominum quod predestinatum est ad interitum. Super hos enim respexit dei prescientia protulitque sententiam. Item dicit quod salvator ait: Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus deus. Est hanc item proposuit, non soluit, sed non si apposuit velut contradicentia alia testimonia quibus probaret et ibi hominem bonum. Dixit enim esse videndum quod idem dominus ait: Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona; et iterum: Qui solem suum oriri facit super bonos et malos. Et alibi scriptum est: Bonis creata sunt ab initio. Et iterum: Qui sunt boni erunt habitatores terre. Sic enim respondendum est ut et illud intelligatur quod dictum sit: Nemo bonus nisi solus deus. Enim quia omnia que creata sunt, quamvis ea deus fecit bona valde, creatori tamen comparata nec bona sunt, cui comparata nec sunt. Altissime quippe et proprio modo quodam ipse de se dixit: Ego sum qui sum. Sic dictum est: Nemo bonus nisi unus deus. Quemadmodum de Iohanne dictum est: Non erat ille lumen, cum dominus dicat eum esse lucernam, sicut discipulis quibus dixit: Vos estis lux mundi, et: Neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio. Sed in comparatione luminis illius quod est lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, non erat ille lumen. Sed quia etiam ipse filius dei comparati sibi ipsi quales in illa perfectione eterna futuri sunt, ut adhuc et mali sint, quod de illis dicere non auderem, quamvis enim audeat dicere malos, dicere quorum pater deus est, nisi ipse dominus diceret: Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester qui in celis est dabit bona petentibus se. Cum ait utique pater vester, filios dei

·ps̄a (marginal note)

Item (marginal note)

·/· ita boni fecit

nam se mirant Et nos tn ad hnc
malos non tacuit Ille tn non sentit
quod et isti boni sint et Nemo sibi bo
nus nisi unus Tn est ille admonitus
qui interrogaverat quid boni faceret ut
cum quereret cur sua bonus esset
cum bonum esse hoc est ipsum esse quia
incommutabiliter bonus est et non potest
omnino malus esse Item dicit mirant
quis gloriabitur castum se habere cor
Et ad hoc videt vatis testimonis
volens ostendere posse esse in homine ca
stum cor Nec tn dicit quod accipi
endum sit quod proposuit contra se dici.
quis gloriatur castum se habere cor
ne sententia divina in hoc testimonia et
in aliis sequine videt sibi ipsi adversa vi
deatur Nos aut hunc videntes
dicimus Ideo secundum esse Et quis gloriabitur
castum se habere cor qui precessit cum
rex iustus sedit in throno Et nam
talibus cum iusticia sit preditus homo
cogitare debet ne aliquid in illo quod
ipse non videt inveniat esse culpa
dum cum rex iustus sedit in throno
Cuius cogitationem fugere delicta non
possunt ut illa de quibus dictum est delicta
quis intelligit Cum ergo rex iustus
sederit in throno quis gloriabitur castum
se habere cor aut quis gloriabitur mundum
se esse a peccato nisi forte isti qui non
sunt nisi ... iusticia non ipsius iudicis
... Sunt etiam illa sunt que
... et salvator ait
meruimus Beati mundo corde quoniam ipsi deum
videbunt Et quod David dicit Quis
ascendet in montem domini aut quis re
quiescet in monte sancto eius Innocens
manibus et mundo corde Et Bene
fac domine bonis et rectis corde Et
apud Salomonem Bona est substancia cui
non est peccatum in consciencia Item illud
... te ... et dirige ... et ab
omni delicto munda cor tuum Item
epla Johannis Si cor nostrum nos non
reprehendat fiduciam habemus ad deum
et quecumque pecierimus accipiemus
ab eo hoc cum aliter voluntate ...
... diligendo corpus castigando
elemosinas faciendo in iniurias igno
scendo instanter orando et proficiendo

virtute peccando veniam et dicendo
Dimitte nobis debita nostra sicut et
Et ne nos inducas in temptationem
Sed libera nos a malo Sic proficit agitur
ut cor mundetur et peccatum omne tollatur
et quod iustus videtur Cum sederit in
throno occulta invenit minus quia
mundatum eius misericordia remittat ut deo
vincendo totum secundum mundum quod reddat
Iudicium enim sine misericordia fiet illi qui non
fecit misericordiam superexaltat autem misericordia
iudicio Et nos si non esset que spes
non esset quia quando cum rex iustus
sederit in throno quis gloriabitur se castum
habere cor aut quis gloriabitur mundum
se esse a peccato Tunc ergo penitus
... plene perfecteque mundati
fulgebunt in regno patris sui sicut
sol Tunc plene atque perfecte erit
ecclesia non habens maculam aut rugam
aut aliquid huiusmodi Et ... tunc ecclesia
erit vere gloriosa Cum enim non
tm ait ut exhiberet sibi ecclesiam non
habentem maculam aut rugam sed ad
didit gloriam satis significat quod
erit sine macula aut ruga aut ali
quid huiusmodi Tunc utique quando gloriosa
non enim modo in tantis bonis ma
lis in tantis scandalis in tanta per
mixtione ... pessimorum in tantis
obprobriis impiorum dicenda est esse glo
riosa quia reges ei serviunt ubi est
periculosior maior est temptatio Sed
tunc potius erit gloriosa quando fiet quod
idem ait apostolus Cum Christus appa
ruerit vita vestra tunc et vos appare
bitis cum ipso in gloria Cum enim
dominus secundum formam servi qua se medi
ator ... ecclesie non fuit glori
ficatus nisi resurrectionis gloria
Unde dictum est Spiritus enim non erat
datus quia Ihesus non dum fuerat
glorificatus Et nunc dicenda est
... eius est
gloriosa Mundat enim eam ut
lavacro aque in verbo abluens
peccata preterita et pellens ab ea domina
torem malorum angelorum Deinde
proficiens eius sanitates qui
faciat eam occurrere in illam gloriam
sine macula et ruga quos enim
predestinavit illos et vocavit

et quos vocavit ipsos et iustificavit
et quos iustificavit illos et glori-
ficavit. In hoc iustus dum dimi-
catur. Ecce eicio demonia et sa-
nitates perficio hodie et cras et
tercia die consummor. Idem perficior di-
xit enim ex persona corporis sui quod est
ecclesia dei ponens pro distinctis or-
dinatis quam temporibus quod et in-
sua ratione significat intrandus pu-
to aut intrasse in te rem corde et
mundum corde. Mundus corde et ceteris
corde mea que ante sunt exten-
ditur et que retro sunt obliviscitur
ut recto cursu id est recta fide atque intentione
pervenit ubi habitet mundus corde.
Sicut illa psalmi reddenda sunt sig-
nis sicut dictum est. Quis ascendet
in montem domini aut quis stabit
in loco sancto eius. Innocens manibus
et mundo corde. Innocens manibus
et mundo corde ascendet stabit.
Illud in ope est. Istud in fine. Et illud
magis intelligendus est quod deum
est bona ꝯ scientia enim non est parum
modica. Tunc enim erit scientia vi-
vere. Dimicie cum transierit tota p-
capitas id est consummata fuit omnis in-
firmitas. Nunc non audeat se homo
a delicto eius perficiendo inde deste-
dit et renovatur de die in diem et
dirigat manus in ope. Inde et ab
omni delicto mundet cor suum in-
sereat utique restat pervenire domi-
natur. Hoc enim salubriter et sine
vanitatis iactantia bene intelli-
gitur in eo quod dixit sanctus Iohannes si
cor nostrum nos non reprehenderit fidu-
ciam habemus ad deum et quecumque
petierimus accipiemus ab eo. Hoc enim
videtur isto loco admonuisse ne cor
nostrum in hac ipsa oratione et petitione
reprehendat. Hoc est ne forte cum
ceperimus dicere dimitte nobis sicut
et nos dimittimus compungamur
non facere quod dicimus. Aut etiam non
audeamus dicere quod non facimus
et fiduciam petendi non amittamus.
Item sibi proposuit testimonium scrip-
turarum quod eis dici solet. Quia non
est homo iustus in terra qui faciat
bonum et non peccet. Et quasi re-
dit alius testimonium quia dominus
dicit Job: ait vidisti considerasti servum

meum Job. Non enim est ei similis in terris
in terris homo sine querela verus dei
cultor abstinens se ab omni malo. Contra ista
inquit superius descripsimus. Nunc ipse
ostendit nobis quomodo et Job si hec ipsa
verba ita intelligenda sunt sine omni
peccato fuit in terra et verax scriptura
est. Non est homo iustus in terra qui fa-
ciat bonum et non peccet. Item dicunt
inquit quia non iustificabitur in conspec-
tu eius omnis vivens et hinc extexit (?)
mortuo quasi tradit ad nichil aliud
nisi ut scripture sancte inter se litigare
videantur quarum concordiam nos debe-
mus ostendere ait enim quibus videamus
quod de sancto Zacharia testetur evangelista dicens
Erat enim Zacharias et Elizabet uxor
eius iusti ambo in conspectu domini et in-
cedentes in omnibus mandatis et
iustificationibus sine querela. Erant
iusti ambo utique legerant inter ipsa man-
data quemadmodum sua peccata mundaret.
Nam Zacharias quod de omni sacerdote
ex omnibus accepto in epistola ad Ebreos
dicitur. Etiam pro suis peccatis utique
hostias offerebat. Quo igitur intelligendum
sit quod dicitur sine querela. Iam supra satis
quantum opinor ostendimus. Et beatus igitur
apostolus ait ut simus sancti et immaculati
in conspectu eius. Hoc agitur in isti hoc sumus.
Si immaculati intelligendi sunt qui omnino
sine peccato sunt. Si autem immaculati
sunt qui sine crimine etiam in hac
vita fuisse atque esse negare non pos-
sumus. Crimina non ideo sine ullo pec-
cato est aliquis quia non habet ma-
culam criminis. Unde et apostolus cum minis-
tros eligeret ordinandos non ait si quis
sine peccato est quod invenire non pos-
set. Sed ait si quis sine crimine quos
utique posset. Nec tamen ipse ostendit
quemadmodum secundum suam causam debeamus
accipere quod scriptum est quia non iustifica-
bitur in conspectu eius omnis vivens. Littera
quippe sua est de suspiciore versu illius
tamus declarata. Ne intres in iudi- Ysayat
cium cum servo tuo quia non iustificabi-
tur in conspectu tuo omnis vivens. Iudicium
timet quia misericordiam desiderat que
superexaltat iudicio. Hoc est enim
ne intres in iudicium cum servo tuo.
Noli me iudicare secundum te quia es
sine peccato. Quia in conspectu tuo non
iustificabitur omnis vivens. Quod de hac
vita dictum sine difficultate quidem intelli-
gitur. Et quod ait non iustificabitur

Adiectam perfectionem iusticie protulit que
iniciat vita non est Item dicunt
si diximus quia peccatum non habemus
ipsi nos seducimus et veritas in nobis
non est Et quomodo evidentissimo testimonio
quod cuius testimoniis inde convictus
est quisdem sanctus Johannes in epistola dicit
hoc autem dico fratres ut non peccetis
qui natus est ex deo peccatum non facit
quia semen ipsius in eo manet et
non potest peccare Item illic qui natus
est ex deo non peccat quia generacio
conservat dei eum et malignus non
tangit eum Item illic inquit quod
de salvatore dicit scimus ille apparuit
ut peccata tolleret omnis qui in eo manet
non peccat Omnis qui peccat non
videt eum nec cognovit eum Item
illic karissimi nunc filii dei sumus et non
dum apparuit quid erimus Scimus
quoniam cum apparuit similes ei erimus quia
videbimus eum sicuti est Et omnis
qui habet spem hanc in eum sanctificat
se sicuti et ipse sanctus est Et tamen cum hec
omnia testimonia vera sint vere etiam
et illud quod proposuit et non solum Quod
si diximus peccatum non habemus nos ipsos
seducimus et veritas in nobis non est
hic per hoc secundum id quod ex deo nati sumus
in eo qui apparuit ut peccata tolleret
id est in xpo manemus et non peccamus
hoc est autem quod interior homo renovatur
de die in diem Secundum autem quod de homine
illo nati sumus per quem peccatum intravit
in mundum et per peccatum mors et ita in
omnes homines pertransivit sine peccato
non sumus quia sine illius infirmitate
non dum sumus donec illa renova
cione que fit de die in diem quia secundum
ipsam ex deo nati sumus infirmitas to
ta sanetur in qua ex primo homine
nati sumus et in qua sine peccato non
sumus Cuius reliquiis in homine mane
tibus interiore quamvis de die in di
antur in proficientibus Si dixerimus
quia peccatum non habemus nos ipsos se
ducimus etc. Quomodo ergo verum est omnis
qui peccat non vidit eum neque cogno
vit eum Quia secundum visionem et cog
nicionem que erit secundum spem
nemo eum in hac vita videat atque
cognoscat secundum autem visionem et cog
nicionem que est in fide multi sunt

qui peccent cum sint xpi apostate qui
tamen in eum aliquid crediderunt
ut de nullo illorum dici possit secundum
visionem et cognicionem que adhuc
in fide est non vidit eum neque cog
novit eum secundum intelligendum arbitror
quia renovacio perficienda videt
et cognoscit infirmitas non assume
nda non videt nec cognoscit eum
in eum quantum eorum reliquiis intimus
constitutis Si diximus quia peccatum
non habemus nos ipsos seducimus
et veritas in nobis non est Cum secundum
perfectam renovacionis filii dei fu
imus dum per reliquias infirmitatis
non dum apparuit quod erimus Scimus
quia cum apparuit similes ei erimus quoniam
videbimus eum sicut est Tunc
peccatum nullum erit quia infirmitas
nec interior nec exterior nulla rema
nebit Et omnis qui habet hanc spem
in eum sanctificat se sicut et ipse
sanctus est Sanctificat se non per se ipsum sed
credendo in illum et invocando illum
qui sanctificat sanctos suos cuius sanctifica
cionis effectus que nunc proficit et est
fit de die in diem omnis infirmitas
reliquias ablatura est Item dicunt
inquit Non volentis neque currentis
sed miserentis est dei omnibus fidelibus
est quod idem apostolus alibi de quodam
ait Qui vult faciat Item inquit
ad philemonem de honestissimo
quem ego volueram apud me re
tinere ut pro te michi ministraret sed
sine consilio tuo nichil volui facere
ut non quasi ex necessitate bonum es
set tuum sed voluntarium Item deutronomii
vitam et mortem dedi ante faciem
tuam bonum et malum elige vitam
ubi vivas Item apud Salomonem
deus ab inicio constituit hominem
et reliquit eum in manu consilii
sui adiecit ei mandata et pre
cepta Si voles precepta serva
bunt te et imposterum fidem placi
tam facere apposuit tibi aquam et
ignem ad quod vis porrige manum ante
hominem bonum et malum vita et mors
paupertas et honestas a deo
sunt Item apud ysaiam Et si
volueritis et audieritis me que
bona sunt terre manducabitis sed

aut nolueritis neque obaudieritis me
bona terre gladius vos comedet aut
consumet os enim domini locutum est hoc
hic uos quatenus isti se obiecerit
apparuit declarant enim se contra dei
gratiam ut nunc disputare contra
volumus imperitie enim dicimus
fiat voluntas tua sicut in celo et in
terra. Et ne nos inferas in temptationem
sed libera nos a malo. Et quid ista
orando tanta devotione petimus
si volentis hominis et currentis non
miserentis est dei. Non quia hoc si
ne voluntate nostra agitur sed quia
voluntas non implet quod agit nisi divi
nitus adiuvetur. Hec est fidei sa
nitas que nos facit orare querere
ut inveniamus petere ut accipiamus
pulsare ut aperiatur nobis. Contra
istam qui disputat contra se ipsum
claudit hostium misericordie dei. Nolo plura
dicere de tanta quia melius e
am commendo fidelium gemitibus
quam sermonibus meis. videte ta
men obsecro quale sit. Ideo vo
lenti et currenti misericordiam dei non
esse necessariam que illum etiam
prevenit ut curreret quia quodam
ait aptius quod vult ut faciat ibi
ut arbitror ubi sequitur. et dicat
non peccat si iubeat quasi pro magno
studium sit nolle iubere ubi de ca
uteriis domus in ue opiosius dis
putatur aut non etiam ibi prodest ali
quid nolle nisi deus providentia
sua qua gubernat omnia more
ferum quod contingat aut quomodo
ad philemonem scripsit apostolus ut non
quasi ex necessitate bonum eius esset sed
voluntarium quasi aliter sit volun
tarium bonum nisi cum sit deus qui
operatur in nobis et velle. et operari
pro bona voluntate aut quia in
deuteronomio scriptum est vitam et
mortem dedit ante faciem hominis
bonum et malum. Et admonuit
ut eligeret vitam quasi et ipsa ad
monitio non divina veniret
ut aliquid prodesset eligere vitam
nisi deus diligendi caritatem
inspiraret et etiam hic proficeret
ret de quo dictum est Etenim vita

in indignatione eius et vita in voluntate
eius aut quia dictum est Si nolles
precepta servabit te quasi non debeat
deo agere gratias qui precepta no
luit qui destitutus omni lumine veri
tatis licet velle non posset. positis
ante hominem igne et aqua quo
vult quidem porrigit manum specia
lis est qui novit altius quam
homines audiunt cogitatio quando
quidem mentem corrigendi cor est
fides. Sicut scriptum est venies
et pertransies ab initio fidei et quis
quis ita elegerit bonum sicut vin
cis deus pertinens est mensura
fidei. Et nemo potest ad me veni
re aut precepta fidei nisi pater
qui misit me traxerit eum. Quem
de fide dictum esse quia venientem credit
postea evidenter explanat ubi dicitur
verba que ego locutus sum vobis
spiritus et vita sunt. Sed sunt quidam
ex vobis qui non credunt. Sciebat
enim ab initio ihesus qui essent cre
dentes et quis traditurus esset
eum propterea dixi vobis quia ne
mo potest venire ad me nisi fuerit
ei datum a patre meo. magnum aliquid
pro sua causa se invenisse arbitratur
arbitratus est aput ysaiam prophetam
quia deus dixit Si volueritis et
audieritis me que bona sunt
terre manducabitis. Si autem nolueri
tis et non audieritis me gladius
quia tu prior dilexisti me | et unde
hoc michi creator celi et terre | et
abyssi cum honorem meorum non egeas
meis bonis. Unde hoc michi quia dile-
xisti me | O sapientia que aperis os mu-
torum | per verbum per quod facta sunt omnia
aperi os meum deo in voce laudis
ut enarrem omnia beneficia que
michi a primo domine contulisti. Ecce ip-
sum quia tu creasti me | et cum me e-
ares et in uno creaturarum tuarum una-
res ab eterno tu predestinasti antequam
quid quia faceres a principio antequam
celos extenderes | et terram creavisti a-
byssi adhuc eram non fecisti mon-
tes fundaveras | nondum fontes erum-
perunt. Ante hec omnia que fecisti
per verbum fecisti creaturam me esse volu-
isti | et hoc unde michi benignissime
domine deus altissime pater misericordi-
ssime creator potentissime et semp-
iternissime que mea vita quem mea
gloria ut compleret ante conspectum tue
magnifice maiestatis creare me vo-
luisti et creasti me ut ficta de ni-
chilo me aliquid esse fecisti | quale
le autem aliquid non stipulam non lig-
num non avem non piscem non ser-
pentem | vel aliud ex brutis animalibus

non lapidem non lignum vel eorum que
que tantum sunt esse vel ex eorum
que tantum sunt esse et vivere.
Sed super hec omnia me esse volu-
isti certius que tantum sunt esse
et vivere quia sum et esse sentio
et paulominus me creasti parte an-
gelis quia quod ratione te cognosce-
re cum ipsis accepi. Et paulominus
nam ipsi viderunt facie tua per spe-
ciem iam sicut propter ergo vero per spe-
rem in enigmate non plene ergo autem
excepte. De dignitate hominis futura

Sed cum venerit quod — capitulum xxxiiii

perfectum est evacuabitur quia ex par-
te est quando revelata iam facie
tua faciem videbimus | quid iam
proderit nos esse pecatores paulo-
minus ab angelis quos tu domine
corpora spe que ornata est gloria
et honore coronamus quos nimis
honorasti amicos tuos honorificatus
primo post omnes angelis | et equa-
lis nempe eorum hoc vibrate
tua sicut equales eum sunt angelis
et filii sunt dei | quia homo filius
est sicut hoc filius dei hoc itaque
considerati michi fiducia est dicere
non homo minor paulominus ab an-
gelis non tantum utique equalis an-
gelis sed superior angelis quia non
deus | et deus homo non angelus
et dicam per hoc hominem creaturarum
dignissimam esse creaturam | quia
verbum quod erat in principio deus apud
deum verbum per quod deus dixit fiat
lux | et facta est lux angelica scilicet
per quod deus creavit omnia in principio
idem caro verbum factum est | et habitavit
in nobis | et vidimus gloriam eius
Ecce gloria per quam gloriamur quia tanta gloria
Ecce gaudium quo tanto gaudeo deo
deus vita et gloria tota anime mee
confiteor ergo domine deus meus | quia
me creasti tamen imparem angelis
quodam modo parte creasti et que
per facta possumus per verbum tuum ut veniamus
ad equalitatem angelorum ut nunc
in diam similitudinem eorum cor
ut recam operatum filiorum per virginem
natum verbum tuum domine per filium tuum

ubi facie ad faciem ego prospectus

minores

desidero, neque tibi bene est, placeat
probitati conditorem et consolatorem tibi
et creatorem Christum Iesum unicum dominum
et redemptorem meum, illuminatorem
et consolatorem meum, advocatum meum
apud te, et lumen oculorum meorum,
qui est vita et salvacio mea et
spes unica mea, qui nos dilexit
magis quam se, per quem dominus fidu-
ciam repositam apud te et firmam
spem et accessum veniendi ad te,
qui dedit potestatem filios dei fieri
et omnibus qui credunt in nomine eius.
Laudem tribuam nomini tuo domine
qui me ad ymaginem et similitudinem
tuam creando erigere sic fecisti
me fore susceptibilem ut possem
dei fieri filius. Hec utique non possunt
arbores, non possunt lapides, et cetera
omnia que movent vel crescunt
in aere vel in mari vel in terra, quia
non dedit eis potestatem verbum tuum
filios dei fieri; racionem non habent. Nam
et licet pecus in racione consistat, per
agnoscimus deum dedit tamen hanc
omnibus quos creavit similes ad
ymaginem et similitudinem suam,
et ego utique domine per tuam graciam filius
sum et filius tuus esse possum
per graciam, quod illi non possunt. Et unde
michi hoc, vita summa, veritas summa,
bonitas et principium omnium creaturarum,
michi ut possem filius tuus fieri
quod illi non possunt, cum omnia qui
manes in eternum creasti omnia simul?
Numquid creasti homines et iumenta, la-
pides et vermicula, ut ne non possunt
mutari vita eorum ante certe gracia, quia
omnia tua bonitate creasti, et pecus
omnes creature in natura fuerit, omnia
omni nulla ponitur fuere mutabilis.
Ergo magna tua pietas et bonitas
nullat bona tua creatura qua fecisti
racionabilem, qua in omnibus aliis que
sunt sine racione ante ponis. Quare
non ego sicut ille, aut cur non omnis
ipse sicut ego, aut ego plus sicut
ille? que mea vita, que mea gracia
ut me filium dei possem fieri suscep-
tabilem creares? Absit domine ut a-
liud senciam nisi tantum gracia et bo-
nitas tua fecit ut essem preceptis
dulcedinis me eius illam igitur
graciam

quam de nichilo creasti. illa quia gracias ago domine
gracia dei michi, i. graciam ubi quod de ... gracia.

De omnipotencia dei capitulum xviii

Omnipotens manus tua semper
una et eadem creavit in celo an-
gelos, in terra vermiculos, non superior in
illis, non inferior in istis. Sicut enim
nulla manus angelum, ita nulla potest
creare vermiculum, sicut nulla celum, ita
nulla minimum arboris folium, sicut nulla
corpus, ita nulla unum capillum album
vel facere aut nigrum. Sed omnipotens
manus tua cui nulla par sunt possibilia,
nec cui possibilius est creare ver-
miculum quam angelum, nec possibilius
extendere celum quam terram, nec levius
formare capillum quam corpus, nec
difficilius fundare terram super aquas
quam aquas super terram. Sed omnia que-
cumque voluit in celo et in terra et in
omnibus abyssis et me inter omnia sicut
voluit et potuit. Potuit quidem (ut creavit)
domine manus tua lapidem me vel aquam
vel serpentem facere vel beluam aliquam (creare)
et sicut et voluit pro sua bonitate
creare. Ergo non lapis, non arbor, nulla
aliqua belua creatus sum, quia sic
ordinavit bonitas tua et ut ordinavit
non preferunt merita mea.

De laude dei capitulum xix

Unde hoc michi domine, unde hec
dedes ad laudandum te, sicut fe-
cisti me sine me, sicut conplacuit
ante te, ita laus est tibi sine me
sicut conplacuit ante laus tua, credo ut tu
ipse es, laudent te opera tua secundum
multitudinem magnitudinis tue.
Laus tua domine inconprehensibilis est, cor-
de non conprehenditur, qui non mensuratur,
aure non percipitur, quia ista transeunt
et laus tua manet in eternum. Cogitacio
incipit, cogitacio finit, vox sonuit
et transit, auris audit et auditus
transit, laus tua non in eternum stat.
Quis ergo est qui te laudat? quo-
modo enunciabunt laudem tuam? Laus
tua perpetua est, transitoria non est.
Hic te laudat qui se ipsum sentit
sua laude pertingere non posse pertingere
laus tua perpetua que inenarra-
bilis est, laus vera laudabi-
liter ... non nos sumus digni
te laudare. Sed preter te a nobis est laus

si tu sit sola que etiam amitti potest. Si etiam

nite. Sunt verum homini laudem
quando ab eo homini laude quando lux
appropinquat lucem quia tu verum
lux tribuis verum laude quoque
ab alio quam ab eo amorum laude
recipiens a te amittimus laude quia
illa transitoria est. Sed tua eterna pro
linum transitoria non amemus laus
eterna domine deus meus a quo dies
laus sine quo nulla est laus non
valeo laudare te sine te. Quam
te laudabo te. Quando cum ego sum
domine per me qui laude te pulvis
et cinis ego sum canis mortuus
et fetens vermis ego et putredo sum
quis ego sum ut laudem te. Domine
deus meus fortissime. Quomodo un
quam caro mea quam dictas eternitatem
iniqua tenebre laudabunt lucem
aut vitam mors. Tu lux ego tenebre
tu vita ego mors. Quomodo iniqua vani
tas veritatem laudabit. Tu es veritas
et ego sum vanitatis filius. Quid
ergo domine laudabo te. Iniqua mi
seria mea laudabit te. Iniquus fetor
laudabit te. Iniqua mortalitas hominis
que est hodie in hore et cras tollitur
laudabit te putredo filius hominis
vermis miser laudabit te cui impietas
gemitus est et natus non speciosa
laus in ore peccatoris. Laudet te domine
deus meus omnipotens potentia tua incom
prehensibilis sapientia tua ineffabilis bonitas
tua laudet te super eminens clemen
cia tua super habundans misericordia tua sempi
terna quoque virtus et divinitas tua lau
det te omnipotentissima fortitudo
summaque benignitas et caritas
tua per quam creasti nos domine deus

De spe erigenda capitulum xii

Ego autem domine eterna tua sub um
bra alarum tuarum sperabo in bonita
te tua qua creasti me. Adiuva cre
aturam tuam quam creavit benigni
tas tua ne pereat in malicia mea
quod operata est benignitas tua non
pereat in mea miseria quod fecit summa
clemencia tua. Domine multitudo misera
cionis tue si deserueris me in corde
meo maxime cum vivere constituisti

omnes alios homines. Creasti me domine
recte quod creasti opera manuum tuarum
ne despicias. Me fecisti ex nichi
lo. Si me non regis domine cito redibo
ad nichilum. Sicut enim domine non
eram et ex nichilo fecisti me sic
si me non regis ad nichilum redigar
nunc. Adiuva me domine vita mea
ne peream in malicia mea. Si non
creasses domine non essem. Quia creas
ti me iam sum. Si non regis iam non
sum. Non mea merita non mea gra
cia coegerunt ut creares me sed be
nignissima bonitas tua et cle
mencia illa caritas domine deus meus
que te ad creandum ipsa te quesumus
et nunc cogat ad regendum. Quid enim
prodest quod composuit caritas tua
si peream in miseria mea et non me
regat dextera tua. Hec te cogat domine
deus clemencia ad salvandum quod creatum
est que te compulit quod creatum non erat
ipsa vincat caritas ad salvandum
que te vicit ad creandum quoniam
nunc minor est. Quoniam ipsa caritas
tu ipse es qui semper idem ipse es
et non est alius extra te et non
abbreviata manus tua ut salvare ne
queat nec aggravata est auris tua
ut non audiat. Sed peccata mea diviser
runt inter me et te inter tenebras
et lucem inter imaginem et veri
tatem inter vanitatem et veritatem
inter hanc lunaticam vitam meam
et sempiternam. De caligine concu
piscentie capitulum xiii

Hec sunt umbre quibus opprimor
heu mihi ac abyssus caliginosa carce
ris huius in quo constrictus iaceo
donec aspiret dies et inclinentur
umbre fiatque lux in firmamento
virtutis tue. Vox domini in virtute vox
domini in magnificentia dicat fiat lux
et effugiat. Appareat arida germinet
que terra herbam virentem et facientem
fructum et semen boni iustitie. Vox
in tu domine pater deus vita per quam
omnia vivunt et sine qua omnia
mortua computantur ne derelinquas
me in cogitatu maligno et excelle
ciam oculorum meorum ne dederis michi.
Aufer a me concupiscentia animo

intencionem et infortunio ne videas
me. Sed posside cor meum ut te cogi-
tet semper illumina oculos meos ut te
videant et non extollantur. Ante
te gloria temporalis simul sentiant
aut non mirabilibus super se et que
dextris tuis sunt videant non
que a sinistris absque te. Et palpe-
bre mee precedant oculos meos ut
palpebre tue interrogant filios ho-
minum. Abscide concupiam meam dulce-
do mea quam abscondisti timenti-
bus te ut concupiscam concupiscen-
te concupiscencie sempiterne. Nec
vanus illectus nec deceptus interi-
or gustus ponat amarum pro dulce
et dulce pro amaro. Tenebras luce
et lucem tenebras in medio cor-
dis putare quia tetendit inimicus
super faciem meam cum ad capiendas
animas peccatorum quibus totus est mun-
dus plenus ut eos qui scindit si-
lencio non transeunt sic inquiete
quod quidem est mundo concupia
carnis est concupiscencia oculorum
et superbia vite. Ecce domine deus
meus totus mundus plenus con-
cupiarum laqueis quos paraverunt
pedibus meis et quis effugiet
hos laqueos. Profecto a quo tu abstuleris
extollenciam oculorum suorum ut non eum
capiat concupiscencia oculorum. Et a quo
tu abstuleris concupiam carnis
ne capiat eum concupia carnis et
a quo tu abstuleris animum iactancie
ventosumque inflatum ne eum callide
decipiat superbia vite. O quam felix
est cui hec faciens quippe transibit
inimicus illius. Precor te per te domine
me ne corruam in conspectu adversa-
riorum meorum captus laqueis eorum
quos paraverunt pedibus meis
ut inclinarent animam meam. Sed
esto mihi deus salutis mee ne sibi
assimiliex hibeant de me inimici
tui qui oderunt te. Exurge domine
deus meus fortis meus et dis-
pergantur inimici tui et fugiant
qui te oderunt a facie tua. Sicut
deficit fumus deficiant deficiant
sicut fluit cera a facie ignis sic
pereant peccatores a facie tua et ego

abscondar in abscondito faciei tue
et gaudeam cum filiis tuis satia-
tus omnibus bonis tuis et tu deus
pater orphanorum et tu mater pupillorum
tuorum extende alas tuas ut fugi-
am a facie socius tue fortitudinis
et israel qui non dormitas neque dor-
mies custodiens israel quia non dor-
mit hostis qui impugnat israel. De
miseria hominis et beneficiis dei xvi

O lux quam non videt alia lux lumen
quod non videt aliud lumen a qua omnis
lux lumen a quo omne lumen ad
cuius lumen tenebre i. cuius com-
paratione ad quod omnis lux obscuri-
tas cui omnis tenebre lumen cui
omnis obscuritas lux. Lux summa
quam creatura non obscurat quam cali-
go non obnubilat quam tenebre
non obfuscant quam nulla obstancia
claudit quam nunquam separat aliqua
umbra lux que illuminat omnia totum
simul et semel et semper absorbe me
in caritatis abissum ut videam
undique te intra me intra circa sic te
ne delinquas me ne accrescant ig-
norancie umbre mee et multipli-
centur delicta mea sine te enim
sunt omnia michi tenebre omnia
mala quia michi sine te bonum
vere sole et summo bono hoc con-
fiteor hoc scio domine deus meus
quia ubicumque sum sine te male
michi est preter te non solum extra
me sed eciam in me quia omnis co-
pia que non est deus meus michi
est egestas. Saciabor cum apparuerit
gloria mea tua et cum domine vita mea
beata domine animam meam confitear
tibi ex quo a bonitate tua summo
et vero bono temporalium rerum multi-
formitatis lapsum me pervenales
sensus dissipaverunt a bono in multa
divisit et facta est abundancia labo-
riosa et egestas copiosa dum aliud
et aliud sequebar et a nullo imple-
bar dum non inveniebam te inco-
mutabilem singularem et indivisum
bonum unum quod secutus non erro quod con-
secutus non doleo quod possidens sacia-
atur totum desiderium meum. Heu
misera vide domine misera anima mea te

refugit. cum quo semper gaudet gaudio
et sequitur mundum cum quo simul eget et
dolet mundus clamans deficio tu
clamas semper reficio. et miseria mea
mirabiliter sequitur deficientem quia reficit
eum plane infirmitas mea hec est
medicina spiritus. Sana illam ut con
fiteatur tibi salus anime mee toto
corde meo super omnibus beneficiis
tuis quibus pavisti me a iuven
tute mea. et usque in senectam et se
nium te deprecor propter te ipsum ne dere
linquas me. Fecisti me cum non eram
redemisti me cum perieram
mortuus fueram ad mortuum descen
disti mortalitatem suscepisti ad ser
vum rex descendisti. ut servum redimeres
te ipsum tradidisti ut ego viverem
tu mortem suscepisti mortem vicisti me
restaurasti cum te humiliasti perie
ram abieram in peccatis venundatus eram
venisti propter me ut redimeres me et tan
tum dilexisti ut sanguinem tuum dares
pretium pro me dilexisti me plus quam
te quia mori voluisti pro me tali
pacto tam caro redemisti me de ex
ilio reduxisti me de servitute retra
xisti me de supplicio vocasti me no
mine tuo signasti me sanguine tuo
ut memoriale tuum semper esset
apud me. et numquam recederet a
corde qui pro me non recessit a cruce
unxisti me oleo tuo quo unctus
fuisti ut a te christo dicerer christianus
et in manibus tuis descripsisti me
ut semper sit memoria tui apud me
te sic tamen memoria tua iugiter
sit apud me sicut gratia tua semper
et misericordia tua prevenit me. et de multis
magnis periculis liberasti me liberator
meus quando erravi ad viam redu
xisti me quando ignoravi docuisti me
quando peccavi corripuisti me quando
fui tristis consolatus es me. quando de
speravi confortasti me. quando cecidi e
rexisti me quando steti tenuisti me
quando ivi duxisti me quando veni
suscepisti me quando dormivi custo
disti me quando clamavi exaudisti me

Quod homo per se nichil potest boni sine

Gratia divina dei

Hec et multa alia beneficia fecisti
michi domine deus meus vita
anime mee de quibus dulce erit
michi semper loqui semper cogitare
semper gratias agere ut possim pro omnibus
beneficiis laudare te et amare te
toto corde meo et tota anima mea. et
tota mente mea. et tota fortitu
dine mea simul et omnibus me
dullis meis intimis cordis. et
omni compagine mea benedicam
te domine dulcedo deus meus et
omnes qui delectantur similiter te. Oculi
pietatis pleni vident oculi tui oculi
qui multo lucidiores sunt sole conspi
cientes omnes vias hominum et profun
dum abyssi qui in omni loco contem
plantur super bonos. et malos. Cum
enim cunctis presideas. et singula imples
totus ubique semper presens custos
curam agens qui creasti quia
nichil odisti horum que fecisti. Sic
gressus meos semitas considerans
et die noctuque super custodiam meam
vigilans omnes semitas meas
notans. Speculator perpetuus velut
si totius creature tue celi et terre
oblitus tantum me solum consideres
nichil est tibi cure de aliis. nec enim
crescit lux incommutabilis visionis
tue. Si tantum unum aspiciat. nec
minuitur si innumera aspiciat. et
divisa quia sic unum totum simul
perfecte consideras sicut singula quemcunque
divisa perfecta tota simul quia totus
conspicit visus tuus. Sed sicut omnia
sicut unum sic unum sicut singula totus
simul sine divisione vel commutatione
vel diminutione consideras. Itaque totus
in toto tempore totum me simul semper
consideras. ac si nichil aliud conside
rare habeas sic ergo ego sic custodiam
meam stabo sicut si omnium oblitus
sis michi soli intendens. semper
quippe te presentem exhibes te pa
ratum offeres si me paratum inveneris
quocumque pergo tu domine non me de
seris nisi prior ego te deseram ubi
cumque fuero non recedis quia ubique
es ut quocumque iero inveniam te

per quem esse possum, nec possum esse sine
te, et sine te non possum. Fateor
equidem, quia quidquid facio
vel quecumque facio ante te facio sine
melius tu vides quam ego qui facio
quidquid enim ego operor tu semper
presens assistis ut pote perpetuus
inspector meditationum cogitationum
et delectationum et operationum omnium
mearum. Domine ante te semper omne
desiderium meum, et ante te tota
cogitatio mea. Tu vides unde se
moveat spiritus, unde sit et quo va
dat, quia tu es omnium spirituum pon
derator. Et hec radix dulcis sit
an amara, digna, fortis, pulchra
feda censentur, tu vides intimus.
Melius ipse me nosti et medul
lis etiam iudicium subtilius perscruta
ris et non solum intentionem sed
radicis eius medulla intima
districtissima tue lucis veritate
colligis interius et signas ut red
das unicuique non modo secundum opera vel
intentionem, vel etiam secundum ipsa interiore
abscondita medullam radicis de
qua procedit intentio operantis et
quod tendo cum operor, quid cogito
et in quocumque delector. Tu vides omnes
tue audiunt, oculi tui considerant,
signas, attendis, notas, et scribis
in libro tuo omne bonum sive omne
malum, ut reddas pro bono premia,
pro malo supplicia, quando aperientur
libri et iudicabuntur secundum hec que
sunt scripta in libris. Hoc est quod for
te dixisti nobis: considerabo no
vissima eorum. Et quia de te domine dicitur,
ipse sine consideratione universorum, qui
tu es quidem in omnibus que agimus
sine intentione magis quam actu
operationis attendis. Cum autem hec
diligenter considero domine deus meus ter
ribilis, et mixtus timore pariter
ingenti rubore perfundor, quia ma
gna nobis est indicta necessitas recte vive
re, qui cuncta que facimus ante o
culos iudicis cuncta cernentis facimus.

Fortissime magnipotens deus
ponderator spirituum universitatis

2ª quid quod facio coram te facio

cuius oculi super omnes vias filiorum
Adam a die nativitatis eorum usque in diem
exitus eorum, ut reddas unicuique
secundum opera sua mala vel bona. Unde
me instruxisti, et confitear tibi paupe
rtatem meam, qui dicebam quia dives es
sem et nullius egerem, et nesciebam quia e
ram pauper, cecus, nudus, miser, mi
serabilis. Credebam me forte aliquid
cum nihil essem. Dicebam: sapiens
efficiar, et stultus factus sum. Cogi
tabam esse continens, sed deceptus
sum, et video quod donum tuum est sine
quo nihil possumus facere, quia
nisi tu domine custodiens civitatem,
frustra vigilat qui custodit eam.
Sic docuisti me ut cognoscerem te,
quia dereliquisti me, et probasti me,
ut non secundum te, quasi non cognosceres
me, sed potius ut cognoscerem me. Nam
ut dixisti domine credebam me aliquid
esse ex me, et estimabam me suf
ficere per me, nec percipiebam quia tu
regebas me, donec aliquantulum
elongasti te a me, et cecidi statim
in me. Et vidi et cognovi quod tu
regebas me, et quod cecidi fuit
ex me, et quod surrexi fuit ex te. Ape
ruisti mihi oculos lux et excitasti
me, et illuminasti, et vidi quia temp
tatio est vita hominis super terram, et
quod non gloriari valet coram te
omnis caro, ut iustificetur omnis vi
vens, quia si quid boni est parvum vel
magnum, donum tuum est, et nostrum non nisi
malum est. Unde ergo gloriabitur omnis
caro, numquid de malo? Hec non est
gloria, sed miseria. Sed numquid gloriabitur de
bono? numquid de alieno? Tuum domine est
bonum, tua est gloria. Qui enim de bono
tuo gloriam sibi querit, non tibi, hic
fur est et latro, similis dyabolo qui fu
rari voluit gloriam tuam. Qui enim lau
dari vult de tuo dono et non querit
in illo gloriam tuam, sed suam, hic licet
propter donum tuum laudetur ab hominibus, a te
tamen vituperatur, quia de tuo dono non
tuam sed suam laudem quesivit. Qui
autem laudatur ab hominibus, vituperante
te non defenditur ab hominibus, nec vituperabitur

indicante te at tu domine formator
meus custodisti me ne me
sinas cadere in illam reprobationem
ut exprobret in sinum voluisse glo
riam tibi sit gloria cuius est omne bonum
nobis confusio faciei et miseria cuius
est omne malum nisi tu nolueris miser
eri Misereris quippe domine misereris
omnium que fecisti et nichil odisti eorum
que fecisti et das nobis de bonis
tuis et ditas nos inopes de copiis
bonitatis tue Cum diligis pauperes
et divites eos facis de divitiis tuis
Ecce enim domine pauperes filii tui sumus
et pusillus grex tuus aperi nobis
ianuas tuas edent pauperes et
saturabuntur et laudabunt te qui requi
runt te Quoniam soli illi qui cognoscunt
se pauperes et confitentur tibi pau
pertatem suam ditabuntur a te qui autem
se divites estimant cum sint pauperes
a tuis divitiis inveniuntur exclusi
et ego igitur confiteor paupertatem
meam et sit tota gloria tibi cuius totum
est omne bonum quod feci Quoniam domine fateor
ut docuisti me nichil aliud sum nisi
universa vanitas et umbra mortis
et abyssus tenebrosa et terra ina
nis et vacua que sine tua bene
dictione nichil germinat fructum quia
fecit nisi confusionem et peccatum et mor
tem Si quid unquam boni habui a te
recepi Si quid boni habeo a te habeo
Si quando steti per te steti Si quando
cecidi per me cecidi Semper in luto
iacuissem nisi me extraxisses Sem
per cecus fuissem nisi me illuminasses
Sepius cecidissem nisi tu me guber
nasses Sic semper domine sic semper gratia
et misericordia tua preveniunt me libe
rans me a malis omnibus salvans
preteritis suscitans a presentibus muniens
a futuris precidens ante me laqueos
viarum peccatorum tollens occasiones
et causas Quoniam nisi tu mihi fe
cisses et ego omnia peccata mundi fe
cissem Quoniam scio domine quod nullum peccatum
est quod unquam fecit homo quod non possit
facere alter homo si desit rector a quo
factus est homo Sed quod non facerem tu fe
cisti quod abstinerem tu iussisti quod

tibi crederem tuam gratiam infudisti
tu enim domine regebas me tibi ser
vabas me tibi et mihi ut adul
terium et omne aliud peccatum non commit
terem De temptationibus dyaboli capitulum xiiii

Temptator defuit et ut deesset
tu fecisti locus et tempus de
fuit et ut hec deessent tu fecisti
affuit temptator non defuit locus
non defuit tempus sed ut non con
sentirem tu tribuisti venit temp
tator tenebrosus et ne eum de
spicerem tu me confortasti Venit
temptator fortis et ut non me
vinceret eum refrenasti venit
temptator transfiguratus in angelum
lucis et ne me deciperet tu in
crepasti et ut eum cognoscerem
tu me illuminasti Ipse enim est domine
draco ille magnus et rufus ser
pens antiquus vocatus dyabolus
et sathanas habens capita septem
et cornua x quem creasti ad illudendum
ei in hoc mari magno et spacioso ubi
reptilia quorum non est numerus et animalia
pusilla cum magnis id est diversa demo
niorum genera qui non aliud die noctu
que operantur nisi querunt quere
tes quem devorent nisi tu eripi
as Ipse est draco ille antiquus qui
ortus est in paradyso qui cauda sua
trahit terciam partem stellarum
celi et mittit eas in terram qui
veneno suo corrumpit aquas ter
re ut bibentes homines moriantur
qui sternit sibi aurum quasi lutum
et habet fiduciam quod influat Jorda
nis in os eius qui factus est
ut nullum timeret et quis defendet
a morsibus eius Et quis eripiet
a b ore eius nisi tu domine qui
confregisti capita draconis mag
ni Precor te domine super nos extende
alas tuas ut confugiamus sub eis a facie
serpentis huius qui nos persequitur
et scuto tuo nos libera a morsibus
eius Hoc est enim continuum studium eius
hoc unum desiderium eius ut animas
devoret quas creasti Ideo ad te cla
mamus libera nos ab adversario nostro

cottidianus qui sive dormiamus
sive vigilemus sive comedamus sive
bibamus sive quodcumque opus operemur
insistat omnibus modis die ac noc-
te fraudibus et artibus nunc pa-
lam nunc occulte sagittas venena-
tas contra nos dirigens ut interfici-
at animas nostras. Et tamen domine pessi-
ma est insania quia cum cotidie
videamus contra nos draconem ore
aperto paratum ad devorandum in nihilo
dormimus et lascivimus in pigritiis
nostris tamquam securi ante eum qui
nihil aliud desiderat quam ut nos
perdat. Inimicus ut occidat semper
vigilat absque sompno et nos ut
custodiamus nos nolumus evigilare
a sompno. Ecce tendit ante pedes
nostros laqueos infinitos et omnes
vias nostras complevit decipulis
ad capiendas animas et quis effu-
giet? Laqueos posuit divitiis laqueos
in cupiditate laqueos tetendit
in cibo et in potu et in voluptate
et in sompno et vigiliis laqueos
posuit in verbo et in opere et in omni
via mea. Sed tu domine libera nos
de laqueo venantium et a verbo aspero
ut confiteamur tibi dicentes: Be-
nedictus dominus qui non dedit nos
in commotionem captivitatem den-
tibus eorum. Anima mea sicut passer
erepta est de laqueo venantium.
Laqueus contritus est et nos
liberati sumus. Quod dominus est lux
videntium capitulum xvi

Tu quidem lux mea revela oculos
meos ut videam lumen et
ambulem in lumine tuo et non impin-
gam in laqueos eius. Quomodo e-
nim evadet laqueos istos nisi vi-
deat eos? Et quomodo videt nisi quo lumine
tuo illuminetur? Ipse enim pater te-
nebrarum laqueos abscondit in tenebris
suis et capiet in eis omnes qui
sunt in tenebris qui sunt filii tene-
brarum non videntes lumen tuum in
quo qui ambulat non timebit.
Qui enim ambulat in die non offen-
detur qui autem in tenebris am-
bulat offendetur quia lux non
est in eo. Tu lux domine tu lux filiorum
lucis tu dies qui nescit occasum
in qua ambulant filii tui sine offen-
sione et sine qua qui ambulant
in tenebris sunt quia te lucem non
habent. Ecce cottidie videmus quia quo
magis aliquis a luce id est a te elongatur
eo magis peccatorum volvitur tenebris
et quo magis ambulat in tenebris
eo minus videt laqueos in via sua
et non minus cognoscit et ideo se-
pius capitur et cadit magis et quod
est terribilius se etiam ignorat ce-
cidisse. Cum non casum suum ignoraverit
curat surgere et quidem se estimat ad-
huc stare. Tu ergo lux mentis domine
deus meus nunc illumina oculos me-
os ut videam et cognoscam ne
corruam in conspectu adversariorum me-
orum. Habet enim modum nimium laborat
inimicus meus que petimus ut fa-
ciat sagittas a facie mea sicut liquescit
cera a facie ignis. Quomodo ipse domine et
latro primus et subulnus qui cogitavit
facit ut acciperet gloriam tuam quando
inflammatus et elevatus crepuit
et cecidit in foveam suam et cecis-
sti eum cum demonibus suis de celo tuo et deinde
de lapidibus ignitorum in medio me-
dio ambulavit perfectus et inter meare
cadit. Ergo nunc dominus meus non cessat
persequi filios tuos et modum tuum
Ecce magne cupit preda habere cre-
aturam tuam factam ad ymaginem
tuam quam creavit opus bonitatis tua
ut possideret gloriam tuam quam ipse perdi-
dit per superbiam suam. Ergo cotere eum
fortis noster ante nos agnos tuos
et illumina ut videamus laqueos quos
ipse paravit et evadamus ad celestia
nostra. Et licet omnia melius tu nosti
cotemptam eius et ante eius
dampnata nec hoc dico ut audiam
tibi quia omnia vides et nulla te
latet cogitatio. Sed ante pedes
tue maiestatis que minima dona
inimicum meum video et hic facto ut
et ipsum dampnes et nos filios tuos
defendes quod fortitudo tua ecce virtutis
est domine iste hostis et virtuosus ut
facile deprehendi possit et unitus vie

eius ut cognoscam species vultus eius
nisi tu illumines. Nam nunc leo nunc
illic nunc agnus nunc lupus nunc te
nebras nunc lucem se ostendit / et sin
lis quibuslibet qualitatibus locis et
temporibus secundum varias muta
tionibus varias exhibet tempta
tiones. Nam ut laetos decipiat letatur
et ipse ut gaudentes illudat fin
git se et ipse gaudentem ut spiritua
les defraudet in angelum se lucis trans
figurat / ut fortes comprimat apparet
agnus ut mites devoret apparet
lupus. Sicut quidem omnia secundum similitu
dines temptationum varias effecta sunt
perit et alios a timore nocturno alios
a sagitta volante per diem alios a nego
cio perambulante in tenebris alios
ab incursu alios non a demonio meridi
ano et alios ut quis ydoneus uti se
cognoscit. Quis revelabit faciem indu
menti eius / et gyrum dentium eius
quis agnoscit? Abscondit sagittas
suas in faretra / et laqueos etiam
abscondit sub specie lucis et hoc diffici
lius etiam deprehendit nisi a te domine
spes nostra lumine assit ut videamus.
Nam non solum in terrenis opibus que
de facili agnoscuntur non tantum in spe
ciebus sed in ipsis spiritualibus exercitiis
laqueos abscondit subtiles et subtilitati
colorem virtutis induit et se transmutat
in angelum lucis sicut / et multa alia
mittit contra nos filius belial iste
sathan ut draco. Domine deus invisibi
le ut leo ut nunc draco manifeste
et occulte intus ac contra die ac nocte
insidiatur ut rapiat animas nostras / et
tu eripe nos domine qui salvas speran
tes in te ut doleat ipse de nobis
et tu lauderis in nobis domine deus
noster. De beneficiis dei capitulum xviii

Ego autem filius ancille tue que
me recommendavit matri tue
medullis meis per artus confessi
onibus confitebor tibi liberator meus
toto corde meo / et recolam ad me
tem mea bona que fecisti in omni
mea vita mea. Ideo nam
quia ingratitudo displicet tibi que
radix est totius mali spiritualis et
ventus quidem desiccans et urens
omne bonum ac obstruens fontem divine
misericordie super hominem, qua et mortua ma
la iam oriuntur et viva iam opera mo
riuntur / et ultra non adipiscuntur.
Et ego tibi domine gratias ago ne sim
ingratus tibi liberator meus.
Quotiens liberasti me quotiens absor
buit me ille draco et tu ab ore
eius extraxisti me. Quotiens peccavi
et ipse paratus fuit deglutire me.
Sed tu defendisti me. Cum contra
te inique agebam, cum tua manda
ta fugiebam, stabat paratus ipse ut
me raperet ad infernum. Sed tu prohibe
bas. Ego te offendebam et tu
me defendebas. Ego non timebam
et tu me custodiebas. A te recedeba
mus me inimicis exhibebam, tu terre
bas ne me raperet, deterrebas. Sic michi
domine deus meus tu beneficia confere
bas et ego non cognoscebam. Ex
me multociens a faucibus dyaboli ex
ore leonis eripuisti, ab inferno licet
me nesciente multis vicibus reduxisti.
Descendi enim usque ad portas infer
ni et ne illuc intrarem tu me te
nuisti. Appropinquabam usque ad portas
mortis ne me reciperent tu fecisti. De morte
etiam corporis me sepius eripuisti
Salvator meus cum me graves
morbi tenerent, cum sim periculis multis
in mare in terris ab igne a gladio et
ab omni periculo liberans semper michi
astans misericorditer salvans. Sciebas
quidem domine / quia si tunc mors
me occupasset animam meam infer
nus suscepisset / et perpetue dampna
tus fuissem. Sed tua misericordia et tua me
gratia prevenit et eripuit me de mor
te corporis / et de morte anime domine
deus meus. Et multa alia
beneficia exhibuisti, ego autem
cecus et non cognovi donec me
illuminasti. Eodem capitulum xix

Nunc igitur lux anime mee domine

deus vita mea video lumine oculo-
rum meorum per quod illuminasti me et cognosco
te quia vivis presens et gratias tibi ago
licet viles et exiles et modo be-
neficiis tuis quales mea fragi-
litas sed offero quia tu es salus et
meus creator meus benignus qui
cunctos amas et nichil odisti eorum
que fecisti. Cum ergo primus inter pec-
catores quos salvasti ut exem-
plum aliis tribuam benignissime
pietatis tue confitear beneficia tu-
a magna quanto eripuisti me de
inferno semel et secundo et millesies
et ego ad infernum tendebam et tu
me semper reducebas et tu me
iuste millesies dampnasses si volu-
isses voluisti. Quia amabas a-
nimas et dissimulans peccata propter penitentiam
domine domine deus meus multo mi-
moribus vite tue dum igitur
video te domine deus meus et cog-
nosco plenius tunc tibi et defecit
anima mea in gratia tua magna si-
me quia eripuisti animam meam
ex inferno inferiori et me reduxi-
sti. Tu igitur totum sit quod vivo et totum
tum me tibi offero totus spiritus
totum cor tota vita mea vivat
tibi vita mea quia tu totum me
liberasti ut totum me possideas
totum me fecisti ut totum me reha-
beres. Quantum tenetur homo diligere. xvij

Diligam te igitur domine virtus mea
diligam te ineffabili exul-
tacione mea et vivat iam non michi
sed tibi tota vita mea quia periit
sed in miseria mea que suscitata est
anima tua quia es deus purifica-
tor et unitor dux et mitte me
tue in nichilo hominis qui diligunt
nomen tuum et dedi domine deus meus
sanctificator meus iussisti me lege
tua ut diligam te toto corde meo
tota anima mea tota fortitudine
mea tota mente mea et ex omnibus
viribus meis et etiam continuis
medullis cordis mei omnibus horis
et momentis quibus fruor vita tua
qui semper presens nisi anima tempore

me rebis et semper morerer nisi quia
semper me vivificas et omnino me mo-
modo obligas dum omni momento
michi tua magna beneficia prestas
sicut ergo nulla hora est vel puncto
momentum vita mea quo tuo beneficio
non utor sic nullum debet esse
momentum quo te non habeam ante
oculos in memoria mea et te non
diligam fortitudine mea sed nec
hoc valeo nisi tu dederis michi cuius
omne donum bonum et omne datum
optimum descendens a te patre
luminum apud quem non est transmutatio
nec vicissitudinis obumbratio non est
non volentis neque currentis sed tui miser-
entis ut diligam te tuum est
hoc donum domine cuius est omne bonum
et iubes te diligi da quod iubes et
iube quod vis. De caritate dei xviij

Ignis qui semper ardens et nunquam
extingueris o amor qui semper fervens
et nunquam tepescis attende me ac-
cende magna totum a te ut totus
diligam solum te nimis enim te a-
mat qui tecum aliquid amat
quod non propter te amat et diligam te
domine quia tu prior dilexisti me et
unde in verbum ut explicem signa dilectio-
nis tue maxime quibus me prius vera
beneficia tua apposuisti creasti me
post beneficium necesse creationis quia
depinxisti me in ymaginem
tuam creasti me honorificans et
exaltans me inter cunctas creaturas quas
fecisti et nobilitas hominis tui vultus
quod signasti super lumine cordis mei
quo ab insensibilibus et pre sensibilibus
brutis nos secrevisti distinxisti et
paulominus ab angelis minuisti per
hoc sunt ante conspectum bonitatis
tue qui cottidianis et singularibus
maioribus quoque donariis tuorum beneficiorum
me sine intermissione nutris et
quasi filium parvulum tuum tenellum
uberibus tue consolacionis lac-
tasti et confortasti me sint ergo tibi
tuus sunt omnia quecumque fecisti in

[...] suavem tradidisti. De pace hominis

Omnia sub pedibus eius. Capitulum xx

Omnia homini subiecisti ut totus homo subiceretur tibi et ut tuus esset totus homo super omnia tua creatus est homo. Exteriora nempe propter corpus creasti, ipsum vero corpus propter animam, animam vero propter te, ut tibi soli vacaret, ut te solum amaret. Possidens te ad solacium, inferius ab anima humana est, et summum superius possidet cum possessione beata. Fiet enim si adheserit veritati immutabilitatum, inferiorem nec consuetudines sive cedes illius summe maiestatis tuae cumulatam speciem et eternitatem immortalitatis omni felicitate gaudebit, et insuper illis bonis optimis fruetur in domo domini, quorum operacio nec causa que enim illud nichil computatur. Illa scilicet que nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, que preparasti diligentibus te. Et hec quidem domine daturus es. Tu etiam cotidie letificas animas servorum tuorum qui amant [...] quid mirum si domine deus meus ad imaginem tuam quippe honorificas similitudinem tuam ad quam creati sunt. Nam et corpori suo licet adhuc corruptibili et ignobili, ut videtur dedisti precedentem celi claritatem per ministerium ministrorum tuorum indefessorum solis et lune qui in precepto tuo die ingiter et nocte deserviunt filiis tuis. Ut spiraret largitus est aeris puritatem, ut videret colorum varietates, ut odoraret florum suavitates, ut gustaret saporum qualitates, ut contrectaret dedisti corpulenciam omnium creaturarum, ad sustentamenta suae necessitatis dedisti innumera volucres celi et pisces maris et fructus terre, ad regimen [...] impendisti medicinas de terra per singulas suas quaslibet corruptelas, singula sola tamen singulis malis obviancia preparasti, quia es misericors et miserator et nosti figmentum nostrum. Figulus noster tu, nos omnes quasi lutum in manu

tua. Et ex consideratione temporalium bonorum colligitur magnitudo celestium premiorum. x xiiii

Q[...] copia(?) multa nimia tua magna lux tua illustrat quos magis adhuc ut magis adhuc appropiatur. Etiam ex minimis his tua magna et micam sensibilibus his tua magna invisibilia comprehendimus domine deus sancte et bone creator noster. Si enim domine pro hoc corpore ignobili et corruptibili tam magna et innumera beneficia prestas de celo et aere, de terra et mari, luce et tenebris, calore et umbra, rore et imbre, ventis et pluviis, volucribus et piscibus, bestiis et arboribus et multiplicitate herbarum et germinum terre et varietate creaturarum ministerio nobis successive per sua tempora ministrat ut alleviet fastidium nostrum: qualia quam et quanta magna et innumerabilia erunt illa bona que preparasti diligentibus te in illa celesti patria ubi videbimus te facie ad faciem. Si tanta nobis facis in carcere, quid nobis ages in palacio. Magna et innumerabilia sunt opera tua domine rex celorum. Cum sint hec omnia valde bona et delectabilia que bonis pariter et malis communiter tradidisti, qualia futura sunt illa que solis bonis recondidisti. Si tam innumera et dona varia sunt temporalia que nunc pariter amicis tribuis et inimicis, quam magna et innumerabilia quam dulcia et delectabilia quam innumera et ineffabilia sunt que solis tuis largitus es amicis. Si tanta solacia confers in hac die lacrimarum, quanta conferes in die nupciarum. Si tam delectabilia continet carcer, quanta quesso continet patria. Oculus non vidit deus absque te que preparasti diligentibus te. Secundum multitudinem magnificencie tue est et multitudo magne dulcedinis tue, quam abscondisti diligentibus te. Magnus enim tu es domine deus meus et immensus, non est finis magnitudinis tue, non est numerus sapiencie tue, non est mensura bonitatis tue, non est finis seu mensura retribucionis tue. Sed sicut magnus es tu

sicut magna sunt dona tua quod tu
ipse es premium et donum legittimorum
pugnatorum tuorum. Quod divina dulcedo omnem
amaritudinem tollit. xxi

Hec sunt beneficia tua magna
deus meus sanctificator tuorum sanctorum
quibus repletur inopia esurie-
ncium filiorum tuorum. Qui solus es spes
desperatorum tuorum et consolator desola-
torum tu corona spei que orbata
est sola, parata innocentibus. Tu sacie-
tas famelicorum eternaliter danda esu-
rientibus. Tu consolacio sempiterna
que solis illis te tribuis qui con-
solacionem huius mundi pro consolacione
eterna contempserunt. Nam qui hic
consolantur indigni tua consolacione
sunt. Et qui cruciantur ab te conso-
lantur et qui participant passionibus
participant et consolacionibus. Nemo
potest utrumque simul consolari ut potest hic
et in futuro gaudere. Sed una certo
est ut perdat qui alteram noluit
possidere. Hec mihi consideres consolator
meus renuo magna consolari anima
meam [illegible] consolacionibus tuis eternis
quia iustum est ut amittat te qui
cum mundo aliquo magis consola-
ri elegit quam in te. Et obsecro summa
veritas et pietas ut non permittas me
umquam aliqua consolacione vana con-
solari quam in te. Sed omnia michi
peto ut amarescant ut tu solus
dulcis appareas anime mee qui
es dulcedo et inestimabilis per quam
cuncta amara dulcorantur. Tua
enim dulcedo craticulam laurencio
dulce fecit. Tua dulcedo stephano
lapides torrentes dulcoraverunt. Pro
tua dulcedine ibant apostoli gau-
dentes a q q d f pro nomine ihesu con-
tumeliam pati. Ibat andreas ad
crucem securus et gaudens quia ad tuam
dulcedinem properabat. Hec tua dulce-
do ipsorum apostolorum principem sic replevit
ut ipsa crucis patibulum vincens
elegerit alter quoque caput ferien-
di gladio supponere non timeret. Propter
enim bartholomeus pellem propriam
dedit propter gustandam venenum pocu-

Iohannes in pectore optavit hanc gustare
ut petrus cum inferiori clamavit
quod [illegible] domine bonum est nos hic esse.
Si vis faciamus hic tria tabernacula
quod more in vice contemplemur quo solo
nullum alium indigemus. Sufficit
nobis domine videre te. Sufficit sicut
totam dulcedinem [illegible] unam
stillam [illegible] dulcedinis iste gus-
taverat et omnem aliam dulcedinem
fastidivit. Quid putas enim di-
xisset si magnam illam dulcedinis
multitudinem divinitatis tue gustasset
quam abscondisti diligentibus te. Hanc
dulcedinem tuam ineffabilem et illa gu-
staverat virgo agathes qua legimus
quod letissime et gloriose ibant ad car-
cerem et quasi ad epulas invitata in-
cipit gustaverat qui dicebat quam
magna multitudo dulcedinis tue
quam abscondisti timentibus te. Quod
monebat. Gustate et videte quoniam
suavis est dominus. Quam est illa beatitudo
domine deus noster quam expectamus da-
turus es nobis propter tibi domine toti
[illegible] propter mortifica-
mur tota die ut in tua vita videamus

Quanta spes et desiderium sint in corpore degentibus peccatoribus. xxii c

Sed aut expectacio nostra domine desiderium
ad quod suspirat cor nostrum. Festina
ne tardaveris. Surge gloria et ve-
ni ut educas nos de hoc carcere
ad confitendum nomini tuo ut gloriemur
in laude tua. Et in fine tuo aperi
aures tuas clamat ad te pater
ut da nobis panem nostrum cotidianum
in tua fortitudine ambulemus
die ac nocte usque quo perveniamus
ad montem tuum oreb. Et ego pauli-
sper inter parvulos familie tue degens
et servus meus [illegible] veniam et appa-
rebo ante faciem tuam ut qui nunc
confiteor ad tempus iam extunc con-
fitear tibi in eternum. Sed tuus ero si
[illegible] ad videndum civitatem tuam
quis michi hoc tribuat ut aliquando
permittas me. Sed oro domine scio et
confiteor me indignum ut intrem
sub tectum tuum. Sed fac propter honorem

tuum et ne confidas in te. Si autem in
firmum tuum et quis intrabit in sanctuarium
tuum ad condescendas personas tuas nisi
tu aperias quis autem aperiet si tu clau
seris. Si destruxeris eum et nemo
est qui edificet si incluseris hominem
nemo est qui aperiat. Si continueris
aquas omnia siccabuntur. Si emiseris
eas subvertent terram. Si omnia
quecumque fecisti ex nichilo redi
geris quis contra dicet tibi. Porro
se in pristina bonitas anime tue quia
voluisti et fecisti omnia quecumque vo
luisti. Tu nos fecisti fabricator
mundi rex noster tu nos custodis ne
pereamus nos quia opera tua sumus
et quid domine deus nos sumus tunc cum
nos valemus iniquitates et vanitates
vitare nisi tu in diviseris qui dementi
locutus custodisti. Oratio salus mea et deus

Ego autem opus manuum Capitulum xxiij
manuum tuarum confiteor tibi in toto
corde meo quia non mortem meam spe
rabo et gladius meus non salva
bit me. Sed dextera tua et brachium
tuum et illuminatio vultus tui. Alio
quin desperem qui spes mea tu
es qui creasti me et non derelin
quas me qui non dereliquisti spe
rantes in te. Tu quippe es deus
in suavis et mitis paciens
et in misericordia disponens omnia et nos
si peccaverimus tui sumus qui apud te su
mus computati nos solum vinculis
et vanitatibus omnibus vincens et in te
est vita mea super terram ne nascere
sicut dimissum pupillum tuum quia tu no
sti figmentum nostrum domine deus in
clitam domine ineffabilis fortitudinis
contra folium quod a vento rapitur. Ostende
me potentiam tuam et stipulam
siccam persequi. Si eum dampnabis
revisitare enim sicut eum dampnabis peri
culum vivi dicimus clementia tua
domine quia tu mortem non fecisti nec
letaris in perdicione morientium
propter hoc oramus ne permittas dominari
quod non fecisti super creature tue

quam fecisti. Si donec perdicione
quid te prohibebit domine. Si quia omnia
potes ne semper letetur demon super
perditione. Si me potes me sal
vare ego si vellem non possem
tam magna multitudo iniquitatum
tuarum mihi quippe velle adiacet
perficere autem non invenio. Nollem
etiam quod bonum est non possem
nisi tu velis. Hoc quod nolo possum
nisi tua potentia me confortet
quod possum aliam nolo nisi quod tua
voluntas fiat sicut in celo et in
terra et quod nolo et possum ignoro
nisi tua sapientia me illustret. Et
si impedior quidoque nolens quia
non valens imperfecta et vacua fuit
sapientia mea nisi adiuvet me
sapientia tua. In tua autem volunta
te cuncta sunt posita et non est
qui possit resistere voluntati tue
domine universorum principatum tenes
omnis creature. Et quecumque vis fa
cis in celo et in terra in mari et
in omnibus abyssis. Et in nobis
igitur fiat voluntas tua super
quibus invocatum est nomen
tuum ne pereat hoc nobile plasma
tuum quod creasti. Propter hominem tuum et quis
est homo natus de muliere qui
vivat et non videat mortem et
eripiat animam suam de manu in
ferni nisi tu solus eripias vitam
vitalis omnis in te per quam omnia
vivunt. Oratio voluntas quia movetur
ad bona opera. Capitulum xxiiij

Et enim iam tibi confessus sum
altissime in te deus meus virtus
salutis mee. Sperabam aliquando
in virtute mea que tamen non erat
virtus et cum sic volui currere ubi
magis stare credebam ibi ma
gis cecidi factus sum quod magis re
tro et non ante et quod credebam
consequi se longius elongavit
a me. Sic per multa silentia vi
res meas probans cognosco nunc
quia illuminasti me quia quod magis
posse credidi per me nunc semper

potius rubebam cum hoc faciam id
quod perficiam fiebamque prius non poteram
illud adherat voluntas non erat
facultas aderat facultas deerat
voluntas quam demonis viribus confre-
gerat nunc autem confiteor domine deus
pater celi et terre quia non in fortitu-
dine mea roborabitur vir | in gloria
etiam ante te stulti. Profecto omnis
carnis non est hominis velle quod
possint aut posse quod velint sed
a te regressus hominis dirigitur glori-
ficandi qui non arte sed a te dirigi se
confitentur. Obtestamur itaque vis-
cera dei misericordie tue domine sal-
vare quos creasti quia tu ipse potes nos
salvare et in tua voluntate esto
tue salutis De antiquis beneficiis
dei xxv capitulum

Recordare misericordie antique qua
nos a principio benedictionis tue
dulcedinis prevenisti cum qua cum
nascerer ego filius ancille tue pres
mea similis abluentibus miserie mee
prevenisti me spes mihi sanitatis
quibus indigerem et ut me adepta
domus tue perfrui qua formares me
in utero voluisti me | et antequam
conciperer de vulva sanctificasti me quid
quid tibi placuit preordinasti me
deinde ac qualia sunt misibus tuo
sunt deinde misericordie consistorii tui
ego quidem ignoro unde et valde
timeo. Tu non nosti que ego presence
cessione dierum et in tempore illum de
mille annos sicut temporalitatis
expecto in conspectu eternitatis
tue iam factum est quod est futurum
est et quod futurum est iam factum est
Ego autem stans in hac nocte tene-
brosa huius ignorantie timor et tremor ve-
nerunt super me dum video prodi-
ga in immensum mihi peccata quibus
quasi hostibus venient in multitudine
et in magna miseriam meam in hac
valle lacrimarum credidi | et nisi in
cautis hiis malis aliquid forte mihi
tamen tam talem desperare | sed spes
mihi magna fiet de te omnipotentissime
princeps deus meus | et considerabo

multitudines miserationum tuarum que
a seculo sunt solent unde meam
et prima signa misericordie tue quibus meam
quam misererer prevenerunt et nunc pro-
cedimus et sequuntur destituus bonita-
tis tue benedictionibus | et per sanctissimos mu-
neribus que tuis animis reservas spe-
meum letificas iuventutem meam
adiungunt et in te letetur domine deus
meus leticia tua semper De angelis
deputatis ad custodiam hominis xxvii

Dilexisti me unice amor meus
antequam diligere te | et ad ym-
maginem creasti me omnibus creaturis
preposuisti me qua dignitate nunc
frui cum nomine te per quod fecisti me
super facies angelos spiritus per me
quibus mandasti | ut custodiant
me in omnibus viis ne forte offendam
ad lapidem pedem meum. Hii sunt
custodes super muros nove civita-
tis ierusalem tue et montes in circuitu
eius vigilantes et custodientes
vigilias noctis super gregem tuum
ne quis rapiat | ut leo alios suos
dum non est qui eripiat. Ille adversa-
rius noster antiquus qui quasi leo per
rugiens querens quem devoret. Hii
sunt cives urbe civitatis celestis super-
ne que superna est nostra mater, mis-
sum in misso per eos qui hereditatem ca-
piunt salutis | ut eos liberent ab ini-
micis suis et custodiant in omnibus
misericordiis tuis confortent quoque
et moneant | et orantes filios tuos
offerunt in conspectu maiestatis glorie
tue diligit namque concives suos
per quos sue ruine ruinas restaurari
expectant. Ideo quod magna cura
et vigilanti studio assistunt nobis
omnibus locis et horis succurrentes
et providentes necessitatibus nostris
| et ut solliciti discurrentes inter nos
domine et gemitus nostros atque suspiria
referentes ad te ut impetrent nobis
facile tue benignitatis propicia (?)
et referunt ante nos desideratam tue
gratie benedictionem ambulet nobiscum
in omnibus viis nostris intrant | et exeant
nobiscum attente considerantes quam

honeste in medio prave nationis eorum
consortium quanto studio et desiderio que-
runt regnum tuum et iustitiam eius
quanto gaudio timore et tremore sanctam
et consolationem tibi militantia cordibus in-
iungunt laborantes protegunt quie-
scentes hortantur pugnantes coro-
nant vincentes congaudent enim
gaudentibus compatiuntur compatie-
ntibus precipue magna patientibus grandis
est eis enim cura de nobis magnus
effectus dilectionis eorum erga nos et
hoc totum propter honorem tue inestimabi-
lis caritatis qua dilexisti nos
diligunt enim quos tu diligis custo-
diunt quos tu custodis et deserunt
eos quos tu deseris nec diligunt ope-
rantes iniquitatem quia tu odisti
omnes operantes iniquitatem et per-
des omnes qui loquuntur mendacium quo-
tiens cum bene agimus gaudent an-
geli et tristantur demones cum vero a
bono declinamus diabolum letificamus
et angelos suo gaudio defraudamus
gaudium enim eis est super uno peccatore
penitentiam agente quam super uno iusto
iam penitentiam deserente da igitur domine propi-
cius [illegible] gaudere de nobis ut et tu
super eos gaudens in nobis et no-
biscum eis [illegible] omne tuum adducantur
ut confiteantur nomini sancto tuo creator
hominum et angelorum hec ipse confitemino
[illegible] coram te confiteor laudans
te de his beneficia tua magna sint
in quibus nos honorificasti dando
nobis angelos spiritus et ministros
tuos et ministerium tuum dederas eis
quando celi ambitu continentur et [illegible]
[illegible] tibi videbantur hic [illegible] celo [illegible]
[illegible] et ea que sunt super celum
laudent te deus omnes angeli tui
confiteantur tibi deus omnia opera
tua et sancti tui ipsi benedicant tibi [illegible]
[illegible] quos primus ho-
norificavit et dictis [illegible] munere
[illegible] decorasti admirabile est
nomen tuum in universa terra [illegible]
[illegible] quia magnificentia tua et hono-
rificatus domine et apponis erga eum
cor tuum. Capitulum. De restitutione per desiderium
contemplationis et gratia dei capitulum xxvii
Dixisti enim veritas antiqua delicie
meas esse cum filiis hominum nonne
homo putredo et filius hominis ver-
mis nonne universa vanitas omnis
homo vivens et dignum ducis super
huiusmodi aperire oculos tuos et adduce-
re eum tecum in iudicium doce me ab
[illegible] creator sapientia que
librasti in pondere montes et col-
les in statera et appendisti tribus
digitis molem terre suspende molem
corporalitatis huius qua vero rebus
inmundis [illegible] tuis adte ut vi-
deam et cognoscam quam admira-
bilis es in omnibus operibus tuis lux antiquissima
que lucebas ante omnium lucium
motionibus sanctis eternitatis antique
[illegible] et apta erant omnia
ante quam fierent lux vera que
odio habes omnem maculam lux potentissima
[illegible] et immaculata que
tibi delicie esse cum homine que conven-
tio lucis ad tenebras ubi sunt in
homine delicie tue nisi preparasti tibi
in me dignum habitaculum maiestati
tue ad quod veniens facias de-
licias delectationis tue [illegible]
cum [illegible] docet te munda [illegible]
tua qui [illegible] in mundis cordibus
videri potest multo magis [illegible]
in homine aut nisi templum tuum
mundus ut te suscipiat quia [illegible]
mundum [illegible] propter faciem mundi de
immundo conceptum semine nonne tu
qui solus es mundus ab immundo
enim quis mundabit nam [illegible] lege
dedisti patribus meis in igne com-
burere mole in mille tangerem
tenebrosa [illegible] quidquid teti-
gerit immundus immundum erit
quod autem vos quasi pannus men-
struate de massa corrupta et in-
munda venientes maculam [illegible]
[illegible] me quia celare [illegible]
tibi qui omnia vides non possum
[illegible] forte [illegible]

esse non possumus nisi tu mundaveris
qui solus mundus es mundus quidem
de non mundis filios hominum eos in quibus
tibi complacuit sanctificare quos ab
eterno elegisti et profundis secretis iudi-
ciorum incomprehensibilium sapientie tue
semper iustorum licet occultorum me-
orum nullis predestinasti ante mun-
di vocasti de mundo iustificasti in
mundo et magnificasti eos post
terminum non autem hoc omnibus
facis quod mirantur tabescentes omnes
sapientes terre et ego domine consi-
derans paveo et obstupesco
de altitudine divitiarum sapientie
et scientie tue ad quam ego non per-
tingo et incomprehensibilia iudicia
iustitie tue quia ex eodem luto ali-
qua quidem nosti facis in honorem
alia in contumeliam sempiternam quos
igitur elegisti de multis in templum
ipsos mundas effundens super eos aquam
mundam quorum nomina tu nosti
qui solus multitudinem stellarum et
omnibus eis nomina vocans. Hii
scripti sunt in libro vite qui nequaquam
perire possunt quibus nomina cooperantur
in bonum etiam ipsa peccata et cum ceci-
derint non collidentur quia supposu-
isti manum tuam custodis omnia
ossa eorum ut unum ex eis non conteratur.
At vero mors peccatorum pessima [illegible]
inquam [illegible] facies ex [illegible]
terram secundum abyssum multam iudi-
ciorum tuorum occultorum semper autem iustorum
predestinasti ad mortem eternam quorum
dimittas nomina et multorum [illegible]
[illegible] est qui nimium arene [illegible]
[illegible] et [illegible] est profundum abyssi

De hiis qui prius fuerunt iusti et
postea efficiuntur iniusti. Capitulum XXVIII

Magna sunt iudicia
tua domine deus iudex fortis
qui iudicas equitatem et inscruta-
bilia et profunda que tu confessio
contremiscunt omnia ossa mea quia
non securus homo vite super
terram ut serviamus tibi pie et caste

omnibus diebus vite mee et in timore
et contremiscamus tibi in tremore dum
ubi non sit securitas sine timore
neque gaudium sine tremore et
non efficitur attinctus nisi ut dis-
tinctus neque efficitur ante te eos
caro quam paveant et timeant
a facie tua cum ignoret homo
utrum amore an odio dignus
sit quam incertum omnia reservantur
certa videmus enim multos domine et
audimus a parte [illegible] quod in timore ...
in [illegible] tremore non recolo sine
illo timore non confiteor a sede
prius usque ad celos et in presidentem
mundum sum collocasse. Post modum
autem cecidisse de celo usque ad ab-
yssos ab impetu fervoris tamen
dem draconis et eos qui iace-
bant in terre pulvere a facie sole-
mnitatis manu tue celos ascendisse
vivos morientes mortuos vidi
resurgentes et eos qui inter dei
filios ambulabant in medio lapidum
igneorum quasi lutum ad inimicum
descendisse vidimus sicut contene-
bratos et de tenebris lucem passos
se quia publicani et meretrices
precedunt incolas in regnum celorum
filii autem perierunt in tenebras
exteriores quare autem ista omnia
nisi quia ad mores illum ascende-
runt inquie ascendit angelus
et descendit diabolus. Et nos autem
predestinasti ipsos et predestinasti
ipsos et notificasti et certificasti
et iustificasti ut designati [illegible]
sit sunt tue maiestati cum quibus
et in quibus scripti sunt delicias tue
et mundo in quibus letantur et leti-
ficatis iniuriis eorum habitabi-
tis in medio id est in memoria et
cogitatione eorum sicut ipsi templum
sunt tuum sunt quod magne dignitatis
tibi commodatio est humanus

Oratio anime fidelis sicut familiaritatis
dei capitulum XXIX

Anima enim quia dei
Accrevisti non de te quam prius

tum non ex equalis elementorum mixtura
sed ex nichilo que quidem rationalis
intellectualis spiritualis semper vivens
semper in motu quam signasti lumine vultus
tui et consecrasti virtute baptismi tui
capax ita facta est maiestatis quod
a te solo et a nullo alio possit im-
pleri. Cum autem te habet plenum est de-
siderium eius etiam nil aliud quod
desideret extrinsecus restat. Dum autem
extrinsecus aliud desiderat manifestum
est quod te non habet intus quo habito
nichil est quod ultra desideret. Cum
enim sis summum et omne bonum non
habet quod desideret amplius si possi-
det omne bonum quod si non desiderat
omne bonum restat quod desiderat a-
liud non est bonum nec summum
bonum quod non est deus sed potius cre-
aturam desiderat. Cum summa fame
sed quod licet quod desideret creaturam
adimpleat vacua tamen remanet
quia nichil est quod eam impleat
nisi tu ad cuius ymaginem est crea-
ta. Imples autem eos qui nichil
aliud desiderant preter te et
facis eos dignos te et sanctos beatos
immaculatos amicos dei. Qui
omnia reputant ut stercora ut lucri
faciant te solum qui es verbum quo
contulisti homini quod est honor quo
eum inter omnes creaturas et super
omnes honorificasti ut sit admira-
bile nomen tuum in universa terra. Quod

Quod neque per sensus exteriores neque inte-
riores invenitur deus. capitulum xxx

Ecce domine deus meus protector
omnipotentissime inveni locum
ubi habitas, quia in anima quam creasti ad
ymaginem et similitudinem tuam
que te solum querit et desiderat
ego erravi sicut ovis que periit
querens extra te qui eras intus
et laboravi multum querens extra me
et tu habitas in me si tamen desidero
te. Circuivi vicos et plateas huius
mundi civitates querens te et non
inveni quia male querebam foris
quod erat intus. Misi nuntios meos
omnes sensus exteriores ut que-
rerent te, et non inveni, quia ma-
le querebam. Video enim te lux
mea deus meus illuminasti me
quoniam male te per illos querebam
quia tu es intus, et tamen ipsi
unde tu intraveris nescierunt.
Nam oculi dicunt, si non colorata
sunt per nos non intravit. Aures
dicunt, si sonum non fecit per nos
non intravit. Nasus dicit, si
non oluit per me non intravit. Dicit
etiam gustus, si non sapuit per me
non intravit. Tactus etiam addit
si corpulentum non fuit nichil de hoc
re me interroges. Non ista sunt
deus meus. Non enim speciem cor-
poris nec decus temporis nec candorem
lucis vel calorem, non dulcem
melodiam cantilene quecumque dul-
ce sonantem, non florum et unguentorum
et aromatum odores, non mella
vel manna gustui suavia, non de-
lectabilia nec cetera que ad tangen-
dum vel amplexandum sunt in-
nobilia vel omnia omnibus his
subiecta quero cum deum meum quero.
Absit ut ista crederem deum
meum que etiam animalibus
brutis comprehenduntur. Et tamen
cum deum meum quero vel aliud
quero nisi quandam lucem super
omnem lucem quam non capit oculus
quandam vocem que quo est super
omnem vocem quam non capit auris
quendam odorem super omnem odorem
quem non capit auris quandam
dulcorem que est super omnem dul-
corem quem non capit gustus
quendam amplexum super omnem
amplexum quem tactus non tan-
git. Visione quidem hominis
mei ista lux fulget ubi locus
non capit, odor iste redolet
ubi flatus non spargit, sapor
iste sapit ubi non est edaci-
tas, amplexus iste tangit
ubi non divellitur. Hic est deus

mens non estimabit aliud
adiutorium. Hoc quero cum deum meum
quero. Istud amo cum deum meum
amo. Sero te amavi pulchritudo
tam antiqua et tam nova se-
ro te amavi. Et tu intus eras
et ego foris et ibi querebam te et
in ista formosa que fecisti defor-
mis irruebam. Mecum eras et
tecum non eram. Carne tenebant lon-
ge a te que esse non poterant nisi
in te. Circuibam omnia querens
te et per omnia delinquens te. In-
terrogavi terram si esset deus meus
et dixit michi quod non est. Et omnia
que in ea sunt et hoc idem con-
fessa sunt. Interrogavi mare
abyssos et reptilia que in eis
sunt et responderunt non sumus deus
tuus quere super nos. Interroga-
vi flabiles aeres et inquit uni-
versus aer cum incolis suis non
sumus deus tuus. Interrogavi
celum solem et lunam et stellas
neque nos sumus deus tuus quem
queris. Et dixi omnibus hiis que circum-
stant fores carnis mee
dicite michi de deo meo quod non
estis vos dicite michi de illo
aliquid. Et clamaverunt omnes voce
magna ipse fecit nos. Interrogavi
deinde molem mundi dic michi
michi si deus meus es an non.
Et dixit voce forti non inquit sum
ego. Sed per ipsum sum quod quere
in me ipse fecit me super me quere
qui regit me et qui fecit te.
Interrogatio celestium et terrestrium consideratio
ipsarum visio attestatio ipsarum deo
qui omnia clamant deus nos fe-
cit. Quia ut ait apostolus invisibilia
dei per ea que facta sunt intellecta
mundi conspiciuntur. Et redii ad me
intra me et in me et dixi ad me
tu quis es et respondi michi homo
rationalis et mortalis. Et incepi
discutere quid hoc esset. Et dixi
unde hoc tale animal domine deus meus
nisi a te. Tu fecisti me et non
ipse me. Quid tu domine per quem

vivo ego tu per quem vivunt omnia
tu solus per quem vivunt et ego et es
Quid tu domine deus meus verus
solus omnipotens eternus et incomprehensibilis
et immensus qui semper vivis et
nichil moritur in te immortalis
habitans eternitatem mirabilis oculis
angelorum inenarrabilis deus vivus
et verus terribilis fortis et pacifice
principium et sine principio omnium atque
finis qui ante primordia seculorum et
in seculorum origines tu es deus et
dominus omnium quos creasti et apud te omnium
instabilium stant cause et omnium mutabilium
apud te immutabiles apud te ma-
net origines et omnium mortalium
et irrationabilium ac temporalium sempi-
terne vivunt rationes. Dic michi supplicanti
tuo deus dic misericors misero tuo
deus dic per miserationes tuas
unde hoc tale animal nisi a te
aut quid quia se faciet dei erit
artifex. Num aliunde quam a te veni-
tur esse et vivere. Nonne tu es summum
esse a quo omne est esse. Quid quid
enim est a te est quia sine te est
nichil. Nonne tu es fons vite a quo
fluit omnis vita. Quid quid enim vivit
per te vivit quia sine te nichil vivit.
Tu ergo domine fecisti me. Quero quis
fecit me. Tu deus fecisti me sine
quo factum est nichil. Tu factor meus
ego opus tuum. Gratias tibi deus
meus refero per quem vivo ego
et per quem omnia sunt qui fecisti me.
Gratias tibi plasmator meus quia
manus tue fecerunt me et plas-
maverunt me. Gratias tibi lux mea
que illuminasti me et inveni me
ubi inveni me ubi cognovi te ubi
cognovi te ubi illuminasti me. Gratias
tibi lux mea qui illuminasti me. Quid
est quod dixi cognovi te. Nonne tu es
deus incomprehensibilis et immensus
rex regum et dominus dominantium qui solus
habes immortalitatem et lucem habi-
tans inaccessibilem quam nullus
hominum vidit sed nec videre potest. Nonne
tu es deus absconditus et incompre-
hensibilis maiestatis solus tu.

i. ipsius maximus cognitor | et inuisibilis contemplator. Quis cognouit que magna uidit? Dixisti ueritate tua: non uidebit me homo | et uiuet. Dixit et vox tuus per prophetam tuam: Deum nemo uidit unquam. Dixit etiam veritas tua: Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius. Sola trinitas tibi soli tibi integre nota est, que superat omnem sensum. Quid est ergo quod dixi, homo vanitati similis factus | cognoui te? Quis enim cognouit te in ueritate? | Tu quippe es solus qui es super laudabilis | et super gloriosus et super exaltatus | et super altissimus et super essentialis intimissimus et diuinissimus eloquens varius quod super omnem essentiam intelligibilem siue intellectualem atque sensibilem super omnes nomine quod nouit non solum minor sed | etiam ineffabilis superessentialis | et super intellectualis esse dignoscitur qui super essentiali | et occulta diuinitate super omnem formam intellectum et essentiam inaccessibili et impenetrabili claritas interno ubi lux inaccessibilis | et lumine incomprehensibile est quod non attingis lumine quod incomprehensibile et incomparabile ad quod non attingis et inuisibile et super incommutabile creditur. Et nullus unquam hominum uel etiam angelorum uidit sed etiam nec uidere potest. Hoc est celum tuum domine, celum celans super archanum et super intellectuale et super sensuale et super essentiale lumine de quo dicitur: Celum celi domino. Celum celi tamen terra est omne celum quia super naturaliter exaltatum est super omne celum atque terram et etiam ipsum empireum celum. Hoc est celum celi domino atque nemo ascendit nisi qui de celo descendit, quia neque nouit patrem nisi filius et eorum spiritus et nemo nouit filium nisi pater et eorum spiritus. | Soli quidem tibi sola trinitas integre nota est. | Beata trinitas super mirabilis et super enarrabilis | et super inestimabilis | et super inaccessibilis et super incomprehensibilis | et super intelligibilis et super celis | et super essentiali sed superans omnem sensum omnem rationem omnem intellectum omnem intelligentiam omnem essentiam et super celestium animorum, quam nec dicere | nec cogitare nec intelligere | nec cognoscere possibile est etiam oculis angelorum. Unde ergo cognoui te domine deus meus altissime super omnes terre altissime super omnes celum, quem cherubim perfecte cognoscunt, nec seraphim sed ad contemplationem suorum velant facies reuerentes et dicentes: | Sanctus sanctus sanctus dominus deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Etiam propheta exposuit et dixit: Ve michi quia tacui | quia vir pollutus labiis ego sum. Ergo dixi cognoui te vero tamen domine non dicentibus dicere quia loquentibus muti facti sunt de te. Et ego non tacebo, quia fecisti me et illuminasti me et inueni me et cognoui me. Et inueni te | et cognoui te quia illuminasti me. | Sed qualiter cognoui te? Cognoui te in te. Cognoui enim te non sicut es tibi | sed cognoui te sicut michi es, et hoc non sine te | sed in te | quia tu es lux que illuminas me. Sicut tibi es soli tibi cognitus es. Sicut michi es secundum gratiam tuam et michi cognitus es. Sed quid es? Dic michi, misericors, per misericordiam tuam. Dic per miserationes tuas quid michi es. Dic anime mee: Salus tua ego sum. Noli abscondere faciem tuam ne moriar. Nisi eam videam, Sine me loqui apud misericordiam tuam quia misericordia tua magna est super me. Loquar ad dominum meum cum sim cinis et puluis. Dic michi, supplico tibi, dic in misericordia tua, dic per miserationes tuas quid michi es. Et cognosti desuper intonuit grandi in interiore aure cordis mei et rupisti surditatem meam et audiui uocem tuam et illuminasti cecitatem meam et vidi lucem meam et cognoui quia deus meus es. Propterea dixi: cognoui quia deus meus es. Cognoui te verum solum deum et quem misisti Ihesum Christum. Erat tempus quando non cognoscebam te. Ve cecitati illi quando non videbam te. | Cecus eram surdus per formosa que fecisti deformis

me querebam et mecum eras et tecum non eram et ea me tenebant longe a te que non essent nisi essent in te. Illuminasti me lux et vidi te et amavi te. Nemo quippe te amat nisi qui te videt. Et nemo te videt nisi qui te amat. Sero te amavi pulchritudo tam antiqua sero te amavi. Ve tempori illi quo te non amavi. Gratias tibi lux mea quia illuminasti me et cognovi te. Quomodo te cognovi? Cognovi te solum deum et verum creatorem celi et terre visibilium et invisibilium deum verum unum omnipotentem immortalem et invisibilem immensum incomprehensibilem et inaccessibilem incomprehensibilem inscrutabilem immutabilem immensum infinitum principium visibilium omnium et invisibilium creaturarum per quem omnia consistunt elementa cuius maiestatis sunt principium non habet nunquam sit nec desinit in eternum. Cognovi te verum solum verum deum eternum patrem et filium et spiritum sanctum tres quidem personas sed unam essentiam cuius simplicitatem indivisam tam quam patrem ex nullo filium ex patre solo spiritum sanctum procedit ab utroque absque initio semper et in fine deum eum solum et unum verum deum omnipotentem unum universorum principium creatorem omnium visibilium et invisibilium spiritualium et temporalium. Omnia tua omnipotentia virtute simul ab initio temporis utramque de nichilo condidisti creaturam spiritualem et corporalem videlicet angelicam et mundanam et deinde humanam quasi communem ex corpore et spiritu constitutam. Cognovi te et confiteor te unum patrem ingenitum te filium unigenitum te spiritum sanctum procedentem nec genitum nec ingenitum sanctum et individuam trinitatem in tribus coequalibus personis consubstantialibus et coeternis trinitatem in unitate et unitatem in trinitate corde credens ore [illegible] confitens. Agnosco te cognovi te verum deum et dominum

Ihesum Christum filium unigenitum creatorem salvatorem et redemptorem meum ac totius humani generis quem confiteor ex corpore genitum ante secula deum de deo lumen de lumine deum verum de deo vero non factum sed genitum consubstantialem et coeternum patri et spiritui sancto per quem omnia facta sunt. Apud firmiter credens et veraciter confitens te dei unigenitum Ihesum Christum pro salute nostra ex tota trinitate communiter incarnatum et conceptum ex perpetua virgine spiritu sancto cooperante. Te conceptum verum hominem factum ex anima rationabili et humana carne subsistentem qui tamen secundum deitatem unigenitus dei impassibilis propter nimiam dilectionem qua dilexisti nos idem ipse dei filius secundum humanitatem factus est passibilis et mortalis est. Cum pro salute humani generis unice filius dei in ligno crucis pati dignatus est passionem et mortem ut nos a morte perpetua liberares atque ad inferos ubi sedebant patres in tenebris ductor lucis descendisti et die tercia gloriosus victor ab inferis ad superos resurrexisti resumens sacro corpus quod ex [illegible] mortuum iacuerat in sepulchro et vivificans sedem [illegible] die tercia ut ipsum in dextera dei patris collocares. Assumpta namque tecum ex inferis captivitate qua captivabat antiquus humanum genus invictus dei filius in vera carnis substantia id est cum anima et carne humana ex virgine assumpta super omnes celos ascendisti transcendens ordines angelorum ubi sedes ad dexteram dei patris ubi est fons vite lumen inaccessibile et pax dei que exsuperat omnem sensum. Ubi te venturum deum et hominem dominum Ihesum Christum et adoramus confitentes te patrem esse deum. Inde expectamus venturum iudicem in fine seculi ubi iudicabis vivos et mortuos et reddas omnibus bonis et malis secundum opera sua que operati sunt in hac vita ut veniant in supplicium vel vivant quisque dignus fuerit vel requiem vel cruciatum.

resurgent cum illa die necte vir-
tutis tue omnes homines quotquot
suam animam receperint in carne
sua, quia sic fiunt ut totus homo
premiis vel gloriam suscipiat vel in ge-
hennam ignis. Tu es ipse vita eter-
na [illegible] quem salvatorem expectamus
dominum salvatorem nostrum Ihesum Christum qui
reformabit corpus humanitatis
nostre configuratum corpori claritatis
sue. Cognosco te verum deum et unum
spiritum sanctum et filii amborum procedentem
patri consubstantialem et coeternum patri
et filio parificatum, et advocatum nostrum
qui super eundem dominum et dominum nostrum
Ihesum Christum in columbe specie descendisti
et super apostolos in igneis linguis appa-
ruisti qui et omnes sanctos et electos dei
a principio tue gratie munere docuisti et ora
prophetarum ut enarrarent mirabilia regni
tui aperuisti quem tu patre et filio simul
adoratum et glorificatum oportet ab omnibus
sanctis dei [illegible] et ego filius ancil-
le tue toto corde meo glorifico nos-
trum qui illuminasti me. Tu es enim ve-
rum lumen medium nunc ignis dei et
magister spirituum qui unctione tua doces
nos omnem veritatem spiritus veritatis sine
qua impossibile est placere deo qui
tu ipse deus es ex deo et lux de luce
procedens a patre luminum ineffabiliter a patre
filio suo Ihesu Christo quibus consubstantialis et
coequalis et coeternus existis et unus
in trinitatis essentia super essentiali co-
glorificaris et regnas. Cognosco te verum
deum et verum patrem et filium et spiritum
sanctum trinum quidem in personis sed unum
in essentia quem confiteor et adoro et glori-
fico toto corde meo verum deum solum
sanctum et immortalem et invisibilem
et incommutabilem inaccessibilem incomprehen-
sibilem verum deum lumen summum solem
unum patrem immaculate veritatis Ihesum Christum
unum principium unum finem unum creato-
rem celi et terre per quem omnia vivunt
per quem omnia consistunt per quem omnia
gubernantur reguntur vivificantur que

in celis sunt et in terris et que
subtus terram per quem quia non est deus
in celo et in terra. Sic cognovi te crea-
tor meus. Sic cognovi te cognos-
co in te per fidem tuam quam inspira-
sti michi lux mea lumen oculorum me-
orum domine deus meus super omnem sum-
mam terre gaudium letificans iuven-
tutem meam et bonum sustentans
senectutem meam. Tibi domine iubilant
omnia ossa mea dicentia domine quis
similis tibi quis similis tibi in diis domine
non quos fecerunt manus hominum sed qui
fecit manus hominum. Simulacra gen-
tium argentum et aurum opera manuum
hominum non sicut operator hominum.
Omnes dii gentium demonia dominus autem
celos fecit. Dominus ipse est deus deorum
qui non fecerunt celum et terram pe-
reant de celo et terra. Deus qui creavit
celum et terram benedicant eum celi
et terra. Quis similis tibi in diis domine
Quis similis magnificus in sanctitate
terribilis atque laudabilis et faciens
mirabilia. Sero cognovi te lumen
verum sero cognovi te. Erat ante
nubes magna et tenebrosa ante
oculos vanitatis mee ita ut videre
non possem solem iustitie et lumine
veritatis involvebat me in tene-
bris filius tenebrarum tenebras
amabam quia lumen cognoscebam.
Cecus eram cecitatem amabam et per
tenebras ad tenebras ambulabam.
Quis tu me eduxit ubi eram
homo cecus in tenebris et in umbra
mortis. Quis accepit manum meam
ut inde educeret me. Quis est illumina-
tor meus. Non querebam enim ille
quesivit me non invocabam eum
ipse invocavit me. Quis ille est.
Tu domine misericors et miserator mi-
seriarum et deus totius consola-
tionis. Tu sancte deus meus quem
confiteor toto corde meo gratias a-
gens nomini tuo. Non te querebam
tu me quesivisti non te invocabam
tu me invocasti vocasti me nomine

tuo innocenti de super pace gaudii in-
timorum amorem cordis mei dicens
Fiat lux et facta est lux lux et discessit
sit nubes magna et liquefacta est
nubes tenebrosa que operiebat
oculos meos et vidi lucem tuam
et cognovi vocem tuam et
dixi vere domine tu es deus et edu-
xisti me de tenebris et umbra
mortis et vocasti me iam te-
nebris mirabile est nomen tuum
et ecce video gratias tibi domine deus
Ego video gratias tibi illuminator
meus et consors sum et respexi te-
nebras meas in quibus eram et
abyssum tenebrosam in qua ia-
cebam et contremui et expavi
et dixi ve ve tenebris illis in quibus
iacebam ve ve cecitati illi in qua
videre lumen celi non poteram ve
preterite ignorantie qui non cognosce-
bam te domine Gratias tibi liberator
meus qui illuminasti me et cognovi
in te Sero cognovi te veritas
antiqua Sero te cognovi veritas
eterna Et tu eras in luce et ego in
tenebris et non cognoscebam te
quia illuminari non poteram sine
te et non est lux extra te De luce
divina capitulum xxxv

Sancte sanctorum deus inestimabilis
maiestatis deus deorum et dominus
dominantium mirabilis et venerabilis et in-
excogitabilis quem tremunt in celo
angelice potestates quem adorant
dominationes et throni et omnes vir-
tutes pavent a conspectu tuo cuius
potentie et sapientie non est numerus
qui fundasti mundum super nichilum
et mare colligasti in aere quasi in
utre omnipotentissime spirituum uni-
versitatis carnis a cuius conspectu fugit
celum et terra et ad cuius intuitum
omnia se subiciunt elementa te a-
dorent omnes et glorificent
omnes creature tue et ego filius
ancille tue per fidem tuam plecto
cervicem cordis mei sub pedibus

maiestatis tue Gratias ago tibi
qui dignatus es per immensam tuam
illuminare me lumine lucis lu-
minum summi luminis delectabile lu-
men amabile lumen superlau-
dabile quod illuminat oculos angelorum
Ecce video gratias ago Ecce video
lumen celi inter lucet oculis
mentis mee radius desuper
fractus luminis tui et letificat omnia
ossa mea O si perficeretur in me
auge queso lumen auctor queso
quod me lucet in me dilatetur obse-
cro dilatetur Quid est hoc quod conspi-
cio quis est ignis qui calefacit
cor meum O ignis qui semper ar-
des et nunquam non extinguis accende
me O lux que semper luces et nunquam
extingueris illumina me O utinam
arderet a te ignis sancte qua dul-
citer ardes quam secrete luces quam
desiderabiliter aduris Ve his qui non
illuminantur a te Ve his qui non ar-
dent a te O lumen meditum illuminas
omnem mundum cuius lux implet
mundum Ve illis oculis qui te non
vident Sol illuminans celum et ter-
ram Ve caligantibus oculis qui te
videre non possunt Ve avertentibus
oculos ut non videant veritatem et
ne avertentibus ut non videant va-
nitatem nequeunt enim oculi tenebris
assueti summe veritatis radios in-
tueri aliquid nec sciunt de lumine esti-
mare quorum est in tenebris habitatio
tenebras vident tenebras di-
ligunt tenebras approbant de tene-
bris euntes in tenebris nesciunt
ubi corruant O miseri nesciunt quid
amittunt et miseri qui utique sciunt
quid amittunt qui cadunt apertis
oculis et descendunt in infernum viven-
tes O lux beatissima que nisi
a purgatissimis oculis videri non potest
Beati mundo corde quoniam ipsi te vide-
bunt Munda mundans munda
oculos meos ut sanus te contem-
pler oculis que non vident nisi sa-
nis oculi Amplexer sanamenta caliginis

arci radius illuminationis tue splen
dor inaccessibilis ut te videre valeam
irreverberatis obtutibus | et in lumine tuo
videam lumen ¶ Dicas tibi lux mea
fac videre dilatatur obsecro in te me
cetere tenebras oculos meos ut conside
rem mirabilia de lege tua quia ego
de gens mirabilis in terris tuis ¶ Dicas et
hunc meum ego video video sed per spe
culum et in enigmate ¶ Sed quando facie ad
faciem quando veniet | et dies letitie et exul
tationis in qua ingrediar in locum
tabernaculi admirabilis usque ad domum
dei videam videntem me facie ad fa
ciem et satiet desiderium meum

De desiderio anime et siti eius ad deum c. xxxv

Quemadmodum desiderat cervus
ad fontes aquarum ita desiderat ad
te anima mea ad te deus ¶ Sitivit
anima mea ad deum fontem vivum
quando veniam ad aquas ¶ Fons vite
vena aquarum viventium quando veniam
ad aquas dulcedinis tue de terra deser
ta | et invia inaquosa ubi videam
virtutem tuam | et gloriam tuam et satiem ex
aquis misericordie tue sitim meam ¶ Sitio domine
fons vite es satia me satia me
sitio domine sitio te deum vivum ¶ Quando veniam
et apparebo ante faciem tuam putas
ne videbo diem illam diem dico
iocunditatis | et letitie diem quam fecit
dominus ut exultemus et letemur in illa
¶ O dies preclara nesciens vesperum non
habens occasum in qua audiam vo
cem laudis exultationis et confessionis
intra in gaudium domini dei tui intra
in gaudium sempiternum in domum domini
dei tui ubi sunt magna et investiga
bilia atque mirabilia gaudia quorum non est
numerus ¶ Intra in gaudium sine tristicia
quod continet eternam letitiam ubi erit
omne bonum | et non erit aliquod malum
ubi erit quicquid volueris ubi erit
vita vitalis dulcis et amabilis
semper que memorabilis ubi non est
hostis impugnans nec ulla illecebra
sed summa et certa securitas ¶ Securitas

et secura tranquillitas et tranquilla io
cunditas iocunditas | et iocunda
felicitas ¶ Felicitas et felix eternitas
et beata beatitudo ¶ Beatitudo et beata eternitas
trinitas et trinitatis unitas et
unitatis deitas deitatis | et deita
tis beata visio que est gaudium
domini mei ¶ O gaudium super gaudium
vincens omne gaudium extra quod
non est gaudium quando intrabo in te
ut videam deum meum qui habitat in
te ¶ Ibo et videbo visionem hanc
grandem ¶ Quid est quod me detinet
heu me quia incolatus meus prolongatus
est heu mihi quamdiu dicetur michi ubi
est deus tuus quamdiu dicetur mihi
expecta expecta et iterum que est ex
spectatio mea nonne dominus salva
torem nostrum expectamus dominum nostrum ihesum
christum qui reformabit corpus hu
militatis nostre configuratum cor
poris claritatis sue expectamus quando
revertatur a nuptiis ut introducat nos
ad suas nuptias veni domine noli tar
dare veni domine ihesu visitare nos
in pace veni | et educ vinctum
de carcere ut letemur coram te corde
perfecto veni salvator noster veni de
siderate cunctis gentibus ¶ Ostende
nobis faciem tuam et salvi erimus
veni lux mea redemptor meus
educ de carcere animam meam ad con
fitendum nomini tuo sancto quamdiu iam
iactabar in fluctibus mortalitatis
mee clamans ad te domine nec exaudi
ens clamantem de alto mari magno
et educ me ad portum felicitatis
eterne felices qui de pelago huius
maris evaserunt ad te deum portum
tutissimum pervenire meruerunt
¶ O vere felices qui de pelago
ad litus de exilio ad patriam
optatum iam quiete beati premia
meruerunt anima illud pre
tiose glorie ... exultans tribu
lationes que fuerunt iam feli
ci iocunditati adepti letantur
imperpetuum ¶ Quam beati o quam
et beati qui iam malorum omnium exiti

secum degunt vitam inaccessibili clari
tate regnum decoris perceperunt me-
rito Regnum celeste regnum omnium
felicium ubi lumen indeficiens et pax
dei que exsuperat omnem sensum
in qua sanctorum anime requiescunt
et leticia sempiterna super capita
eorum gaudium et leticiam obtinebunt
et fugiet dolor et gemitus Quam
gloriosum est regnum in quo tecum
domine regnant omnes sancti amicti lumine
sunt vestimento habentes in capite
suo coronam de lapide precioso O regnum
beatitudinis eterne ubi tu domine
spes sanctorum et dyadema glorie facie
ad faciem videris a sanctis letificans
eos undique in pace tua que exsup-
erat omnem sensum Ibi gaudium
infinitum leticia sine tristicia salus
sine dolore vita sine labore lux
sine tenebris vita sine morte
omne bonum sine omni malo Ibi
iuventus nunquam senescit ibi vita
terminum nescit ibi decor nunquam pallescit
Ibi gaudium nunquam decrescit ibi
dolor nullus sentitur ibi gemi-
tus nunquam auditur ubi triste nichil
videtur Ibi leticia semper habetur
Ibi malum nullum timetur quia ibi
summum bonum possidetur quod est semper
videre faciem domini virtutum Felices
igitur qui de naufragio vite presentis
ad tanta gaudia pervenire me-
ruerint Infelices nos miseri qui
per huius maris fluctus procellosas
voragines navem trahimus ig-
norantes an ad portum pervenire
valeamus Infelices inquam quorum
est vita in exilio via in periculo finis
in dubio nescientes finem nostrum quia
omnia in futurum reservantur incerta Et
adhuc in procellis fluctibus natantes
suspiramus ad portum O patria nostra
O patria secura a longe te videmus
ab hoc mari te salutamus ab hac
valle ad te suspiramus et nitimur
cum lacrimis si quo modo ad te perveniamus

Spes humani generis christe deus de
deo refugium nostrum et virtus cuius
lumen a longe per caliginosas ne-
bulas super procellas maris quasi
stelle maris radius oculos nostros
irradiat ut dirigamur ad portum guberna
navem nostram tua dextera clavo crucis
tue ne pereamus in fluctibus ne nos
demergat tempestas aque neque
nos absorbeat profundum sed unco crucis
trahe nos ab hoc pelago ad te sola-
men unicum nostrum quem a longe quasi
stellam matutinam et solem iusticie
vix lacrimantibus oculis in littore
celestis patrie nos expectantem
videmus Exaudi nos deus salu-
taris noster spes omnium finium terre et in
mari longe In mari turbido versa-
mur tu in littore stans aspicis pe-
ricula nostra Salvos nos fac da nobis
domine inter Scillam et Caribdim ita tenere
medium ut utroque periculo evitato salva
navi et mercibus securi perveniamus
ad portum De vita eterna capitulum xxxviii

Cum ergo pervenerimus ad te fontem
sapiencie ad te lumen indefi-
ciens ad te lucem inextinguibilem
ut iam te non per speculum et in enig-
mate sed facie ad faciem videamus
Tunc saciabitur in bonis desiderium
nostrum quia nichil erit extra quod de-
sideret ubi tu domine eris summum bonum
premium bonorum et dyadema decor
sanctorum et leticia sempiterna super capita
eorum pacificans eos intus et extra
in pace tua que exsuperat omnem sen-
sum Ibi videbimus amabimus et
laudabimus Et videbimus in lumine
tuo lumen tuum quia apud te est
fons vite et in lumine tuo videbimus
lumen Quale autem lumen lumen
immensum lumen incorporeum et incom-
prehensibile lumen indeficiens inex-
tinguibile lumen inaccessibilem
creatum lumen verum lumen quod illu-
minat oculos angelorum quod letificat iu-
ventutem sanctorum quod est lumen luminum
et fons vite quod est deus Tu es
quippe lumen in lumine videmus
lumen te scilicet in splendore vultus

tam quam te videbimus facie ad faci-
em. Quid enim est videre faciem ad faciem
nisi quod apostolus dicit cognoscere sicut
cognitus sum; cognoscere veritatem
tuam hoc est cognoscere faciem tuam,
cognoscere patris potentiam, filii sapi-
enciam, spiritus sancti clemenciam, summe
trinitatis unam et individuam
essenciam. Videre faciem dei vivi hoc
est summum bonum, gaudium angelorum
atque omnium sanctorum, premium vite eterne,
gloria spirituum, leticia sempiterna, corona
decoris, bravium felicitatis, requies opu-
lenta, pulchritudo pacis ultimum et [illegible]
mum gaudium, paradisus dei, ierusalem cele-
stis, vita beata, plenitudo beatitudinis,
gaudium eternitatis, pax dei que exsup-
erat omnem sensum. Hec est plena beati-
tudo et tota glorificatio hominis videre
faciem dei sui, videre eum qui salvabit
eum, qui fecit eum, qui glorificavit
eum. Videbit eum cognoscendo, ama-
bit diligendo, laudabit possidendo. Ipse
erit hereditas populi sui, populi sanctorum,
populi quem redemit. Ipse possessio fe-
licitatis eorum, ipse premium et merces
expectacionis eorum. Inquit: Merces tua
magna nimis. Magnum enim magna
decent. Nam deus magnus es tu nimis
super omnes deos, et merces tua mag-
na nimis, neque enim magno es tu
et parva merces tua, quia non aliud
tu, aliud merces tua, sed tu ipse merces
magna nimis. Tu ipse corona
es et corona tu ipse promissor, promis-
sio tu, remunerator et munus tu,
premiator et premium felicitatis eterne.
Tu ergo coronator es et corona, deus
meus, et diadema spei mee quia
ornata es gloria, lumine letificans,
lux renovans, decor adornans.
Spes mea, magnum desiderium
cordis sanctorum, visio ergo tua et merces
est, et totum premium, totum gaudium
quod expectamus. Hec est etiam vita
eterna ut cognoscant te solum
verum deum et quem misisti ihesum christum.
Cum ergo videbimus te verum deum solum

patrem solum invisibilem, incom-
prehensibilem, incomparabilem, et fili-
um tuum unigenitum, et consubstancialem
et coeternum tibi dominum ihesum christum
quem pro nostra salute misisti in mun-
dum in virtute, cum spiritu sancto tuo propo-
nes unum in essencia deum, solum so-
lum extra quem non est deus, tunc
quod querimus sensibiliter vitam eternam
gloriam sempiternam, quam preparasti diligen-
tibus te, quam abscondisti timentibus
te, quam dabis querentibus te,
faciem tuam querentibus semper. Et tu
domine deus meus, formator meus
ab utero matris mee, qui me com-
mendavit manui tue, non me per-
mittas amplius dispergi in multa,
sed collige me de exterioribus ad me,
deinde ad te, ut dicat tibi semper
cor meum: Exquisivit te facies
mea, faciem tuam domine requiram.
Faciem domini mei, qua sola consistit
gloria beatorum eternam videre, vita eterna
est et gloria sempiterna sanctorum. Letetur
ergo cor querencium dominum, sed multo
magis invenientium. Si in leticia
inquirendo qualis erit leticia in
inveniendo, quem ergo semper ardenter
indesinenter faciem tuam. Sed quomodo
tandem affectas michi hostium
apertum in facie, ubi introivi in
gaudium domini mei, quem preparasti michi
intrabunt meam. Oracio ad trinitatem
capitulum xxxiiii

Gracias coequales
et coeterne persone, deus unus
verus pater et filius et spiritus
sanctus, qui solus habitas eternitatem
et lucem inaccessibilem, qui fundasti
terram in potencia tua, et regis or-
bem in prudencia, spiritus sancti. Deus
deus sabaoth, terribilis et fortis,
iustus et misericors, ammirabilis, lau-
dabilis, unus deus tres persone
in una essencia, potencia, sapiencia,
bonitate una et individua trinitas.
Aperi michi clamanti portas iusticie;
ingressus in eas confitebor tibi domine.
En ad hostium tuum sum, ad te pa-
ter familias mendicus pulso iube

expectant pulsantem qui dixisti pulsate et aperietur vobis. Pulsant ad hostium tuum pater misericordissime desideria rugientium praecordiorum meorum et clamores lacrimarum oculorum meorum. Ante te est omne desiderium meum et gemitus meus a te non est absconditus. Et tu domine ne avertas amplius faciem tuam a me donec tecum sim. Nimia miseria a servo tuo pater misericordissime audi eiulatum pupilli tui et porrige manum tuam optimam quae mittens ut me trahat de profundis aquarum et de lacu miseriae et de luto faecis ubi non peream videntibus oculis tuis aspiciente clementia miserationum tuarum sed evadam ad te dominum deum meum ut videam divitias regni tui et intuear faciem tuam semper et laudem dicam nomini tuo sancto domine. Qui facis mirabilia qui laetum facis cor meum memoria tua. Qui laetificas iuventutem meam nec despicias senectutem meam sed exultare facias omnia ossa mea sicut renovare facias ut aquilae canos meos. Explicit liber sancti Augustini qui dicitur soliloquiorum.

Incipit liber sancti Augustini de ymagie

Quoniam in medio laqueorum positi sumus facile a caelesti desiderio refrigescimus. Et ideo assiduis indigemus munimentis quibus expergefacti ad deum nostrum verum et summum bonum cum defluximus recurramus. Ideo non praesumptionis temeritate sed magni dei dilectione hoc opusculum ad laudem dei compegi ut ex electioribus dictis patrum breve et manuale verbum de deo meo semper mecum haberem ex cuius lectionis igne quotiens tepesco in eius succendar amorem.

Nunc adesto mihi deus meus quem quaero quem diligo quem corde et ore confiteor et quantum valeo virtute laudo et adoro. Mens mea tibi devota amore succensa tibi suspirans tibi inhians te solum videre desiderans nihil aliud dulce nisi de te loqui de te audire de te scribere de te conferre tuam gloriam frequenter in corde meo revolvere ut tua suavis memoria sit inter haec mihi aliqua requies mea. Te igitur invoco desideratissime ad te clamo clamore magno toto corde meo. Et cum te invoco in me ipsum invoco quia omnino non essem nisi esses in me. Et certe tu es in me quia manes in memoria mea ex qua cognovi te et in ea invenio te cum reminiscor tui et delector in te ex quo omnia in quo omnia per quem omnia. Tu caelum et terram imples omnia portans sine oneratione omnia implens sine inclusione semper agens semper quietus colligens et non egens quaeris cum tibi nihil desit amans nec aestuans zelas et securus es paenitet te et non doles irasceris et tranquillus es opera mutas et non mutas consilium. Complecteris omnia recipis omnia sustines et invenis et numquam amisisti numquam inops et gaudes lucris numquam avarus et usuras exigis. Semper erogatur tibi ut debeas et quis habet quidquam non tuum. Reddis debita et nihil debens donas debita et nihil perdens. Ubique es totus quem sentire potes et videri non potes qui nusquam dees et tamen ab iniquorum cogitatione longe es nec ibi dees ubi longe es quia ubi per gratiam non ades per vindictam ades. Qui ubique praesens es et invenire vix potes quem stantem sequimur et apprehendere non valemus. Quem tenes omnia imples omnia complecteris omnia sustines omnia qui corda fidelium doces sine strepitu verborum qui locis non distenderis nec temporibus

variatis nec vices accessus et recessus
qui inhabitas lucem inaccessibilem
quam nullus hominum vidit nec videre
potest nisi intus mundus quia
etiam ubique es totus et que
tus non enim extendi vel dividi
potes quia vere unus es nec
impertire efficis sed totus totum
tenes totum illustras et possides
Si totum mundum libri replerent
tua scilicet memorabilia non possent
narrari enim ineffabilis es et nullo
potes scribi nec concludi. Tu es
fons luminis divini et sol claritatis
eterne. Magnus enim es sine quanti-
tate et immensus. Bonus sine
qualitate et ideo bonus summe
et nemo bonus nisi tu solus cuius
voluntatis opus est cui velle pos-
se est qui omnia que ex nichilo
creasti sola voluntate fecisti.

Omnem autem creaturam tuam abs-
que indigentia aliqua possi-
des et sine indigentia tua gu-
bernas et absque tedio regis et
nichil est quod conturbet ordinem
imperii tui vel in summis vel in imis
qui in omnibus locis sine loco es et
continens omnia sine ambitu
et ubique es presens sine situ et motu
quoniam mali auctor non es quod facere
non potes qui omnia potes nec
unquam quidquam te fecisse peni-
tuit cuius bonitate facti sumus
et iusticia pena luimus et cleme-
ncia liberamur cuius omnipotencia
omnia gubernat et regit et im-
plet que creavit nec ideo te omnia
implere dicimus ut te contine-
ant sed quod ipsa potius a te potius
contineantur nec particulatim imples
omnia nec ullatenus putandum
est ut unaqueque res pro magni-
tudine porcionis sue capiat
i. ut maxima magis minima mi-
nus cum sis potius ipse in omnibus

sive omnia in te cuius omnipoten-
cia omnia includit. Nec evade-
re potenciam tuam quis aditum
invenire potuit quem enim tu
non habes placatum nequaquam e-
vadet iratum. Te ergo clementis-
sime invoco in animam meam
quam preparas ad capiendum te ex de-
siderio quod inspiras ei. Intra ergo
mea et compta eam tibi ut
possideas illam quam fecisti. Pe-
to queso te piissime ne deseras
me te invocantem quia prius quam
te invocarem me vocasti et que-
sisti ut servus tuus te quere-
ret querendo invocaret invocantem
amantem quesivi et inveni te
domine et amare desidero. Auge
desiderium et da quod peto quia si
cuncta que fecisti dederis michi
non sufficit servo tuo nisi te ipsum
dederis. Da ergo te ipsum deus meus
redde michi te. En amo quod si
parum amem validius. Tuo ergo a-
more teneor tuo desiderio flagro
tua dulci memoria delector. Ecce
dum mens mea suspirat
tuam ineffabilem magnitudinem meditatur
ipsa carnis sarcina minus gra-
vat cogitationum tumultus ces-
sat pondus mortalitatis miseri-
arum more solito non hebetat silent
cuncta tranquilla sunt omnia. Cor
ardet animus gaudet memoria vi-
get intellectus lucet et totus
spiritus ex desiderio visionis tue
accensus in amorem invisibilium
rapi se videt. Assumat spiritus
meus pennas columbe ut volet
et non deficiat volet et perve-
niat usque ad decorem domus tue
et thronum glorie tue ut ibi super
mensam refectionis supernorum
civium pascatur de occultis tuis
in loco pascue iuxta fluenta
plenissima.

Tu esto nobis exultatio qui es
nostra receptio salus atque spes

Tu es ergo inimicum gaudium quem eo su-
turum speravi. Te querit anima mea
et tu prestas ut querendo non deficiat.
Ve misere anime que Christum non querit
nec amat, arida manet et misera
perdit quod vivit, qui deum non dili-
git. Qui enim curat vivere non propter te
sine nichil est et pro nichilo est.
Qui enim tibi vivere recusat mor-
tuus est, qui tibi non sapit desi-
Misericordissime mi ¶ pit.
tibi committo reddo et commendo
totum quod sum vivo et sapio. Intel-
ligo credo spero et totam spem meam
pono. Per te resurgo vivam et re-
quiescam. Te cupio diligo et ado-
ro, cum quo manebo regnabo
et beatus ero. Anima que te non querit
te non diligit, mundum diligit, pec-
catis servit, viciis subiecta est,
nunquam quieta, nunquam secura. Sanctum
letetur mens mea semper presentie.
Suspires tibi pectus meum, ardeat
in tuo amore cor meum, et fervescat
in te deus meus anima mea,
repleatur te in mentis excessu et
cantet laudes tuas in iubila-
tione. Et licet sit in hoc exilio de-
solatio mea, confugiat anima
mea sub umbra alarum tuarum, abscondita
sit in cogitationum tumultibus. Sic requi-
escat, repauset in te cor meum,
cor nimis magnum timens fluc-
tibus. ¶
Domine omnium bonorum dator, pleni-
tudine satietatis opulentissime
largitor, deus da lassescenti,
enim diabolo diabolus est quia habebat invi-
diam. Et superbia vocatur. Invidia
superbia invidos facit. Et ista
mater est et non est filia. Ideo similiter

tem docuit christus. Non ego loquor in
vobis bene optantibus loquar. Illis
loquar qui optant bene amicis
ut habeant tantum quantum et ipsi habent.
Optant bene affectibus ut habeant tan-
tum quantum et ipsi. Sed noluit illis dare
quod habent. Videte karitas o homo
christiane quia optas bene melior est
te medicus qui pecunia tibi optat
et nichil habet. Sed nemo optare
nichil accipiet. Da aliquid bene op-
tanti. Si bonum est bene optare red-
de mercedem optanti tibi bene
pauper quod tribuas adde aliquid
[illegible] disciplinae adde aliquid
quod dixi. Da bene optanti.
Christus est ipse [illegible] accepit quod tibi
dedit erubesce. Ille dives pauper
et voluit ut haberes pauperes quibus
dares. Da aliquid proximo tuo. Da
aliquid fratri tuo. Da aliquid comiti
tuo. Tu dives ille pauper est. Vita
ista via est simul ambulantes. Sed
forte dicis ego dives ille pauper.
Sarcinam tuam commemoras pon-
dus tuum laudas. Ecce quod [illegible] conte-
xisti adde sarcina tua. Sed non po-
tes porrige manum tuam onerate
ligate quod iactas te quod te lau-
das. Solve vincula tua minue
sarcinam tuam. Da comiti et illum
sarcina et revelas. Sunt hec vo-
ces laudantis sarcinam tuam. Ad
hunc christus petat et non accipit.
Offendis ignem pietatis [illegible]
liberis pro quibus [illegible] dicas sed quid
pro filiis meis. Christum illis oppono
filios meos mihi proponit. Ita non
iusticia magna est ut habeant fra-
trem. Filius tuus [illegible]
tuus. Cum enim [illegible] minimis meis
fecistis mihi fecistis. Non legisti
non timuisti. Ecce qui eget et fi-
lios tuos numeras [illegible] fi-
lios tuos adde [illegible] inter
illos dominum tuum. Unus [illegible]
duos habes [illegible] tres habes
quatuor [illegible] habes. Ecce

quo diligis proximum tuum que tibi
facias sicut audistis predicom quid
tibi dicturus diligis proximum quid
illi in aures insanabilis homo
quare misi filius aut frater aut pater
Bonum est nobis ut tu hic venimus
bene sit nobis quid debes tantis
ore frange lima fac formam
isti insanabilis proximo tuo que non
dixisti quod nolo sic diligas proximum
tuum quod si possumus facere ut multi ingra
ris corrumpunt enim mores bonos
colloquia mala quod non possumus facere
ut meminimus ingratum mala ista que
non me desistere insanires et non
solum nobis docere sed affectus docere
etiam nolo ymmo volo sed non possum
dirigere et ab aliubus aliorum alios
ammoneam ad quorum autem quibus
quorum autem [illegible] mollius ad
quorum corda intrare disponis quam
accipis verbum tantum in domo discipli
ne sepi aures tuas spinis corrumpunt
mores bonos colloquia mala sepi
aures tuas spinis sepi et spinis
sepi ut ille qui intrare importune
ausus fuit non tantum repellatur
sed etiam compungatur repelle istu
ate dic xpianus es xpianus
sum non hoc didicimus in illa scola
quo gratis intravimus non hoc didi
cimus sed illo magistro cuius est cathe
dra in celo noluimus ista dicere
aut noli ad me accedere hoc est
enim sepi aures tuas spinis quan
tum te aditum amatus es pecuniam
amas [illegible] este [illegible] dum den
tum ama pecunia te non faciet be
atum tu eam facis ornata non illa
te beatum [illegible] quia multum amas pe
cuniam et video quia [illegible] quo iste
sit [illegible] piger [illegible] quo
iubet caritas respice et vide quod
multum [illegible] sit [illegible] pecuniam tuam
et deum tuum pulchrior est iste sol
pecunia tua et tamen sol iste non
est deus tuus porro si pulchrior
est lux ista quam pecunia tua.
quanto est pulchrior qui fecit hanc

lucem cum forte comparare mus pecuniam
tua ecce occidit sol. quidem michi pe
cuniam tuam intueri et nocte sub
[illegible] ecce dum es conde
[illegible] divicias tuas iam si longe
[illegible] non debes unde quod
[illegible] videas ubi sunt divicie tue
et si tu [illegible] profunditas [illegible]
cie non patet [illegible] et [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] unde [illegible]
et qui non vident [illegible]
[illegible] et tamen avarus est [illegible]
quare quia non [illegible] ava
rus est fides eum facit [illegible]
[illegible] est non videbo [illegible]
te melius fides [illegible] addem
non vides quod possides et deum tibi
[illegible] non dum vides a
mas pecuniam [illegible] quam
[illegible] videbis ama et vides
[illegible] possides [illegible]
et quod possides [illegible] es
non tenebras et quod videbas
quia non videbas quod [illegible] de
deo tibi dicitur ecce hoc tibi dicit
ipsa sapientia amate illam tamen
quam pecuniam [illegible] est
[illegible] ut sapientia pecunie
comparatur sed amor amori comparatur
video enim hic sic nos nos ama
re pecuniam iubente amore pe
cunie labores suscipitis [illegible]
ma celebritatis mare [illegible]
[illegible] fluctibus vos committitis
[illegible] eligam quod ametis sed
non [illegible] quod addam ad amorem
quo amatis [illegible] amate plus
nolo me amari dicit deus superbis
loquar avaris loquar pecuniam
diligitis tantum me diligite
[illegible] melior sum [illegible]
nolo [illegible] ampliorem amorem
quantum diligitis pecuniam tantum
me diligite erubescamus [illegible]
confiteamur et pectora tundamus
non [illegible] pectora [illegible]
tum [illegible] eum tundit

pectus et non corrigit solidat
peccata non tollit Tundamus pectus
et cedamus et corrigamur ne nos
ne ille nos postea cedat qui
magister est Dixi enim quod hic
dixerim quare missus ad scolam et
vapulatus es et a parentibus
quesitus et flagellatus quesitus
et inventus es attractatus
es et adductus extensus es
et cum vapulatus es Quare
tanta mala in pueritia pertulisti
ut disceres Quid disceres litteras
Quare ut haberes pecuniam quod
pareretur honor et teneres sublimes
tas dignitatis videre quia peritu
rus propter perituram rem perituram
rem cum tanto labore didicisti
infantis penis et amabat te
qui te ad penas tradebat ut va
pulares quando faciebat ut
disceres Quid fieres bonus
sicut litere nomine dicitur es mitti
quare et nos ergo litteris legis
tis quare divinas scripturas in
ipsa Ecclesia tractatis Ita vero
propter non ad hoc dicimus litteras non in
putes nec quidem nos in scolam
mittebant hoc nobis dicebant
discite litteras ut sciatis inde codices
divinos legere possitis nec ipsi christia
ni dicunt filius suis discite littera
ras Quare ut sis homo dicit Quis
enim tu pectus suum Quid dico ut
sis homo ut sis eminens inter ho
mines vide et illud prius quia
litteris tantus eris ut habeas quan
tum aut quantum pauca aut plus
cetus aut plus pecunias habebas
inde honores habebas inde digni
tate Et nisi erunt ista nomina cum
mors venit Quod cumulat quod
nisi possidat metus iste quo mo
nes ipsum ante commemoratum omnium
corda percussit quod timore beati
teste genitum declaravit Mor
tem timetis Quid timet ventura

est Timeam non timeam ventura
est Si timeas non timeas quo
desideras ut sit quod timeas illud
potius time quod si nolis non erit
Quid peccare peccare time Quod
si amaveris peccatum malam mor
tem invenies quo posses non venire
Si non amares peccatum Modo dico
prius plus amas mortem quam
vitam absit inquis cuius est quoniam
quis plus amet mortem quam vitam
forte convinco te quia plus amas
mortem quam vitam Ecce vide te
convinco amas tunicam tuam
bonam esse vis amas filium tuum
bonum esse vis amas domum
tuam bonam esse vis Quid
quod ceteram bona vis hic mortem
cotidie enim rogas ut quando mors
ventura est bona morte michi det
deus dicis deus avertat a me ma
lam mortem plus amas ergo mortem
tuam quam vitam mori male times
vivere male non times Corrige
male vivere time male mori Ergo
noli timere non potest male mori qui
bene vixerit Iam tu dicis tibi
Nonne multi iusti naufragio perierunt
Ecce non potest male mori qui bene
vixit nonne multos iustos gladius
hostilis Ecce non potest male mori
qui bene vixit Nonne multos iustos
latrones occiderunt Nonne multos
iustos bestie laniaverunt Ecce
video hoc tibi videtur mors mala
naufragio perire gladio perire a bes
tiis laniari mors mala tibi videtur
Nonne istas mortes martires su
stinuerunt quorum natalicia celebramus
Quos genus mortis non sustinuit
Et tamen christiani sumus si in domo
discipline nos esse meminimus
ubi enim hic sumus ubi enim hic audi
mus et exeuntes hinc non obliviscimur
Si meminimus quod hic audimus Nonne
martires videbitis Quanti mortis
martires oculos carnis intuere
male mortuum sunt oculos fidei in

roga predia in corporalia dum morere suorum
eius. Clamas quid ergo est quod amato-
res in morte omnino non cogitare. At
si eos imitaris, quod agent ut bonam
vitam habeas querunt. Occasio fuit
ut terreas ex hoc corde quibus ad tegere
quibus ad beatitudinem que non habet
timorem ut sine pro bona mors.
Diuitis in purpura et bisso. Et mala
mors sicientis in tormenta guttam
aque desiderantis. Clamas mala
mors iacentis pauperis ante ianu-
am diuitis inter linguas caninas
in fame et siti inhiantis de mensa de-
scendentis. Mala mors ad istam mors
finem respice. Christianus es. Fidei oculum
intende. Contigit mori mendicum illum
et ferri ab angelis in sinum abrahe.
Quid profuit diviti sepulchrum
marmoreum sicienti apud in-
feros. Quid obfuerunt pauperi pan-
ni cum sanie ulcerum eius requiescenti
in sinum abrahe. Longe vidit re-
cumbentem, cum ante contempsit
iacentem. Modo elige mortem.
Dic nunc qui bene mortuus est, qui
male. Puto quia melius ille pau-
per quam ille dives. Numquid amo-
matibus sepeliri et ad inferos
sitire. Eludes. Absit. Atque puto quod
hoc eligeres. Disce ergo bene mori,
si discere bene vivere. Mortis
enim bone vite merces est. Quia in du-
bium xpianum esse. Sunt ergo. Et sunt
qui audiunt et non discunt. Quid
ad seminantem. Seminantis manum
non tenet via, non tenet lapides,
non tenet spine. Iactat ille quod suum
est. Qui cum timore ne cadat in via
tam non perveniret ad terram bonam.
Et nos dicimus, iactamus semina,
spargimus semina. Sunt qui contem-
nunt, sunt qui reprehendunt, sunt
qui irrident. Ista si nos timemus
nimis nichil habemus seminare et in
messe habemus esurire. Ergo veniat
semen ad terram bonam. Scio quia
qui audit et bene audit deficit
et proficit. Deficit iniquitate et pro-
ficit veritate. Deficit seculo et proficit
deo. Dominus est enim magister qui docet,
non qualiscumque homo sed apostolus.
Plane apostolus, et tamen non apostolus. An
vultis experimentum eius accipere
qui in me loquitur xpistus. Xpistus
est qui docet. Cathedram in celo
habet ut paulo ante dixi. Scola
eius in terra est et scola ipsius
corpus eius est. Caput docet
membra sua, lingua loquitur pedi-
bus suis. Xpistus est qui docet.
Audiamus, timeamus, faciamus.
Et ne contempnas et ipsum xpistum
quia pro te incarne natus est
pannis immortalitatis circumdatus.
Propter te esurivit, propter te lassatus
sedit ad puteum, propter te fatigatus
dormivit in navi, propter te contume-
lias indignas audivit, propter te
a facie sua homines sputa abstergit,
propter te alapas in faciem accepit,
propter te in ligno pependit, animam
efflavit, propter te in sepulchro posi-
tus est. Hec omnia forte contemp-
nis in xpisto. Vis nosse quis sit?
Recole evangelium quod audisti: Ego
et pater unum sumus. Deo gracias. Amen.

Explicit liber beati augustini de
disciplina xpiana. Incipit eiusdem
de fide et operibus.

Quibusdam videtur indiscre-
te omnes admittendos esse
ad lavacrum regeneracionis que
est in xpisto ihesu domino nostro etiam si
malam turpemque vitam facino-
ribus et flagiciis evidentissi-
mis notatam mutare noluerint, ubi
gracia si quis quem meretrix adheret non
ei prius precipiatur ut ab ea disce-
dat et tunc veniat ad baptismum,
sed etiam cum ea manens mansurum-
que se confitens vel etiam pro-
fitens ut baptizetur admit-
tatur, nec impediatur fieri mem-
brum xpisti etiam si membrum me-
retricis esse persisterit. Sed

De fide

postea doceri quam sit hoc malum
Iamque baptizatus deinde de mutandis in
melius moribus instruatur. Perver-
sum enim putant atque praeposterum pri-
us docere quemadmodum debeat vivere
christianus et deinde baptizare. Sed exi-
stimant praecedere debere baptismi sacramen-
tum et deinde sequatur vitae morum-
que doctrinam quam si tenere et custo-
dire voluerit utiliter fecerit. Si autem
noluerit et retenta fide christiana
sine qua in aeternum periret in quolibet
scelere in immunditia perseveraverit sal-
vum eum futurum tamquam per ignem
velud qui fundaverit super fundamen-
tum quod est Christus non aurum non argen-
tum non lapides preciosos sed ligna fe-
num stipulam id est non iustos castos et mo-
res sed iniquos et impudicos. Ad hanc
autem disputationem videntur quod
eos movit non admitti ad baptismum
illos qui dimissis uxoribus alias du-
xerunt vel feminas que dimissis
viris aliis nupserunt quia haec non
coniugia sed adulteria esse dominus de
Christo sine ulla dubitatione testatur.
Cum enim negare non possent esse ad-
ulterium quod adulterium esse veritas sine
ambiguitate confirmat eisque suff-
ragari vellent ad accipiendum
baptismum quos ita illo laqueo captos vi-
derunt ut si non admitterentur ad
baptismum sine illo vivere vel etiam finire
hanc vitam mallent quam
dirupto adulterii vinculo liberari
humana quadam miseratione commo-
ti sunt ad eorum causam suscipiendam
ut omnes cum eis facinorosos
et flagitiosos etiam nulla prohibi-
tione correptos nulla instructione
correptos nulla penitentia mutatos
ad baptismum admittendos esse cense-
rent existimantes eos in aeter-
num esse perituros. Si autem fieret
etiam in illis malis perseverantes
salvos per ignem fieri. Quibus
respondeo hoc primum dico ne quisquam
testimonia scripturae que commixtos
bonorum et malorum in ecclesia vel presentem
indicant vel futuram pronunciant sic ac-
cipiat ut disciplinae severitatem
sive diligentiam solvendam omnino atque
omittendam non istis edoctus litteris
sed sua opinatione existimet. Neque enim
quia illa dominum ipse Moyses famulus
Dei famulus patientissime per-
ferebat ideo non in multos etiam gla-
dio vindicavit. Et Finees sacerdos ad-
ulteros simul inventos ferro ultore
confixit. Quod utique degradationibus
et excommunicationibus significatum
est esse faciendum hoc tempore cum
in ecclesia disciplina visibilis fuerat
gladius cessaturus. Nec quia beatus apostolus
inter falsos fratres tolerantissime congemit
et quosdam etiam diabolicis invidentiae
stimulis agitatos Christum tamen
praedicare permittit et ideo censendum
est aliquem parcere patris sui uxorem
quem praecepit congregata etiam ecclesia
tradi sathane in interitum carnis
ut spiritus salvus fieret in die domini Iesu
aut ideo ipse alios non tradidit sa-
thane ut discerent non blasphemare
aut frustra scripsit: Scripsi vobis in epistola non
commisceri fornicatoribus non utique
non utique fornicatoribus huius mundi aut
avaris aut raptoribus aut idolis
servientibus alioquin debueratis de hoc
mundo exire. Nunc autem scripsi vobis
non commisceri si quis frater nominatur
aut fornicator aut idolis
serviens aut avarus aut maledicus
aut ebriosus aut rapax cum huiusmodi
nec cibum sumere. Quid enim de his
mihi qui foris sunt iudicare? Nonne
de his qui intus sunt vos iu-
dicatis? De his autem qui foris sunt
Deus iudicabit. Auferte malum ex
vobis ipsis. Ubi quidem aliqui ex vo-
bis ipsis ita intelligunt
ut ex se ipso unusquisque auferat ma-
lum hoc est ut ipse sit bonus. Sed
utrolibet modo intelligatur sive ut severita-
te ecclesiastica mali excommunicationibus corri-

corripiantur sive ut de quibusque corripiendo
vel corrigendo aliquid ipso auferat ma-
lum. Illud tamen quod supra dictum est
non sine ambiguitate ubi precipit
non commisceri eis fratribus qui in
aliquo supradictorum viciorum nominantur,
id est noti famosique sunt. Quo animo autem
et qua caritate misericors ista
severitas adhibenda sit non solum eo lo-
co ubi ait: ut spiritus salvus sit in die
domini Iesu, sed alibi quoque evidenter ostendit
dicens: Quod si quis non obaudit verbo
nostro per epistulam, hunc notate et nolite
commisceri cum illo ut erubescat; et
non ut inimicum existimetis, sed corripi-
te ut fratrem. Et ipse dominus exemplum in ecclesia
patientie qui etiam in duodecim ap-
ostolis unum usque ad passionem diabolum pertulit et
qui ait: Sinite utraque crescere usque
ad messem ne forte cum vultis col-
ligere zizania simul eradicetis et
triticum. Re vera quia illa in similitudine
retis usque ad litus hoc est usque ad
finem bonos et malos pisces continendos
predixit et cetera signa de permixtione
malorum et bonorum sive aperte sive per
similitudines est locutus non ideo
tamen obmittendam censuit ecclesie
disciplinam est locutus non ideo ymo
vel admonuit adhibendam quando ait:
Attendite vobis. Si peccaverit in te
frater tuus vade corripe eum inter
te et ipsum solum. Si te audierit lu-
cratus eris fratrem tuum. Si autem
non audierit assume tecum unum aut
duos ut in ore duorum vel trium testi-
monium stet omne verbum. Quod si eos non
audierit dic ecclesie. Si autem nec
ecclesiam audierit sit tibi sicut ethnicus et
publicanus. Deinde periculum
severitatis tremore divinitus adiecit
dicta eo loco dicens: Que solveritis in terra so-
luta erunt et in celis, et que ligaveritis
in terra ligata erunt et in celo. Prohibet
etiam sanctum dare canibus. Nec contrarius
est apostolus domino quando dicit: Peccantes
coram omnibus argue ut ceteri ti-
morem habeant, cum ille dicat: Corripe

eum inter te et ipsum. Utrumque enim facien-
dum est sicut infirmitas admonet
eorum quos utique non perdendos sed corri-
gendos curandosque suscepimus,
et alius sic alius non sic sanandus.
Itaque est etiam ratio dissimulandi et
tolerandi malos in ecclesia, est rur-
sus ratio castigandi corripiendi non
admittendi vel a communione removendi.
Sed errant autem homines non servantes
modum, et cum in unam partem proclives
ire ceperint non respiciunt divine auc-
toritatis alia testimonia quibus
possint ab illa intentione revocari
et in ea que ex utrisque temperata
est veritate ac moderatione consistere,
nec in hac re tantum de qua nunc
questio est, sed etiam in aliis multis.
Nam quidam intuentes divina
testimonia scripturarum quibus unus
deus colendus insinuatur eundem
patrem qui et filius sit et spiritus sanctus
putaverunt. Alii rursus velut mor-
bo contrario laborantes attendunt
ea quibus trinitas celebratur nec
valent intelligere quomodo sit unus
deus cum pater non filius nec
filius sit pater nec spiritus sanctus aut
pater aut filius dissimilitates etiam
asserendas substantiarum putaverunt. Quidam
intuentes in scripturis sanctis perpetuam
laudem connubia dampnaverunt. Qui-
dam rursus testimonia consecta-
tes quibus casta predicantur con-
iugia virginitati nuptias adequa-
verunt. Quidam enim legentes: Bonum
est fratres non manducare carnem
neque bibere vinum et non nulla similia,
creaturam dei et quas voluerit es-
cas immundas esse censuerunt.
Quidam legentes: Omnis creatura dei
bona et nichil abiciendum quod
cum gratiarum actione percipitur in vora-
citatem ebrietatemque collapsi sunt
non sibi valentes aufferre vicia
nisi eis contrarius vel contraria vel
maiora succederet. Sic etiam

inhiat causa que agitur in manibus quidam intuentes precepta severitatis quibus admonemur corripere inquietos non dare sanctum canibus ut in numero ethnici ecclesie contemptorem a compage corporis membrum quod scandalizat avellere ita perturbant ecclesie pacem ut conentur ante tempus separare zizania atque hoc errore cecati ipsi potius a Christi unitate separentur. Qualis nobis causa est adversus scisma Donati. Et hoc non cum illis qui noverunt Cecilianum non veris sed calumniosis criminibus appetitum et pestiferam sententiam suam mortifero pudore non deserunt. Sed cum illis quibus dicimus etiam si mali fuissent propter quos in ecclesia non estis nos tamen eos ferendo quos emendare aut segregare nunc poteritis in ecclesia permanere potius debuistis. Quidam vero e contrario periclitantur cum bonorum malorumque commixtionem in ecclesia demonstratam vel predictam esse perspexerint et paciencie dedicerint precepta dedicerunt que ita nos firmissimos nos reddunt ut etiam si videantur in ecclesia esse zizania non tamen impediatur aut fides aut caritas nostra ut quoniam zizania esse in ecclesia cernunt ipsi de ecclesia recedant destituendam putant ecclesie disciplinam quandam perversissimam securitatem prepositis tribuentes ut ad eos non pertineat nisi dicere quid cavendum quidve faciendum sit quidquid autem quisque faciat non curare. Nos ergo sanam doctrinam pertinere arbitramur ex utriusque sententie testimoniis vitam sententiamque moderari ut et canes in ecclesia propter pacem ecclesie toleremus et canibus sanctum ubi est pax ecclesie tuta non demus. Cum non per negligenciam prepositorum sive aliqua necessitate vel necessitate sive occulta obreptione invenimus in ecclesia malos quos ecclesiastica disciplina corrigere aut coercere non possumus tunc ne ascendat in cor nostrum impia et perniciosa presumptio qua existimemus nos ab eis esse separandos ut peccatis eorum inquinemur atque post nos trahere conemur veluti mundos sanctosque discipulos ab unitatis compage quasi a malorum consortio segregatos veniant in mentem ille de scripturis similitudines et divina oracula vel certissima exempla quibus demonstratum et prenunciatum est malos in ecclesia permixtos bonis usque in finem seculi tempusque iudicii futuros et nihil bonis in unitate ac participatione sacramentorum qui eorum factis non consenserint obfuturos. Cum vero eis per quos ecclesia regitur adest salva pace potestas discipline adversus improbos aut nepharios exercende tunc rursus ne socordia segniciaque dormiamus aliis aculeis preceptorum que ad severitatem cohercitionis pertinent excitandi sumus ut gressus nostros in via domini et utriusque testimoniis illo duce atque adiutore dirigentes nec paciencie nomine torpescamus nec obtentu diligencie seviamus. Hac ergo secundum sanam doctrinam moderatione servata videamus unde agitur id est utrum ad percipiendum baptismum sint admittendi sine ulla ibi cura diligencia ne sanctum canibus detur usque adeo ut nec apertissimos adulteros perseveratores et omnis penitencie renuencie professores a sacramento salutis videant arcendos quos sine dubio non admitterent si per eos dies quibus eandem graciam percepturi suis nominibus datis abstinencia ieiuniis exorcismisque purgantur cum suis legitimis et veris uxoribus se concubituros profiterentur atque huius rei quamvis alio tempore licite paucis ipsis sollempnibus

diebus illam continentiam ieiunationes
quid quia ad illa sancta vetustatis cor-
reptionis ad ulterius dimittitur quo re-
cursus observationem non admittit
coniugatus. Quis prius inquirunt bap-
tizetur deinde doceatur quae ad
bonam vitam mores que pertineant
et hoc cum dies urget extremus
ut ad illa paucissima quibus tamen
omnia continentur credat sacramen-
tum percipiat ut si ex hac vita migrave-
rit liberatus exeat reatu praeteritorum
omnium peccatorum. Si autem sanus petat
spatium quod discendi est quod illud op-
timum tempus reperitur in quo au-
diat quemadmodum fidelis fieri et
vivere debeat quam illud cum attentiori
animo atque ipsa religione suspen-
sis animis fidei sacramentum petit
animusque adeo dissimulamus assensib-
us ut vel nos ipsos recordemur
quam fuimus attenti atque solliciti qui
nos perciperent audiebamus cathecizantibus
cum fontis illius sacramenta peteremus
atque ad hoc competentes etiam vocare-
mur nec non intuemur alios qui per
annos singulos ad lavacrum regenerationis
accurrunt qualiter sint ipsis diebus
quibus cathecizantur exorcizantur
scrutantur. Quanta vigilantia con-
veniat quo studio fervescat qua cu-
ra pendeant. Si tunc tempus non
est discendi quae vita congruat tanto
quod accipere desiderat sacramento quando
erit? An non vero cum acceperint in
tantis criminibus permanentes etiam
post baptismum non homines novi sed veteres
ut videlicet per absurditatem mirabilem prius eis dicatur
induimini novum hominem et cum
induti fuerint postea dicatur exuimini
veterem cum apostolus sanum ordinem
tenens dicat exuimini veterem et in-
duimini novum et ipse dominus clamet
nemo assumit pannum novum ve-
stimento veteri et nemo mittit vinum

[de fide] et operibus

novum in utres veteres. Quid autem aliud
agit totum tempus quo cathecumenorum
locum et nomen tenent nisi ut audiat
quae fides et qualis vita debeat
esse christiani ut cum se probave-
rint tunc de mensa domini mandu-
cent et de calice bibant quia
qui manducat indigne iudicium
sibi manducat et bibit. Hoc autem
fit per omne tempus quo in ecclesia
salubriter constitutum est ut ad nomen
Christi accedentes cathecumenorum gradus
accipiant. Hoc fit multo diligentius
et instantius his diebus quibus
competentes vocantur cum ad percipiendum
baptismum sua nomina abiecto omnia
dederunt. Quemadmodum si virgo
nesciens viro nupserit alieno hoc
si semper nesciat numquam ex hoc erit
adultera. Si autem sciat cum hoc
esse incipiet ex quo cum alieno
viro sciens cubaverit. Sicut in iure
praediorum tamdiu quisque bonae fidei
possessor rectissime dicitur quamdiu
se possidere ignorat alienum. Cum
non scierit nec ab aliena possessione
recesserit tunc malae fidei perhibetur
tunc iuste iniustus vocatur. Absit
ergo sensum non humano sed plane divi-
no ut dolcamus cum flagitia cor-
rigimus tamquam columbina domini
divinitatis maxime matris dei in
monte sancto eius. Hoc est in
ecclesia ubi nuptiarum non solum vin-
culum verum etiam sacramentum ita commen-
datur ut non liceat viro suam uxo-
rem alteri tradere. Quod in re
publica illa romana non solum
in magno culpabiliter verum etiam
laudabiliter Catonem fecisse perhibetur.
Nec sane diutius hinc disputare
opus est cum et ille quibus re-
spondeo non audeant affirmare illum
hoc esse peccatum nec negant
esse adulterium ne et ipsi domino sancto

quam creditum aperte commendatur obsistere. Quod cum eis placet primum admittendos esse tales ad percipiendum baptismi sacramentum, et ad diuturnitatem etiam si eos corrigere se manifestissima voce recusauerint, immo vero nichil eos de hac re admoneri oportere sed postea doceri ut si precepta obseruationem receperint, et qui corripiuntur, habeantur inter eos si ac (?) contempserint inter zyzania tollerandos satis audiunt non se christiana ista docendo aut quasi leniant uel alios sunt agere. Quomodo enim adultum bene spei multum sed prius eundem constitutum ordine tantis quo licet in aliis uel corrigantur uel ferantur de scripturis suis se perfecto arbitrantur. Quomodo dicunt apostolos sic egisse et deliberant eorum quedam testimonia, proferunt ubi repperiuntur prius insinuasse doctrinam fidei atque deinde morum tradidisse precepta, atque de his nichil intelligi volunt fidei terminos regulam baptizandis committenda (?), postea vero iam baptizatis etiam uite in melius mutande precepta tradenda, quasi aliquas apostolorum epistolas legant ad eos qui baptizandi sunt datas ubi de fide sola disputauerunt, et alias ad baptizatos quibus precepta de malis cauendis bonisque instituendis moribus continentur. Cum igitur ad eos christianos iam baptizatos dedisse constet, cur utrique sermone contexte sunt et eos fidei ad fidem et eos qui admittunt bona perficit. Quid si illis placet baptizandis neutrum non debemus et baptizatis utrumque reddamus. Quid si absurde dicitur, ergo fateantur apostolos doctrinam suam coniunctam perfectam suis epistolis indidisse. Si propterea plerumque ad uitam bonam pertinet seorsum a que et inhonore ipso nisi precedat fides uita bona sequi non potest quidquid homo uelut recte fecerit

nisi ad pietatem que ad Deum est referatur, rectum dici non oportet. Sed si arbitrantur aliquem stulti profecto et primum inspicient apostolorum epistolas ad catechumenos datas esse, etiam ipsi fatentur non dum baptizatis quae fidei cognata sunt cum fide restituentur (?) nisi forte ad hanc necessitatem ista disputatione compellit ut plures epistolarum apostolicarum ubi de fide loquuntur catechumenis legendas uelit potius quam fidelibus, ubi eas perceperint que de moribus christiani tenere debeant, quod stultissimum est dicere. Restat ergo documentum esse quomodo probemus exemplis apostolorum catechumenos baptizandos de sola fide, baptizatos autem de moribus admonendos, quia illi prius fratribus litteris commendant fidem ac postea consequenter ut bene a fidelibus uiuatur hortantur. Sic ordinaue illud post hoc positiuo (?) seruire in una contextione sermonis utrosque catechumenos utrosque fidelibus utrosque baptizandis utrosque baptizatis siue ut instruantur siue ob liniantur (?) siue ut profiteantur siue ut confirmentur doctrina sanissima et diligentissima predicandum est. Epistole itaque Petri epistole atque Iohannis de quibus quedam commemorant addant et Pauli et aliorum apostolorum ea ratione accipiendum est quod admonent prius de fide ac postea de moribus dicta, quia nisi fidei aptissime operum obiectio. Quod in actibus apostolorum Petrus inquiunt sic allocutus est illos qui uno audito baptizati sunt uno die tria milia ut eis solam fidem qua Christum crederent predicaret. Cum enim dixissent quid faciemus, dixit eis agite penitenciam et baptizetur unusquisque uestrum in nomine domini nostri Ihesu Christi in remissionem peccatorum et accipietis donum spiritus sancti. Cur ergo non aduertunt agite penitentiam? Ibi est enim uite ueteris

exposito ut nova indicantur qui bap-
tizantur. Cum autem fructuosa est
penitentia que agitur de mortuis operibus
si in adulteriis perseverat aliquis et sceleribus
quibus delectus mundi quendam inobedientie
volvitur. Sed infidelitatis vinculum ingiunt
tantum non quia in Christum non credunt
eos volunt agere penitentiam. Quam pre-
terea nolo quod contra quendam dicere
quando eos audito quod dictum est agite
penitentiam solius infidelitatis accu-
diat cum vita mutanda concepto
in nova doctrinam in cunctatis tarde
ret. Ubi utique et aliud est quod scriptu-
ra ponit apostolus qui curabatur
unum non sufficere et quibus consequenter
quod sit deponere veterem hominem
et induere novum. Quamvis autem ipsis
verbis Petri satis viderent admoneri
potuissent, si diligenter attendere
voluissent. Cum enim dixisset agite
penitentiam et baptizetur unusquisque vestrum
in nomine domini nostri Ihesu Christi in remissionem
peccatorum, et accipietis donum spiritus sancti,
vobis enim hec est promissio et filiis
vestris et omnibus qui sunt longe ut
quoscumque advocaverit dominus deus noster.
Continuo subiecit qui librum scripsit
atque ait: et ceteris verbis pluribus testi-
ficabatur dicens: eripite vos ab
hoc seculo pravo. At illi audientes eius
sermonem acceperunt verbum et credide-
runt et baptizati sunt et addite sunt
illa die circa tria milia animarum. Quis
hic non intelligat et ceteris tot pluribus
verbis que ad brevitatem scriptor
non recepit, id egisse Petrum ut ba-
ptizandi se ab hoc seculo pravo quod
audebant eripere sententiam scilicet in dicta
ta est enim predicatio verbis pluribus
Petrus. In ipsa quippe summa posita
est: eripite vos a seculo pravo hoc.
Verbis autem pluribus ut hoc fieret testi-
ficabatur Petrus in hiis verbis contra

mortuorum condempnans que nequiter
agunt quasi seculi dilectores et commenda-
bilis quam teneant atque sectentur
qui se ab hoc seculo pravo eripiunt.
Iam vero si facilius affirmare conten-
ditis se eripere ab hoc seculo pravo quem-
quam non credit mereri contra si in
flagiciis quibus voluit perseveret
usque ad professionem ad illum. Quod
si dicere nephas est audiant bap-
tizandi non solum quid credere debe-
ant sed etiam quemadmodum
se ab hoc seculo pravo eripiant. Ibi
enim necesse est ut audiat quemadmodum
moribus credentes vivere debeant. Ob
iecto enim spadone inquiunt quem Phi-
lippus baptizavit nichil plus
dixit quam credo filium dei esse Ihesum
Christum, et in hac professione continuo
baptizatus est. Num ergo placet
ut hoc solum homines respondeant et
continuo baptizentur? Nichil de spiritu
sancto, nichil de sancta ecclesia, nichil
de remissione peccatorum, nichil de re-
surreccione mortuorum, postremo de ipso
Ihesu Christo nichil nisi quia filius dei
est, non de incarnacione eius de vir-
gine, passione, de morte crucis,
de sepultura, de tercie die resurrec-
cione, de ascensione ac sede ad dex-
teram patris. Aliud dictum est
catheticizati ad perficienda continua
dicenda cum tu vidisset spadoni credo
filium dei esse Ihesum Christum hoc ei suf-
ficere visum est ut continuo baptiza-
tus abscederet. Cur non id sequimur
atque auferimus cetera que necesse est
etiam cum ad baptizandum tempus
urget angustia exprimere interro-
gando baptizandus ad cuncta
respondeat, sed etiam si ea que
memorie commendare non vacavit.
Si autem scriptura tacuit atque intelli-
genda commisit cetera que cum illo spa-
done baptizando Philippus egit

atque in eo quod ait baptizavit eum
philippus in figura voluit impleta
omnia que licet taceantur in scriptu
ris gratia veritatis tamen repre
sentis semper implenda. Pari modo
etiam in eo quod scriptum est evan
gelizare philippum Christum dominum. Quod
in homo dubitandum est. Et aliud
catholicissimo docta esse que admi
tam mores que pertinet eius
que cetera inde michi. Hoc est
evangelizare Christum non tamen dicere
que sunt credenda de Christo sed etiam
que observanda cuique accedit ad
compaginem corporis Christi. Primo vero
omnia dicere que sunt credenda de Christo
non solum cum sit filius dei sed
multitudine in sui carne generatus
quod passus et cetera que sit veritas
resurrectionis eius quod donum spiritus
promissum dederit fidelibus. Sed etiam
qualia membra quibus sit caput quere
rat instituat diligat liberet
atque ad eternam vitam quod ad hono
rem deducat. Hec enim dicuntur aliqui
bus aliquando constrictius et brevius
Christum evangelizare et tamen non solum
quod ad fidem verum etiam quod ad mores
fidelium pertinet ut preter intelligatur
hoc intelligi potest in eo quod commemorant
dixisse apostolum paulum nichil me
dixi scire in vobis nisi christum ihesum et
hunc crucifixum quod illi putant ita dictum
quasi nichil aliud eis esset iussum
sed ut primitus crederent et postea bap
tizati quod ad vitam mores quod pertinet
discerent hoc monuit apostolus satis
super quod sufficiat quod eis dixit quod si
multos pedagogos habeatis in Christo sed
non multos patres quia vos in christo ihesu
per evangelium ego genui. Si ergo ille
quos per evangelium genuit quamvis gratias
agat quod neminem ipsorum baptizaverit
nisi crispum et gaium et stephanam

dum michi eos amplius docuit quia
christum crucifixum ... predicat aliquis
nec resurrexisse christum eos audisse
quando per evangelium genuit. Sunt hi
est ibi quod vero dicit tradidi vobis
enim in primis quia christus mortuus
est secundum scripturas et quia sepultus
esset quia resurrexit tercia die secundum
si nichil nisi crucifixum docuerit.
Si autem non ita intelligunt sed hoc quod
ad christum crucifixum pertinere contendunt
dicant in ipso crucifixo multa homines
discere et maxime quod vetus homo
noster simul crucifixus est ut destruatur
corpus peccati et ultra non serviamus
peccato. Unde etiam de ipso dicit Michi
autem absit gloriari nisi in cruce domini
nostri ihesu christi per quem michi mundus
crucifixus est et ego mundo. Proinde
attendant et videant quemadmodum
doceatur atque discatur christus crucifixus
et sciant eiusdem noverint pertinere
quod etiam nos in eius corpore crucifi
xi simus mundo ubi intelligimus omnes
concupiscentias malarum concupiscentiarum
mortificare. Ac per hoc fieri non potest
ut qui crucem christi sunt sive per
adulteria permittantur. Nam et apostolus
de sacramento petrus apostolus crucis
hoc est passionis christi ammonet
ut qui eam considerant peccare desistant
ita loquens Christo igitur passo pro carne
et vos eadem cogitatione armamini
quia qui mortuus est carne desiit
peccare ut non iam hominum desideriis
sed voluntati dei reliquum in
carne vivat tempus. quibus consequenter
ostendit eum pertinere ad christum crucifixum
hoc est pro carne passum qui in
eius corpore crucifixis carnalibus
desideriis bene vivit per evangelium. Quid
etiam illa duo precepta in quibus
dominus ait totam legem prophetasque pen
dere. Sunt sic optimum suffragium
arbitrantur et hoc ea commemorant
ut cum primum preceptum deum est

Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo
et ex tota anima tua et ex tota mente
tua. Secundum autem simile est huic: diliges
proximum tuum tamquam te ipsum. Primum
pertinere ad baptizandum ubi dilectio dei
percipitur. Secundum autem ad baptizatos
ubi videntur esse mores conversationis
humane. Sic obliti quod scriptum est
Qui fratrem quem videt non diligit deum
quem non videt quomodo potest diligere
et illud aliud in eadem epistola Johannis
Si quis diligit mundum non est cari-
tas patris in eo. Quo autem pertinent
omnia flagitia morum malorum nisi
ad mundi huius dilectionem. At per hoc illud
primum preceptum quod ad baptizandos
pertinere arbitrantur, sine bonis mo-
ribus observari nullo pacto pot-
est. Nolo pluribus immorari. Ita diligen-
ter considerantur ista duo precepta
ita ex alterutro connexa reperiuntur
ut nec dilectio dei possit esse in homine
si non diligat proximum nec dilectio proximi
si non diligat deum. Sed ad hec
que nunc agitur de hiis duobus
preceptis dixisse sufficiat. At enim
Israheliticus populus per mare rubrum ductus
est quo significatur baptismus et post
ea legem accepit ubi disceret quem
admodum viveret. Cur ergo baptiza-
tis vel simbolum tradimus reddendum
non querere possumus nichil enim tale
factum est circa illos quos per mare ru-
brum deus ab egiptiis liberavit.
Si autem recte intelligunt hec esse significa-
ta precedentibus misteriis
de sanguine agni in postibus illito et
de azimis sinceritatis et verita-
tis, cur non etiam illud consequen-
ter intelligunt ipsam ab egiptiis
separationem significare discessionem
a peccatis quam baptizandi profitentur. Ad hoc
enim pertinet quod ab apostolo dictum est agi-
te penitenciam et baptizetur unusquis-
que vestrum in nomine domini nostri Ihesu
Christi tamquam diceret recedite ab e-
gipto et per mare rubrum transite. Un-

de in epistola que ad hebreos scribitur
cum eorum qui baptizantur comme-
morantur inicia posita est ibi pe-
nitencia a mortuis operibus. Sic
enim dicit: Ideo quod remittentes inicii
Christi verbum in perfectionem respiciamus
non iterum iacientes fundamentum peni-
tencie a mortuis operibus et fidei in deum
lavacri doctrine impositionis manu-
um resurrectionis etiam mortuorum
et iudicii eterni. Hec igitur omnia
pertinere ad inicia neophitorum aper-
te hec scriptura testatur. Quid est a
mortuis operibus penitencia nisi ab hiis
que oportet mortificari ut vivamus
que sunt adulteria fornicationes
que non sunt quidem nunc nisi opera
mortua nominandum est. Sed autem
non sufficit professio recessionis
a talibus nisi etiam lavacro rege-
nerationis cuncta preterita velud
per mare rubrum peccata deleantur
sicut non sufficit israhelitis recedere
ab egypto nisi ea que inseque-
bantur hostium multitudo eisdem
maris fluctibus interiret que
dei populo liberando obstiterunt
eorum ergo professus ab adulterio re-
cedere velle quomodo per mare ru-
brum ducendus est exceptus adhuc
retineret abscedere. Deinde non
attendunt in ea lege que post
transitum maris rubri illi populo da-
ta est primum esse preceptum non
erunt tibi dii alii preter me. Non
facies tibi ydolum neque ullius
similitudinem quecumque in celo sunt
sursum et quecumque in terra deorsum
et quecumque in aquis. Non ado-
rabis ea neque coles ea. Et sic
ad hoc preceptum pertinentia affir-
ment contra ista si voluerint
contra ipsam assertionem etiam
deorum dei cultu colendaque
ydolatria non adhuc baptiza-
ndum sed etiam baptizatis ce-

predicandum et iam non dicat eis
qui baptizati sunt fidem tuam
que in est intincta et post eius sa
cramenta preceptorum de moribus inte
rim quia de isto precepto eos quod ad
dilectionem proximi pertinet instructos
utrique cum lex contineat quia post mare
rubrum tamen post baptismum plenius accepi
unt ita sed est distributus preceptorum
ut ante illius maris transitum detri
menta ydolatria plebs doceretur
et postea quam transierunt audirent ho
norationem patrem et matrem et non mecha
beris non occides et cetera bene atque
innocenter conversationis quamvis
Si ergo ita quisque veniret ad sacri lava
cri petitionem ut ydolis sacrificare sacrificator ydo
lorum sacrificiis non recessurum nisi
forte postea cum placuerit baptismum
tamen nunc iamque deposcat templum
dei vivi se fieri flagitet si non solum
cultori deorum verum etiam malig
num nephariorum sacerdotio sacrilegi
prevenientis. Quero utrum
sacrandum vel cathecuminum censeant
quod procul dubio si non debere clama
bunt neque aliud cuiquam de illorum corde
sentiendum est. Reddunt itaque rationem
de testimoniis scripturarum quibus sibi
resistendum putant quo sic ne audeant
contradicere non admittendum esse
conspicient reclamationem atque dicentem
didici atque veneror Christum crucifixum
credo filium dei esse Ihesum Christum non
me ultra differas nec amplius
iam requiras quos vos pervenire ge
nerabat apostolus nec eos nosse vel
amplius quam Christum crucifixum vole
bat post vocem spadonis quare
credere Ihesum Christum filium dei continuo
eum Philippus baptizare non
distulit quare me ad ydolorum cultum
prohibes nec ad sacramenta Christi ad
mittis nisi prius inde discessero
illud apertaque dici consuetudine

ubi gravissima peiorum faciam cum
potueris eum commodum fiat quasi si non
faciam non tamen sine Christi sacramento
tollant vitam suam ne deus ex
igat animam meam de manibus
tuis. Respondeant quid sunt videndum est si
unt an placet ut admittatur
ab sit ut nullomodo credunt eos in
tantum progredi. Respondeant ergo quid debeant
hic dicendi et respondendi quod nolint
sibi de ydolatria relinquendi saltem
dici potuit ante baptismum sicut nichil
inde ante maris rubri transitum ille
populus audivit quoniam lex hec
est qua ab egipto iam liberatus acce
pit perfecto dicturi sunt templum
dei fieri illum eum baptismum accepit et
dicit apostolus que consensio templo
dei cum ydolis. Cur ergo non videt
sibi esse dicendum membra Christi futurus
es cum acceperis baptismum non potest membra
Christi esse membra meretricis. Quia
et hoc apostolus dicit. Quam et alia lo
ca nolite inquit errare neque for
nicatores neque ydolis servientes et
cetera quoque illic numerat regnum dei
possidebunt. Cur ergo ad baptismum
ydolis servientes non admittimus
et fornicatores admittendos esse
putamus cum huius et ceteris mal
dicit et hec quidem fuistis sed ablu
ti estis in nomine domini nostri Ihesu Christi
et in spiritu dei nostri. Quare igitur causa
est ut cum potestas posita est utrique
prohibendi permittam ad baptismum perveni
unt fornicantes prohibere et non
permittat ydolis servientes et cum
illis et illis dicatur audiam et hec
quidem fuistis sed abluti estis. Sed
eos movet ista quia putant esse
in toto salute eorum quamvis per
ignem qui in Christum crediderunt
sacramentum quod eius acceperunt
id est baptizati fuerunt etiam si
morum corrigendorum ita negligentes

sunt ut nequitia vincat. Unum igitur video
si deus invenit quid secundum scripturas sane
dicendum sit. Non inhaereo quod adiungunt vere
verum in quantum eis videtur baptizatos autem
monendos esse de moribus ad christianam
vitam pertinentibus, baptizandis autem solam
insinuandam fidem; quod si ita esset, prete-
rea multa ut dixi, non iohannes baptista
venientibus ad baptismum diceret: Genimina
viperarum, quis ostendit vobis fugere
a ventura ira? Facite ergo dignum fruc-
tum penitentie, et cetera que utique non
de fide sed de bonis operibus admonent. Inde
et militibus dicentibus: Quid faciemus?
Non dixit: Interim credite et baptiza-
mini, postea audietis quid facere debea-
tis; sed ante dixit, ante premonuit
ut veniente domino in eorum corda tamquam
precursor mundaret viam: Neminem concu-
sseritis, nulli calumpniam feceritis, suffi-
ciat vobis stipendium vestrum. Similiter
publicanis querentibus quid facere deberent:
Nil amplius, inquit, exigatis preter-
quam quod constitutum est. Commemoravit
evangelista; non enim totos cathetizmos
inserere debuit; satis significavit pertinere
ad eum a quo baptizandus cathetizatur
docere et monere de moribus. Quod si ei
dixissent iohanni: Ergo non faciamus fruc-
tus dignos penitentie, calumpniaturi sumus,
concussuri sumus, ea que nobis non de-
bentur exacturi sumus; et nichilominus
eos post talem professionem baptizaret?
Nec si tamen dici posse videmus quod
dum non esset tempus cum quibus bapti-
zandus est, ut prius illi sermo fiat
quo admoneatur vitam bonam agere debeat,
quid ipse dominus, ut alia obmittam, cum
ab eo dives ille quereret quid boni fa-
ceret ut vitam eternam consequeretur?
Recolat quid audierit: Si vis, inquit,
venire ad vitam, serva mandata. Et ille:
Que? Tunc dominus commemoravit precepta
legis: Non occides, non mechaberis,
et cetera. Cui cum ille respondisset hec se fecisse
a iuventute sua, addidit etiam perfectio-
nis preceptum, ut venditis suis omnibus
in pauperem elemosinas erogaret et haberet
thezaurum in celo, et veniret dominum.

requiret? videat ergo cui datum est iubere
docere et baptizare. Nunc solo admonitio-
nis putat sufficere hominem adiuvantem pro-
priorum precepta hominum data que utique sine
fine custodiri observarique non possunt nec
cum qualibet demonstranda fide domini
detur tenuisse precedunt nos atque con-
tenti sumus morti. Transibimus precepta
docenda esse hominibus adiuvanda pervenire
cupientibus verbi enim minus coniuncta sunt
sicut ante dixit, quia neque dilectio dei
sit in homine qui non diligit proximum,
neque dilectio proximi qui non diligit deum.
Ideo aliquando alterum sine altero si illud plena
doctrina invenitur scriptura commemorare,
ut etiam hoc modo intelligatur alterum sine al-
tero esse non posse. Quia et cum edicit deus
de facere quod deus precepit, deus vere est
in credentibus. Quare iam illud videamus
quod excipiendum est a cordibus religiosis,
ne mala securitate ad salutem suam
perdant, si ad eam obtinendam sufficere
non sufficere fidem putaverint, qui bene
autem vivere et bonis operibus viam dei te-
nere neglexerint. Nam etiam temporibus
apostolorum non intellectis quibusdam subobscu-
ris sententiis apostoli Pauli hoc eum quidam
arbitrati sunt dicere: Faciamus mala
ut veniant bona, quia dixerat: Lex subin-
travit ut habundaret delictum; ubi autem
habundavit delictum, superhabundavit gratia.
Quod ideo verum est, quia legem accipientes
homines qui de suis viribus superbissime
presumebant, non divinum adiutorium
deprecantes malarum concupiscentiarum vic-
toriam de fide impetrantibus pluribus gravioribusque
delictis etiam lege prevaricata o-
nerati sunt, ac sic magno reatu com-
pellente confugiunt ad fidem, qua misericordiam
indulgentie mererentur, et auxilium a domino
qui fecit celum et terram, ut diffusa
per spiritum sanctum caritate in cordibus suis
cum dilectione agerent que contra huius
seculi concupiscentias iubentur, secundum id quod
predictum fuerat in psalmo: Multiplicate sunt
infirmitates eorum, postea acceleraverunt.
Cum ergo dicit apostolus arbitrari
se iustificari hominem per fidem sine operibus
legis, non hoc agit ut precepta ac pro-

fecta fide opera iusticie contempnatur
sed ut sciat se quisque per fidem posse iu-
stificari eciam si legis non precesserint
sequuntur enim iustificatum non precedunt
iustificandum Unde in presenti opere non opus est
lacius disputare presertim quia modo
de hac non precedant iustificandum Unde
in presenti opere non opus est lacius dispu-
tare presertim quia nuper de hac re
prolixum librum edidi qui scribitur de littera
et spiritu Quoniam ergo hec opinio tunc erat
exortam alie apostolice epistole Petri Iohannis
Iacobi Iude contra eam maxime di-
rigunt intencionem ut vehementer astru-
ant fidem sine operibus non prodesse
Sicut eciam ipse Paulus non qua-
libet fidem qua in deum creditur sed
eam plene atque ewangelicam diffinivit
cuius opera ex dileccione procedunt Et fi-
des inquit que per dileccionem operatur
Unde illam fidem que sufficere ad salu-
tem quibusdam videtur ita nichil pro-
desse asseverat ut dicat Si habeam fi-
dem ita ut montes transferam caritatem
autem non habeam nichil sum Ubi autem
fidelis caritas operatur sine dubio bene
vivitur plenitudo enim legis est ca-
ritas Unde evidenter in secunda epistola Pe-
trus cum ad sanctitatem morum conversacionis
hortaretur mundumque istum transiturum predi-
ceret celos novos et terram
novam expectari que iustis inhabitan-
dam traderetur ut consideret attenderet
qualiter oportet eos vivere ut in habitacio-
nem illam digni fierent sciens de apostoli
Pauli quibusdam obscurioribus sentencijs
nia illos iniquos accepisse occasio-
nem ut tamquam securi de salute
que in fide est bene vivere non cura-
rent commemoravit quedam ad in-
telligendum difficilia esse in epistola
eius que homines pervertunt sicut
et alias scripturas ad suum ipsorum in-
teritum cum tamen et ille apostolus
de salute eterna que nisi bene viven-
tibus non datur eadem sentiret que
ceteri apostoli Sic itaque Petrus loqui-
tur Cum igitur hec omnia pereant qua-
les vos oportet esse in sanctis con-
versacionibus et pietatibus expec-
tantes et properantes ad presenciam

diei domini per quam celi ardentes
solventur et elementa ardore ignis
decoquentur Novos vero celos et
terram novam secundum promissum ipsius
expectamus in quibus iusticia inhabitat
Quapropter karissimi hec expectantes sata-
gite inviolati et immaculati apud
eum reperiri in pace et domini nostri paciencie
et salutem existimare sicut et ca-
rissimus frater noster Paulus secundum eam
que data est illi sapienciam scripsit
vobis ut in omnibus epistolis loquens
in eis de hiis in quibus sunt difficilia
ad intellectum que indocti et instabiles
pervertunt sicut et ceteras scripturas ad
suum ipsorum interitum Vos ergo karissimi
prescientes custodite ne nefastorum errore
seducti excidatis a propria firmitate
Crescite vero in gratia et in cognicione
domini nostri et salvatoris Ihesu Christi Ipsi
gloria et nunc et in diem eternitatis Iacobus
autem vehementer infensus est eis qui
putant et fidem sine operibus valere
ad salutem ut illos eciam demonibus
compararet dicens Tu credis quia unus
est deus bene facis et demo-
nes credunt et contremiscunt Quid
brevius verius vehemencius dici
potuit cum et in ewangelio legamus
hoc dixisse demonia cum Christum
filium dei confiterentur et ab illo corripi
quod in Petri confessione laudatum est
Quid proderit ait Iacobus fratres mei
si fidem dicat quis se habere opera autem
non habeat numquid poterit fides salvare
eum Dicit eciam quia fides sine
operibus mortua est Quousque igitur
falluntur qui fide mortua sibi fide
vitam perpetuam pollicentur Quapropter
diligenter oportet attendere quomodo accipi-
enda sit apostoli Pauli sentencia
plane ad intelligendum difficilis ubi
ait Fundamentum enim aliud nemo
potest ponere preter id quod positum est quod est
Christus Ihesus Si quis autem superedifi-
caverit super fundamentum hoc aurum ar-
gentum lapides preciosos ligna fe-
num stipulam uniuscuiusque opus ma-
nifestabitur Dies enim domini declarabit

quia in igne revelabitur et uniuscuiusque
opus manifestabitur quale sit ignis
probabit. Si cuius opus permanserit quod
superedificavit mercedem accipiet
si cuius quod autem opus arserit dampnum
patietur ipse autem salvus erit sic tamen
quasi per ignem. Quod nos ita intelligendum
putant ut illi videantur edificare super
hoc fundamentum aurum argentum lapides
preciosos stipulam fidei que est in christo
bona opera adiciunt. Illi autem ligna
fenum stipulam qui cum eandem fidem
haberent male operati sunt. Unde arbitrantur per
quasdam penas posse eos purgari
ad salutem percipiendam merito fundamenti
hoc. Si ita est fatemur istos laudabili
caritate conari ut omnes indiscrete
admittantur ad baptismum non solum
adulteri et adultere contra sententiam
domini falsas nuptias pretendentes verum
etiam publice meretrices in turpissima pro
fessione perseverantes quas utique nulla
etiam negligentissima ecclesia consuevit
admittere nisi ab illa prostitutione libera
tas. Sed ista ratione cur non omnimodo
admittantur omnino non video. Quis enim
eas non malit eas posito fundamento
licet ligna fenum et stipulam congerant
aliquanto etiam diuturniore igne purgari
quam in eternum perire. Sed falsa erunt
sunt illa que obscuritate ambiguita
tem quia non habent. Si habeam omnem
fidem ita ut montes transferam carita
tem autem non habeam nichil sum. Et quid
prodest fratres mei si fidem dicat quis
se habere opera autem non habeat
numquid fides poterit salvare eum. Falsum
erit. Et illud nolite errare neque for
nicatores neque adulteri neque molles
neque masculorum concubitores neque fures
neque avari neque ebriosi neque maledici
neque rapaces regnum dei possidebunt
falsum est. Et illud manifesta sunt
opera carnis que sunt fornicationes
immunditie luxurie ydolorum servitus
veneficia inimicicie contentiones
emulationes animositates dissensio
nes hereses invidie ebrietates comes
sationes et his similia que predico
vobis sicut predixi quoniam qui talia agunt

regnum dei non possidebunt falsa erunt
et hec. Si enim tantummodo credant et bapti
zentur quamvis in malis talibus
perseverent salvi erunt per ignem atque ideo
in christo baptizati etiam qui talia agant
regnum dei possidebunt. Frustra autem
dictum est et hec quidem fuistis sed abluti
estis quia et abluti hec sunt. Inane
et illud apostoli Petri videbitur sicut et
nos similis forma baptismi salvos facit
non carnis depositio sordium sed conscien
tie est interrogatio siquidem et sordidas
pessimas conscientias omnium flagiciorum et
facinorum plenas nec eorum malorum penitencia
mutatas tamen baptismum salvos
facit per fundamentum enim quod in eo bap
tismate ponitur licet enim per ignem
salvi erunt. Illud quoque non videtur
dominus dixisse: Si vis venire ad vitam
serva mandata et commemoravit ea
ad bonos mores pertinentia. Si etiam
hec non servatas ad vitam venire potest
per solam fidem que sine operibus mortua est.
Illud deinde quomodo verum erit quod eis
quos ad sinistram positurus est dicet
ite in ignem eternum qui paratus est
dyabolo et angelis eius. Quos increpat
non increpat quia in eum non crediderunt
sed quia bona opera non fecerunt. Nam
profecto ne sibi quisquam de fide que sine
operibus mortua est promittat vitam
eternam propterea omnes gentes separa
turum se dixit que permixte eisdem
pascuis utebantur ut appareat
illos dicturos: Domine quando te vidimus
illa et illa pacientem et non ministravimus
tibi qui in eum crediderant sed bona opera
non curaverunt tamquam de ipsa fide mor
tua ad vitam perveniretur eternam. An
forte ibunt in ignem eternum qui opera misericordie
non fecerunt et non ibunt qui aliena
non rapuerunt vel corrumpendo in se templum
dei et in se ipsos inmisericordes fuerunt quasi
opera misericordie prosunt aliquid sine dilec
tione dicente apostolo: Si distribuam
omnia mea pauperibus caritatem autem
non habeam nichil michi prodest. Aut
diligat quisquam proximum sicut se
ipsum qui deum non diligit. Qui enim diligit iniquitatem
odit animam suam. Neque illud dici potest

in igne non eterno sed nos redarguit igne eterno dictum non ipsam penam eternam per igne quippe quia eternus erit tantum arbitrantur eos quibus per fidem mortuam perpetuam promittunt salutem ut videlicet ipse ignis eternus sit combustio vero eorum hoc est opus ignis non sit in eos eterna cum et hoc providens dominus tamquam sententiam suam ita conclusit dicens sic ibunt illi in combustionem eternam iusti autem in vitam eternam erit ergo eterna combustio sicut ignis et eos illuc ituros veritas dicit quorum non fidem sed opera bona defuisse declaravit. Si ergo hec omnia et cetera que innumerabilia in omnibus scripturis sine ambiguitate dicta reperiri possunt falsa erunt poterit esse verus intellectus de lignis et feno et stipula quod salvi erunt per ignem qui sola in christum fidem tenentes bona opera neglexerunt. Si autem ista vera et clara sunt procul dubio alia apostoli sententia alia requirendus est intellectus atque in hiis deputanda est que petrus dicit esse in scriptis eius quedam difficilia intellectu que non debent homines pervertere ad suum ipsorum interitum ut contra evidentissima testimonia scripturarum securos faciant de percipienda salute inquinatissimos nequicie sue pertinacissime coherentes nec emendando aut penitendo mutatos. Hic tamen fortasse queratur de ipsa pauli apostoli sententia quid ego sentiam et quonam modo intelligendam putem fateor hinc mallem me audire intelligentiores atque doctores qui sic eam exponant ut illa omnia vera et inconcussa permaneant que supra commemoravi et quecumque alia non commemoravi quibus apertissime scriptura testatur nichil prodesse fidem nisi eam quam definivit apostolus id est que per dilectionem operatur sine operibus autem salvare non posse neque preter ignem salvat ipsa utique salvat absolute autem dictum est et aperte quid prodest si dicat quis fidem se habere opera autem non habeat numquid poterit fides salvare

cum dicam tamen quam brevissime potero etiam ipse quid sentiam de ipsa apostoli sententia dum intelligentium difficile dicam non illud quod admoneam premissionem attendat per ipsius teneatur quod dixerim me malle audire meliores fundamentum christus est in structura architecti sapientis hoc expositione non indiget aperte enim dictum est fundamentum enim nemo aliud potest ponere preter id quod positum est quod est christus iesus si autem christus procul dubio fides christi per fidem quippe habitat christus in cordibus sicut idem apostolus dicit porro fides christi illa utique quam definivit apostolus que per dilectionem operatur non enim fides illa demoniorum cum et ipsi credant et contremiscant et filium dei confiteantur iesum preter accepti in fundamentum oriare nisi quia non est fides que operatur per dilectionem sed que exprimitur per timorem fides itaque christi fides gratie christiane id est ea fides que per dilectionem operatur posita in fundamento neminem perire permittit. Sed quid est edificare super hoc fundamentum aurum argentum lapides preciosos ligna fenum stipulam si subtilius disserere coner vereor ne ad intelligendum difficilior sit ipsa expositio conabor tamen quantum dominus adiuvat et breviter et quantum potero dilucide expedire quod sentio. Ecce ille qui quesivit a magistro bono quid boni faceret ut haberet vitam eternam et audivit si ad vitam venire vellet servanda sibi esse mandata et cum quereret que mandata dictum est ei non occides non mechaberis non furtum facies non falsum testimonium dices honora patrem tuum et matrem tuam et diliges proximum tuum tamquam te ipsum hec faciens fidem christi tenet procul dubio fidem que per dilectionem operatur neque enim diligeret proximum tamquam se ipsum nisi percepta dilectione dei sine qua non diligeret se ipsum porro si faceret etiam quod

quod dominus addidit dicens Si vis perfectus esse vade vende omnia que habes et da pauperibus et habebis thezaurum in celo et veni sequere me edificaret super illud fundamentum aurum argentum lapides preciosos. Ipse cum cogitaret ista que sunt dei quomodo placeret deo et hee cogitationes sunt quantum existimo aurum argentum lapides preciosos. Porro si teneret divicias suas quodam carnali teneret affectu quamvis ex eis multas elemosinas faceret nec addendis augendis fraudis aliquid rapineque moliretur aut earum minuendarum vel amittendarum metu in aliquod facinus flagiciumve laberetur alioquin iam se isto modo ab illius fundamenti stabilitate subtraheret sed propter carnalem ut dixi quem in eis haberet affectum quo talibus bonis sine dolore carere non posset edificaret super fundamentum illud ligna fenum stipulam maxime si et uxorem sic haberet ut etiam propter ipsam cogitaret ea que sunt mundi quomodo placeret uxori. Hec igitur quoniam affectu dilecta carnali non sine dolore amittuntur propterea qui ea sic habent ut habeant in fundamento fidem que per dilectionem operatur nec eis ulla ratione vel cupiditate preponant in eorum amissione passi detrimentum per ignem quendam doloris perveniunt ad salutem. Et ab hoc dolore atque detrimento tanto est quisque securior quanto ea vel minus amaverit vel tamquam non sua possederit. Qui vero propter illa vel adipiscenda homicidium adulterium fornicationem ydolatriam et similia queque commiserit non propter fundamentum per ignem salvabitur sed amisso fundamento eterno igne torquebitur. Quamobrem etiam illud quod dicunt velut probare cupientes quantum valet sola fides ubi apostolus dicit Quod si infidelis discedit discedat non est enim servituti subiectus frater vel soror in huiusmodi id est ut propter fidem christi etiam ipsa uxor legittima copulatione coniuncta sine

nulla culpa relinquatur si cum viro christiano propter hoc quod christianus est permanere noluerit non attendunt eo modo illam rectissime dimitti si viro suo dicat Non ero uxor tua nisi michi de latrocinio divicias congeras aut nisi solita lenocinia quibus nostram domum tuebaris etiam christianus exerceas aut si quid aliud vel facinorosum vel flagiciosum in viro noverat quo delectata vel libidinem explebat vel facile victum habebat vel etiam incedebat ornatior. Tunc enim ille cum hoc uxor dicat si veraciter egit penitentiam ab operibus mortuis quando accessit ad baptismum et habet in fundamento fidem que per dilectionem operatur procul dubio plus tenebitur amore divine gracie quam carnis uxorie et membrum quod eum scandalizet fortiter amputet. Quicquid autem in hac separatione dolore cordis propter carnalem affectum coniugis sustinebit hoc est detrimentum quod patietur hic est per quem feno ardente ipse salvabitur. Si autem iam sic habebat uxorem tamquam non habens non propter concupiscentiam sed propter misericordiam ne forte eam salvam faceret reddens potius quam exigens debitum coniugale profecto nec dolebit carnaliter cum ab illo tali coniugio separabitur. Neque enim in ea cogitabat in quantum aurum argentum lapides preciosos illis cogitationibus superedificat in tantum structura eius que non erat fenea nullo incendio cremaretur. Sive ergo in hac vita tantum homines ista patiuntur sive etiam post hanc vitam talia quedam iudicia subsequuntur non abhorret quantum arbitror a ratione veritatis iste intellectus huius sententie. Verum tamen etsi est etiam alius qui michi non occurrit potius eligendus quamdiu istum tenemus non cogimur dicere iniustis non subditis sceleratis contaminatis patricidis matricidis homicidis fornicatoribus concubitoribus plagiariis mendacibus periuris et si quid aliud sane doctrine adversatur que est secundum

evangelium gloriae beati dei / si tantum modo in Christo credantur et sacramentum baptismi eius accipiant etiam / si vitam istam pessimam non mutaverint salvi erunt. Unde et illa nobis mulier Cananaea proponitur quia dominus ei quod petebat dedit cum ante dixisset non est bonum tollere panem filiorum et mittere canibus quia ille cordis inspector immutatam vidit quam laudavit. / Et ideo non ait / o canis magna est fides tua / sed o mulier magna est fides tua mutavit vocabulum quia mutatum vidit affectum atque illam correptionem ad fructum venisse cognovit. Miror autem si laudaret in ea fidem sine operibus id est fidem non talem quae iam per dilectionem posset operari fidem mortuam et quam / Iacobus dicere minime dubitavit fidem non christianorum / sed demonum. Postremo si istam Cananaeam noluerunt intelligere mutasse perditos mores quando eam Christus contempnendo / et corripiendo redarguit quoscumque invenerint tantum modo credere vitam vero inquinatissimam / nec saltem occultare / sed etiam libere profiteri ac nolle mutare sanent filios eorum si possint sicut sanata est filia Cananaeae mulieris non tamen eos faciant membra Christi cum ipsi esse non desinant membra meretricis. Illud sane non absurde intelligunt cum peccatum in spiritum sanctum esse sine venia reum esse peccati qui in istis usque in finem vite voluit eodem crimine. Sed si recte intelligerent quid sit credere in Christum non enim haec est ista demonum fidem quae recte mortua perhibetur / sed fidem quae per dilectionem operatur quae cum aut sic eos teneas ad baptismum non admittimus non ante tempus conamur zizania evellere / sed volumus insuper sicut dyabolus zizania seminare nec ad Christum volentes venire prohibemus sed ad Christum se venire nolle ipsa sua professione convincimus nec Christo vetamus credere qui vel adulterium dicunt non esse quod ille adulterium dicit esse vel credunt adulteros

eos membra esse quos apostolus dicit regnum dei non possidere / et sanae doctrinae adversari quae est secundum evangelium gloriae beati dei. Unde non sunt isti inter eos deputandi qui ad convivium nuptiarum venerunt / sed inter eos qui venire noluerunt cum enim ipsi doctrinae Christi audent superbissime contradicere et sancto adversari evangelio non quia venientes repelluntur sed venire contempserunt. / Qui autem saltem verbis etiam saeculo se renuntiare veniunt quidam inter triticum seminantur / et magnae congeruntur et omnibus adhaerent et recipiunt et communicationibus amplectuntur sed intus sive lateant sive pateant cum erit ratio colligendi si pietas ista est eorum agendi / nec dum esse propter superiora separandi absit autem quod sit intelligendum quod scriptum est ad convivium nuptiarum adductos quos invenerunt bonos et malos ut eos adducerent se credunt qui se malos perseveraturos professi sunt alioquin ipsi servi patris familias zizania seminaverunt / sed erit illud id est inimicus autem qui ea seminat dyabolus est / Sed quia hoc servum esse non potest adduxerunt autem servi bonos et malos sive qui laterent sive qui iam adducti et introgressi apparent / bonos / et malos. Quoniam est secundum quandam consuetudinem linguae etiam hi qui non divinum credunt vel laudari vel vituperari solent unde est etiam illud quod dominus monet discipulos quos ad evangelium praedicandum primitus mittit ut in quamcumque venerint civitatem quaerant quis ibi dignus sit ut apud eum manent donec inde proficiscantur. Perfecto illo quis dignus est inveniri qui existimatione suorum civium bonus habebatur et quis indignus nisi qui civibus malus innotuerit ergo utrique quando veniunt ad Christi fidem et si adducuntur boni / et mali et quia / et illi mali mortuis operibus paenitentiam non recusant. / Si autem recusant non intrare cupientes

repellūt ꝑ abnutita ipi apta cōtra
dictōne distedūt Erit ergo et fimus
ille serūnus in nūt pigros dapna
bitur qui dominicū talentū noluit
erogare qndo quidē illi voluint
q̄ erogabat accipe. Propt illos ergo
hec similitudo posita est qui volūt
suscipe suscipe mētra dispensatōes
officiū desidiosa ꝑtēdētes excusa
cōne nolle se ratōne redd'e depec
catis alienis qui audiunt et non
faciunt id est accipiunt et nō redd
unt Cum vō dispensator fidelis
et diligens in erogando paratissi
et suptor dominator auidissimo di
adultero Noli esse adult' si vis
baptizari Crede xpo qui hoc quod
fidelis dicit ēē adulterū Si vis
baptizari noli esse adulterū mere
tricis fiere membrū xpi Ille aūt
si videt nō obedio nō facio ꝑpe
nō vult veram pecuniam dm ac
cipe ꝑ suam potius adulterinū
vult thezauris dnicis inportare
Si aūt se facturū profitebitur nec fa
cit ne postea quorū in eo corpi
posset inveniret quid de illo fie
ret ut aliis inutilis esset nom
pt sibi intra recia bona dm pi
scis malus esset nō tamē pisces
dm sine malis retibus inquiet
hoc est nisi esset inutilia vitam
malam nō tamē instituet doctrina
malam Cum eni tales sca sua
talia defendunt vel in eis se ꝑse
verātuos aptissime ꝑsitentes
admittūt ad bap'm nichil videntur
nisi fornicatores et adulteros
etiam usq in vite finem sine mea
nequicia ꝑmanentes regnum dei
possessiōs et in ūto fidei que sine
opibus mortua est adiuitam et
nam salute ꝑ venturos. hec sine
mala recia que canere dent pre
cipue piscatores et tamē illa evan
gelica similitudine piscatores xpi
vel inferiores ordines eccle sponti
eligendi sunt quia dictū est Venite

et faciam vos piscatores hominū Reti
bus eni bonis capti possunt pisces
boni et mali Retibus aūt mal
capi nō pnt pisces boni quia mi
la et bonis potest esse qui audit et
facit et malis qui audit et non fa
cit et sed doctrina nō mala et quibe
rum bonam putat quamvis ei nō ob
tempet malus est et qui obtepat
peior est Illud same mirabile est q
fres quales sapiunt cū debeant
abiecta vel nova vel vetera ꝑnitosa
cū opinione distendē ipi insuper
dicunt nova esse doctrina qua ne
quissimi homines in suis flagiciis
ꝑseverātuos in patulo ꝑfitentes
admittūt ad bap'm quasi nescie
nt ubi ꝑsequentur qui meretrices et
histriones et alii quilibet publice tur
pitudines ꝑfessores nisi solutis
aut diruptis talibus vinculis ad
xpiana sacramenta nō ꝑmittuntur
accedere Quem utiq secundum istorum se
tentiam omnes admitterent nisi a
ntiquam et robustissimam morem sca e
cclesia retineret ex illa scilicet li
quidissima veritate veniente qua e
tum est quoniam qui talia agunt
regnum dei nō possidebunt et nisi e
gerint ab his mortuis opibus pe
nitentiam accede ad bap'm nō si
nuntur Quia aūt nō sobrepserint nisi
vel postea mutata egerint ꝑniam
salui esse nō possunt ꝑ ebriosi auari
maledici et si qua alia vicia dap
nabilia apertis fratres convincti reda
rgui quoque nō possunt ꝑceptis tamē
correctissimis validissime flagellan
atque omnes tales mutatis in me
lius voluntates ad bap'm videntur
incedere Sed si forte adulteros
quos nō lex humana sed divina co
dempnat i. qui alienas uxores
tamquam suas habent s. vel femine
alios maritos alicubi neglige
ntius admitti solere adulterunt
Nullis ictis dent conari ista cor
rigere hoc est ut etiam isti nō ad
mittantur nō ex his prinus illa

depravatae ut neque donorum correctione
ne catechizandos esse censeant compe-
tentes et consequentes omnes etiam illarum
publicarum turpitudinum et scelerum professores
hoc est meretrices lenones gladia-
tores et si quid huiusmodi est etiam illis
malis perseverantes admitti oporteret
arbitrentur. Omnia quippe illa quae apostolus
enumeravit concludens quoniam qui talia
agunt regnum dei non possidebunt. Per-
versitate omnes agunt mansuetam sibi
congruentem increpant et resistentes
atque inde semper mansuros perhibentes
ad accipiendum baptismum non admittuntur.
Quis autem opinatur et cetera elemosinis
facile compensari cetera tamen mortife-
ra esse non dubitet excommunicatione
punienda donec paenitentia humiliore sanentur
impudicitiam ydolatriam homicidium.
neque nunc opus est quaerere qualis sit
eorum ista summa et utrum corrigenda an
sustinenda nec opus susceptum nunc
tamque in longum per eam quaestionem quae hic
ab solvendo minime necessaria est. Sufficit
etiam quia si omnia non sunt ad-
mittenda ad baptismum satis certa inter quae
omnia est adulterium. Aut certe sola illa
excipienda sunt etiam in quibus tribus
est adulterium unde ista disputatio
mota est. Sed enim iam malorum
christianorum mores qui sunt antea
etiam pessimi non cessasse non videntur
hoc malum ut alienas uxores duce-
rent viri aut alienis viris feminae
nuberent inde fortasse arripit quasdam
etiam ecclesias negligentia ista subrepsit
ut in catechizandis competentibus nec
quaereretur nec repellerentur. Hoc vitia
atque inde factum est ut inciperent et
defendi. Quae enim adhuc inbapti-
zati nostri sunt si ea non negligendo
non defensa faciamus. Talem quippe
in quibusdam negligentiam malis
impietatem maius ignorantiam
probabiliter dominus tempore in ore
significasse intelligitur ubi ait cum
autem dormirent venit inimicus
et superseminavit zizania. Hic
autem continuandum est. Non capimus

apparuisse in moribus quamvis ma-
lorum christianorum quorum beatus cyprianus in
epistola de lapsis cum deplorando et
arguendo multa commemoraret
quibus motus dicit indignationem
fuisse commota ut intollerabili
persecutione etiam sua sanctificata
[illegible] hoc et ibi omnino non nominat
enim etiam illud non tacuit et ad
eosdem mores malos pertinere confir-
mat iungere cum infidelibus vinculum
matrimonii nihil aliud esse asserens
quam prostituere gentibus membra Christi
quae nostris temporibus non iam pu-
tantur esse peccata quoniam revera in no-
vo testamento nihil inde praeceptum
est. Et ideo quoniam aut licite credita est
aut dubia derelicta est. Sicut et
velud ambiguum est utrum herodes
mortuum duxerit ambiguum fratris uxorem
et ideo non ita claret quod iohannes non
licere dicebat. De concubina
quoque si professa sit se alterum cogni-
turam etiam si ab illo cum quo adiuncta est
dimittatur merito dubitatur utrum
ad percipiendum baptismum non debeant ad-
mitti. Quisquis etiam uxorem
adulterio deprehensam dimiserit et
aliam duxerit non videtur aequandus
eis qui excepta causa adulterii
dimittunt et ducunt. Et in ipsis
divinis sententiis ita obscurum est utrum
et iste quidem sine dubio adulte-
ram licet dimittere adulter tamen
habeatur. Si adulteram duxerit ut quan-
tum existimo venialiter ibi quisque falla-
tur. Quamobrem manifesta impudi-
citiae crimina omni modo ad baptismum prohi-
benda sunt nisi mutatione volun-
tatis paenitentia corrigantur. Quae
autem dubia omni modo conandum
est ne fiant commutationes. Quid
enim opus est in tantum destruimus
ambiguitatis caput mittere.
Si autem facta fuerint nescio utrum
qui fecerint similiter ad baptismum non
debere videantur admitti. Cognitum

attinet igitur ad doctrinam salubri-
tatis, ne tam mortifero pec-
cato imperitiosissima securitate
secularibus detur vel etiam pestile-
tiosissima tribuatur auctoritas.
Iste autem ordo est ad bap-
tizandum. Credat in deum patrem
et filium et spiritum sanctum eo ritu quo
symbolum traditur. Et a mortuis
operibus agat penitentiam omnique
se omnino preteritorum remissionem in bap-
tismo acceptos esse non dubitet,
non ut peccare liceat, sed ut peccasse
non noceat, ut sit remissio non
permissio faciendi. Tunc vere dici potest
etiam spiritaliter: Ecce sanus factus
es, iam noli peccare; quod dominus secundum cor-
poralem sanitatem dixit quoniam
sciebat eum quem salvum faciebat merito
peccatorum illum etiam carnis accidis-
se languorem. Si autem ei homini qui
est baptizandus adulter, immo dicitur:
et baptizatus adulter esto, dicitur; immo
quem dicta existimet esse sanus
factus es, et dominus eum grauior. Et inex-
istimabilior morbus erit, si ad
ultimum sanitas erit. Et si in tribus
milibus inquirat quos uno die
baptizauit et in tot milibus cre-
dentium in quibus apostolus ab ullis
usque meminerimus eorum repleuit,
erant utique aliqui alienis uxoribus
copulati vel femine alienis mari-
tis nupte; quibus regulam apostoli constituere
debuerunt; quod deinceps tempore futuro
fuerant uxorum non admitteret
ad baptismum nisi illa adulteria corre-
xissent; quasi non similiter adulteris
eos dici possit quod non inveniunt
aliquam commemoratam qui tem-
ptus esset admissus est; nec illo
possumus singulorum hominum crimina quod
infinita erant commemorari. Cum
generaliter illa regula satis superque suffi-
ciat ubi petrus pluribus testifi-
cans baptizandis eripite vos
inquit ab hac generatione praua. Quis
enim dubitet ab hac generatione praua
tam adulteria pertinere et illi qui hos

in eadem iniquitate persiste. Sic
autem potest dici publicanos, meretrices
quas utique ad baptismum nisi ab illa
turpitudine liberatus nulla ad-
mitteret. Certa potuisse invenire
in tot milibus tunc credentium per
totam gentem et deinceps suscipiendos
vel prohibendos constituere apostolos in
exempla debuisse. Verum tamen
de quibusdam moribus possumus
conicere maiora. Si enim
ad baptismum Johannis venientes pub-
licani prohibiti sunt cum aliquid
amplius exigere quam quod eis
fuerat constitutum; mirum si venienti-
bus ad baptismum Christi posse per-
mitti adulterium. Commemorare
sunt etiam israelitas iniusta ma-
la et grauia perpetrasse, et effudis-
se nefarium sanguinem prophetarum, nec
tamen omnes fuisse penitus meruisse
delere, sed communi fidelitate sola, quod
in Christum credere noluerunt, non in-
telligentes quia peccatum eorum non sic
solum fuit quod in Christum non crediderunt
verum etiam quia Christum occi-
derunt. Quorum unum pertinet ad
crimen infidelitatis, alterum ad cri-
men crudelitatis. Illud ergo est
contra fidem rectam, illud contra bo-
nam doctrinam; aut uterque caret qui
fidem Christi habet non sine operibus
mortuam, que etiam in demonibus
invenitur, sed fidem gratie que per
dilectionem operatur. Hec est fides de
qua dicitur: Preceptum eorum contra
nos est. Hanc enim diripiunt qui
omnia faciunt credendo impetran-
tes spiritum caritatis, ubi est pleni-
tudo legis sine qua lex iustificaret
reos faciebat. Etiam prevaricati-
ones dum sola lex, id est littera, sine
spiritu iubens faciebat credendo solu-
tur et violentia fidei spiritus sanctus
impetrat per quam diffusam caritatem
tem cordibus nostris, que non timo-
re pene sed iustitie amore com-
pletur. Neque magna ergo mentis
incautela fallit ut se confirmet

deum cognovisse si eum fide mortua
hoc est sine operibus bonis confiteantur
more demonum et ideo se ruinam non
dubitet ad vitam eternam non esse
venturum quia dominus dicit Hec est
autem vita eterna ut cognoscant
te verum solum deum et quem
misisti ihesum christum Venire quippe
debet etiam illud in mentem quod
scriptum est In hoc cognoscimus eum
si mandata eius servamus Qui dicit
quia cognovi eum et mandata
eius non servat mendax est et in
hoc veritas non est Et ne quisquam
existimet mandata eius ad solam
fidem pertinere quamquam hoc dicere
nullus est ausus presertim quia
mandata dixit que ne multitudine
cogitationes parerent in illis
duobus tota lex pendet et prophete
licet recte dici possit ad solam
fidem pertinere dei mandata si non
mortua sed viva illa intelligatur
fides que per dilectionem operatur Tamen
postea iohannes ipse aperuit quid diceret
cum ait Hoc est mandatum eius
ut credamus nomini filii eius ihesu
christi et diligamus invicem Hoc itaque
prodest in deum recta fide credere deum
colere deum nosse ut et bene vivendi
ab illo sit nobis auxilium et si peccaverimus
ab illo indulgentiam mereamur
non in factis que odit securi
perseverantes sed ab eis recedentes
eique dicentes Ego dixi domine miserere
mei sana animam meam quia peccavi
tibi Quod non habent qui dicant qui in eum
non credunt frustra dicunt
qui cum ab illo sint tam longe
a gratia mediatoris alieni sunt Unde sunt
illa verba in libro sapientie que nescio
quomodo intelligat perniciosa securitas
Et si peccaverimus tui sumus Quia scilicet
bonum et magnum deum habemus qui
velit atque possit penitentium peccata sanare
non qui minime audeant permanentes
in malignitate disperdere
Denique cum dixisset tui sumus addidit
scientes potentiam tuam cuius
utique potentie quis se subtrahere neque

aut occultare peccator Ideo quod sequitur
adiungit Non peccabimus autem scientes
quoniam tui sumus deputati Quis
enim digne cogitans habitationem
apud deum in qua omnes predestinati
sunt secundum propositum vocati sunt non
conatur ita vivere ut tali habitatione
congruat Secundum quod ergo et iohannes dicit
Hec scripsi vobis ut non peccetis et si quis
peccaverit advocatum habemus apud
patrem ihesum christum iustum et ipse est exoratio
pro peccatis nostris non indiget
ut cum securitate peccemus sed ut recedentes
a peccatis sic quoque ad iustissimum
per illum advocatum quem non habent infideles
minime de indulgentia desperemus
Ut desistat nobis interior illa
condicio premittenda est Quanto magis
credere volentibus ut permaneant
in perditis moribus multo minus
decipiet ubi apostolus ait qui sine
lege peccaverunt sine lege peribunt qui in lege peccaverunt per legem iudicabuntur
tamquam hoc loco aliquid distet
inter perire et iudicari cum alio verbo
hoc idem significatum sit Solet
enim scriptura iudicium etiam pro eterna
damnatione ponere Sicut in evangelio
dominus loquitur Venit hora in qua
omnes qui in monumentis sunt audient
vocem eius et procedent qui bo-
na fecerunt in resurrectionem vite
qui autem mala egerunt in resur-
rectionem iudicii Neque ibi dictum
est hi qui crediderunt illi autem
qui non crediderunt sed hi qui bona fecerunt illi qui
egerunt illud qui mala egerunt
Inseparabilis est quippe bona vi-
ta a fide que per dilectionem operatur
immo vero ipsa est bona vita Videmus
itaque resurrectionem iudicii dixisse
dominum pro resurrectione damnationis
eterne De quibus quippe resurrec-
turi sunt ubi procul dubio erunt etiam
illi qui omnino non crediderunt neque in
ipse non sine causa in monumentis
duas partes fecit alios in resurrectionem vite
et alios in resurrectionem iudicii
resurrectiones declarans Quod

si ibi dicit non intelligendos etiam
eos qui omnino non crediderunt sed eos qui
pigre tarde crediderunt Quia qui cre-
diderunt etiam si male vixerint
ut eorum transitoria pena iudicium non
sine significatione arbitretur quam-
quam hoc impudentie sine dubio
eum omnino dicere respectiuos in quibus
sine dubio et increduli erunt in
nostris erit vita et iudicium contra
iudicium nolens et etiam intelligi
quia ille hoc non addidit sicut ibi
tamen et neque enim aut in resurrectionem
vite eterne cum alium intelligi utique
voluit vide aut enim quid insinu-
ent ubi ait Qui autem non credit
iam iudicatus est Nam hic per
cul dubio aut iudicium pro pena eterna
positum intelligit aut pigre tardos
credentes etiam incredulos dicere
audebat Continua qui non credit
inquit iam iudicatus est hoc est
iam iudicia polluantur credentibus
negant quam viventibus Qui etiam qui
non credunt non erunt credendis sed iudi-
candi quod dicere non audeant ali-
quid nimium post hec de quibus
dictum est per legem iudicabuntur
quia constat iudicium etiam pro pena
dampnatione solere poni que
quotiens invenitur non solum minime
meliores vero etiam deteriores con-
dicionis esse illos qui sciebant pecca-
re hii sunt enim maxime qui legem
acceperunt Nam sicut scriptum est
ubi lex non est nec est prevaricatio hic
est enim et illud concupiscentiam nesci-
ebam nisi lex diceret non concupisces
Occasione itaque accepta peccatum per
mandatum operatum est in me omnem
concupiscentiam Et alia multa que de
hac re idem apostolus dicit Ab hoc
reatu eos timore liberat gratia spiritus
sancti per Ihesum Christum dominum nostrum que
diffusa caritate in cordibus nostris
donat iusticie delectationem qua im-
moderationem concupiscentie superet hoc
itaque confirmatur ita solum intelligendum
sed si unus aliquid intelligendum de quibus

dictum est qui in lege peccaverunt per legem
iudicabuntur quia de illis qui sine
lege perierunt sine pena transitoria
sit loco hoc dictum iudicium sed pena qua
credentes iudicabuntur Nam si hic
vitantur sine ad promittendam salutem
perire illis qui etiam credentes per-
sonam invenit ut eorum dicatur qui sine
lege peccaverunt per legem iudicabuntur
tamenque dictum sit non perierunt sed salvi
erunt nec aliud attendere potuit hic
apostolus de illis qui sine lege et illis
qui in lege peccaverunt disposuisse cum
de gentibus et iudeis ageret ut
non tantum gentibus sed utrisque gratia
Christi qua liberentur necessaria demonstra-
tum quod tota ipsa epistola ad romanos
nos evidenter ostendit Nam generaliter
iudeis in lege peccantibus de quibus
dictum est per legem iudicabuntur non
eos liberante gratia Christi permittant
Complacet pigre salute quoniam
de hiis dictum est per legem iudicabuntur
quos si non faciunt contra temporis
deviunt qui eos gravissimo infide-
litatis crimine obstrictos esse dicunt
ut quid tuerentur conversos fideles et si
deleret in eoque ad fidem Christi attinet
illud quod dictum est de hiis qui in lege
peccaverunt tam de iudeis et gentibus
ageretur ut ad Christi gratiam atque inventa
retur neque enim dictum est qui sine
fide peccaverunt quemadmodum in fide pec-
caverunt per fidem iudicabuntur Quod
sine lege dictum est et in lege ut tale
appareret illam causam tangi que inter
gentes et iudeos agebat neque inter
bonos malos et pravos quia quemadmodum
in illo loco legem per fidem accipi voluit
quam minus importunum et absurdum
est etiam hinc aptissima per legem
sententia apostoli petri qui cum loquitur
de hiis qui in occasione carnis
acceperant et in velamentum malicie
quod scriptum est nos admonens testame-
tum pertinentes non ancille filios
esse sed libere qua libertate Christus nos
liberavit et pertinuit hoc esse libe-
rum vitam qua dictum redemptore
veniri quid quod libet liceat sit arbitra

rent[ur] ita intuentes q[uod] sc[ri]ptu[m] est
Vos in libertate vocati estis fr[atr]es ta
tum ne libertate in occasione car
nis detis | Un[de] et ip[s]e petrus dic[it]
liberi non sicut velamentu[m] ma
licie h[ab]entes libertatem aut de illis
sc[d]a ep[isto]la sua hij sunt fontes si
ci et nebule turbinibus exagita
te quibus caligo tenebrar[um] res[er]
vata est | Superba enim vanitatis
loquentes illiciunt in desideriis car
nis impudicicie eos qui paululu[m]
effugerunt in errore conversati liber
tatem illis p[ro]mittentes cu[m] ipsi s[er]vi
sint corrupcionis A quo enim quis
victus est huius et s[er]vus additus
est | Si enim refugientes coinquina
ciones m[un]di in cognicionem d[omi]ni n[ost]ri ih[es]u
et salvatoris ih[es]u xpi hiis rursus
implicati superant[ur] | Facta sunt illis pos
teriora deteriora p[ri]orib[us] | Melius
erat illis no[n] cognoscere viam iusti[ci]e
q[ua]m cognoscentibus retrorsu[m] reflecti
ab eo quod traditum est illis s[an]c[t]o mandato | Contigit enim
eis id q[uo]d p[ro]verbii | Canis reversus ad su
um vomitum et sus lota in volu
tabro luti | Secundum quod adhuc pro
mitti[tur] contra istam manifestissimam
veritate[m] condito melior hijs qui co
gnoverunt viam iusticie hoc est
d[omi]ni ih[es]u xpi | et p[er]dite vivunt
quam si o[mn]i[n]o non cognovissent
tum aptissime dicit[ur] melius illis
erat non cognoscere viam iusticie
q[ua]m cognoscentibus retrorsum
reflecti ab tradito sibi s[an]c[t]o mandato
| Precept[um] enim et illo loco intelligendu[m] e[st]
s[e]c[undu]m mandatum q[uo]d p[re]ceptu[m] ut in evan
gelio q[uo]d q[ua] corpo totu[m] committitur
si eam intelligimus fidem credentium
que p[er] dilecc[i]o[n]em opa[tur] | Et apte quod
dicit s[an]c[tu]m mandatu[m] .i. que p[re]cep
tum est ab illis in dicto in gentilib[us]
recedentes contra co[n]fess[i]onem vi
vam | Sic enim ait | Si enim refu
gientes coinquinaciones mundi in
agnicione d[omi]ni n[ost]ri et salvatoris
ih[es]u xpi rursum implicati superant[ur]
facta sunt illis posteriora deteriora p[ri]o
ribus | Non enim ait refugientes

ignoranciam dei aut refugientes
infidelitate sed iam tale aliq[uid]
| Si coinquinaciones mundi in quibus
est utique omnis immundicia flagi
ciam de illis supra loquens dic[it]
coepulantes vobiscum oculos h[ab]entes
plenos adulterii et indesinentes
peccati Ideo etiam fontes siccos eos
appellat fontes videlicet qui ex ore
p[ro]miunt agnicionem d[omi]ni xpi siccos
aut quod no[n] agnicionem vivunt de ta
libus quidem etiam Iudas ap[osto]l[u]s
loquitur hij sunt inquit qui in fidel
itatibus suis maculati coepulant[ur]
sine timore | Et pastores nubes sine
aqua et c[etera] | Quod enim petrus ait coepu
lantes vobiscum oculos h[ab]entes ple
nos adulterii hoc iudas in delici
is suis maculati coepulant[ur]
| Convivi enim sunt bonis epulis sac
ramentorum | et dicionibus plebium
| Et q[uo]d ait petrus aut fontes
siccos hoc iudas nubes sine aqua
hoc Iacobus fides mortua Non
itaq[ue] p[ro]mittit[ur] pena vivis iusto
via turpit[er] scelerateq[ue] viventib[us]
qui viam iusticie agnoverunt
quib[us] melius erat no[n] cognoscere
| Sicut verissima sc[ri]ptu[r]a testatur
de talib[us] quippe dicit | Et erunt
novissima hominis illius peiora
p[ri]oribus qui purgacionis sue gi
tatorem sp[iritu]m s[an]c[tu]m no[n] recipiens
fecit inse sp[irit]um in mundu[m] multipli
catorem redire | Nisi forte ideo sunt
isti de quib[us] d[icitu]r meliores quidem
no[n] redierunt ad immundiciam ad
adulteria | Si ab ea no[n] recesserunt nec
purgati rursus inquinaverunt | Sed
purgati receciderunt Neq[ue] enim
utrevelata costra inveterata hui[us]
dignatur saltum de ante p[ro]stimas
in mundicias quia cane more itero
sorbebant | Si inhiant crudo p[ro]c
indigestam nequicia teneri coten
dunt | Hoc ostenditate in p[er]chitate
facta | Si imprudencia p[ro]fessionis e
vitavit n[on] gentes de sodomis

more uxoris loth iterum in posteriora
attenderit sed omnino de sodomis non
dedignetur exire ymo ad christum ex
sodomis conatur intrare. Paulus
apostolus dicit quoniam prius fui blasphe
mus et persecutor et iniuriosus
sed misericordiam consecutus sum quia ignorans
feci in incredulitate. Et istis dicitur
Nunc potius in iram coaceruantur
qui scientes male vivitis. In ipsa si
de criminis longum est et penitus
sinitum omnia testimonia scripturarum
nolle colligere quibus apparet non
solum non esse mitiorem causam eorum
qui scientes quam qui nescientes
iniquitatem operantur et in quanta
dicitur verbi causa mollities ipsum esse
graviorem. ista sufficiant. Caveamus
ergo diligenter in adiutorio domini nostri
non facere quod istis malos securos dicen
tes eis quod si fuerint in christo baptiza
ti quomodolibet in ipsa fide esse ad
salutem eternam esse venturos. Ne
sic faciamus christianos quomodo iudei pro
selitos quibus dominus ait Ve vobis
scribe et pharisei qui circuitis mare et aridam
facere unum proselitum cum autem
fueritis facitis eum filium gehenne
duplo quam vos estis. Sed potius
sanam doctrinam dei magistri utriusque
teneamus et sano baptismo congrua sit
vita christiana. Nec cuiquam homini
si utrumlibet defuerit vita promittatur
eterna quoniam qui dixit nisi quis
renatus fuerit ex aqua et spiritu non
intrabit in regnum celorum ipse etiam
dixit Nisi abundaverit iusticia vestra
plus quam scribarum et phariseorum non
intrabitis in regnum celorum. De illis
quippe ait Scribe et pharisei super
cathedram moysi sederunt que dicunt
facite que autem faciunt facere nolite
dicunt enim et non faciunt. Ergo iusti
cia eorum est dicere et non facere. Ideo
hoc nostram voluit habundantem
super illorum dicere et facere. Quam nisi non

fuit non intrabimus in regnum celorum.
Non quia quidem ita debent ex
tolli ut non dicam apud alios iac
tare se apud se ipsum putare au
deat se in hac vita esse sine pecca
to. Nisi essent ita quedam grauia
ut etiam excommunicatione plectenda
sint non diceret apostolus Congregatis
in meo spiritu tradere huiusmodi ho
minem in interitum carnis ut spiritus
salvus sit in die domini ihesu. Unde et
dicit Ne lugeam multos qui ante
peccaverunt et non egerunt penitentiam super
eciam inmundiciam et fornicationem
quam gesserunt. Item nisi essent
quedam non ea humilitate penitencie
sananda qualis in ecclesia datur eis qui
proprie penitentes vocantur sed quibusdam
correptionum medicamentis non di
ceret ipse dominus Corripe eum inter
te et ipsum solum. Et si te audierit
lucratus es fratrem tuum. Postremo
nisi essent quedam sine quibus
hec vita non agitur non cottidianam
medelam poneret in oratione quam docuit
ut dicamus Dimitte nobis debita nostra
sicut et nos dimittimus debitoribus
nostris. Quam satis quantum arbitror de
illa tota opinione quid michi videretur
exposui. Ubi tres questiones moverunt
una de permixtione in ecclesia bonorum
et malorum tamquam tritici et zizaniorum
ubi dicendum est. Et ideo prout tempori
congruit istas similitudines vel hanc
vel de animalibus in archa aut libri vel que
cumque alia ideo significant ut doceri
at ecclesie disciplina de qua in signa
nuncupatur illius dormiunt. Sed evene
runt cogitationes domus eius
et non quosdamque prodiderit domestice
potius tementatis quam securi
tatis diligentie. Ut quasi bonos
amicos per licentiam scismata separare
presumat. Neque enim per has similitu
dines et pronunciationes consilium dis
cipline bonis datum est quia negli
gant quod prohibere debent. Sed patie
nter perferant salva doctrina vitam
qui emendare non valent. Neque quod scriptum

De fide

est introitus ad nos in archam tanquam
immunda animalia ideo a porta remitten-
di sunt. Sed qui in mundissimam ad baptismum
volunt intrare salvatoris quod est ecclesiae i-
mmundus quia necessitas. Sed per Noe fabricatum
rei exceptio permittitur est immundorum
intrantium, tolerantia tamen
non per doctrinam, correptionem vel disciplinae
dissolucionem. Non enim quacumque libuit
intraverunt immunda animalia arcam con-
pagine constructam, sed ea integra per unum
atque hostium quod artifex fecerat. Alia
questio est in qua eis visum est
fidem solam baptizandis esse tra-
dendam. Postea vero etiam bapti-
zatos docendos esse de moribus.
Quod satis demonstratum est nisi fallor
cum magis pertinere ad curam specula-
toris. Cum omnes qui fidelium competentes
sacramentum omnia que dicuntur et tenent
et sollicite audiunt, non solere de pec-
catis male viventibus dominus comminatione
in ipso baptismi sit confessio
omnium quo veniunt ut remittatur
reatus omnium peccatorum. Tercia quod est periculo-
sissima quia parum considerata et non secundum
divinum eloquium perscrutata tota illa
opinio michi videtur exortata, in qua
promittitur excellentissimo ...
quod viventibus et si contra vivere perseveret
et tantum modo credant in Christum eius-
que sacramenta percipiant eos ad salutem
vitamque eternam esse venturos contra
apertissimam domini sentenciam qui desiderantes
vitam eternam videre: Si vis venire,
serva mandata. Et commemora-
vit que mandata, ubi ea scilicet peccata
dicuntur quibus nescio quam salutis pro
fide sine operibus mortua
promittitur. Sed de hiis in libro superiori
constitutis disputavi demonstratam (?) satis
tolerandos in ecclesia malos, nec
negligendam ecclesiae disciplinam, et non
cathetizandos et eos qui baptismum petunt
ut non solum audiant atque suscipiant
quid credere sed etiam qualiter vivere
debeant. Sed perveniri fidelibus vitam
eternam, ut non cum ea fide mortua
que sine operibus salvare non potest, ad eam
se quisque pervenire posse arbitretur,
sed per illam fidem gratiae que per dilec-

opera. Non itaque arbitrentur desperatores
fideles non sua negligentia sed pigricia
sed quorundam potius communicatione qui
peccantium dum tamen recipiunt atque pre-
cedant aliquam sua cogunt; sed nos dum
eos erogare dum nolunt saltem ex-
emplo quales fuit Cyprianus commemo-
rat. Recto urbe solet et non fuit renunci-
ationes quidem et non renunciare dum
operibus voluit, tamen fecit in adulteri-
is pernoscere apertissima persistent.
Sed quod alicere dici solet quod forte
disputacio non attigi scis esse arbitror
tuis. Primum enim mea infusio necessaria non
fuisset, sine quod adrem de qua agitur
non pertineret, sive quod tam bene esset
ut a quolibet redargui facillime
posset. Explicit liber sancti Augustini
de fide et operibus. Incipit eiusdem
de octo questionibus ad Dulcitium.

Quia non potest diluisse Dulcitium
fili karissime quantum tua erudi-
tione delector quantum quod te
cupiam esse sapientem. Non ex eorum
numero de quibus dicitur: Ubi sapiens,
ubi scriba, ubi conquisitor huius secu-
li? Nonne stultam fecit sapientiam huius
mundi? Sed ex eorum numero de quibus dictum
est: Multitudo sapientium sanitas est
orbis terrarum. Et qualis vult apostolus
fieri de quibus dicit: Volo autem vos
sapientes quidem esse in bono, simpli-
ces autem in malo. Hominis autem sapi-
entia pietas est. Hoc in libro Job
invenies. Ibi legitur quod ipsa sapientia dixit
[illegible] hominem: Ecce pietas est sapientia.
Si autem queris eo loco quam dixit
pietatem, distinctius in greco reperies
theosebeian, que est dei cultus. Dicitur
enim grece pietas et aliter, idem eusebeia,
quo nomine significatur bonus
cultus, quamvis et hic precipue re-
feratur ad colendum deum. Sed nichil
est commodius illo nomine quo evidenter
dei cultus expressus est cum quod
esset homini sapientia diceretur. Numquid ne ali-
quid brevius dici quod petis, cum
me breviter magna dicant velis, quod
ipsum tibi fortasse desideras breviter
aperiri atque in sermone brevi colligi
quonam modo sit colendus deus?
Hic si dixero fide, spe, caritate

colendum deum profecto dicis esse breviter
hoc dicam esse quod nosces ac inde petiturus
eras tibi breviter explicatumque ad
singula ista tria pertineant. Quid credendum,
quid sperandum, quid amandum sit. Hoc enim
si fecero, ibi erunt omnia
ista que inquirere visus es. Quorum
si penes te est ut ea revolvas et relegas. Si autem non est
in memoria ut recolas. Dicis enim
tibi ut scribatur liber quem
enchiridion ut dicitur habeas et de
tuis manibus non recedat, continens
postulata. Quid sequendum maxime,
quid propter diversas hereses precipue
sit fugiendum, quatenus ratio pro religione
contendat, vel quid rationi cum fides sit
sola non conveniat, quid primum quid
ultimum teneatur, que totius diffinitionis
summa sit, quod certum propriumque
fidei catholice fundamentum. Hec omnia
que requiris procul dubio scies
diligenter sciendo quid credi, quid sperari
debeat, quid amari. Hec enim maxime,
immo sola in religione sequenda
sunt. Huic qui contradicit aut omnino
a Christi nomine alienus est aut hereticus.
Hec sunt defendenda ratione, que vel a sensibus
corporis inchoata vel ab intellectu
mentis inventa. Que autem
nec corporeo sensu experti sumus nec
mente assequi valuimus aut valemus
eis sine ulla dubitatione credenda
sunt testibus a quibus ea que divina
iam meruit scriptura confecta est.
Cum autem sine preceptis sine parabolis divinitus
adiuti vel videre vel providere potuerunt.
Cum autem initio fidei que per
dilectionem operatur imbuta mens fuerit, tendit
bene vivendo etiam ad speciem
pervenire, ubi est sanctis et perfectis cordibus
ineffabilis pulchritudo, cuius plena
visio est summa felicitas.
Hoc est nimirum quod requiris, quid
primum quid ultimum teneatur, inchoari
fide, perfici specie. Hec et totius diffinitionis
summa est. Certum vero propriumque
fidei catholice fundamentum

Christus est. Capitulum iii
Fundamentum enim aliud, ait apostolus,
nemo potest ponere preter illud quod positum
est, quod est Christus Iesus. Nec ideo negandum
est proprium fundamentum fidei esse
catholice quia putari potest ab aliquibus
hereticis hoc nobiscum esse commune. Si enim
diligenter que ad Christum pertinent cogitentur,
nomine tenus invenitur Christus apud quoslibet hereticos
qui se christianos vocari volunt, re
ipsa non esse apud eos. Ad hoc ostendere
nimis longum est, cum commemorande sint
omnes hereses que fuerunt, sunt
que possunt esse sub nomine
christiano, et hoc ita esse verum per singulos
quasque monstrandum. Que disputatio
tam multorum est voluminum, ut eterna in
finita videantur. Tu autem enchiridion
nobis postulas, id est quod manu possit
astringi, non quod armaria possit onerare.
Ut igitur ad illa tria redeamus, per que diximus
colendum deum, spem, fidem, caritatem,
facile est ut dicatur quid credendum, quid
sperandum, quid amandum sit. Sed quemadmodum
adversus eorum qui diversa sentiunt calumpnias
defendatur, operosioris et uberioris
est doctrine, et ut habeatur non brevi enchiridion
manus sed implendus pectus grandi
studio plus accendi. Nam ecce tibi
est simbolum et dominica oratio. Quid
brevius auditur aut legitur. Quid facilius
memorie commendatur. Quia enim peccato
genus humanum premebatur gravi miseria et
divina indigebat misericordia, gratie dei tempus
prophetans propheta ait: Et erit omnis qui invocaverit
nomen domini salvus erit. Propter hoc
oratio. Sed apostolus cum ad ipsam gratiam
commendandam hoc propheticum commemorasset
testimonium, continuo subiecit: Quomodo autem
invocabunt in quem non crediderunt. Propter
hoc simbolum. In his duobus istam tria
intuere. Fides credit, spes et caritas
orant. Sed sine fide esse non possunt,
ac per hoc etiam fides orat. Propterea
quod dictum est: Quomodo invocabunt
in quem non crediderunt. Capitulum
Quid autem sperari potest quod non creditur.
Porro aliquid credi potest quod non speratur.

pertinet. Quis enim eum fidelium penas non credit impiorum nec sperat tamen? et quisquis eas imminere sibi credit et fugaci motu animi exhorret, rectius timere dicitur quam sperare. Que duo sciens distinguens ait: liceat sperare timenti. Non autem ab alio poeta quamvis meliore proprie dictum est: hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Denique nonnulli in arte grammatica ubi significant vitium exemplo adducendo magis docent, et aiunt sperare dixit pro timere. Est itaque fides malarum et bonarum rerum, quia et bona creduntur et mala, et hoc fide bona non mala. Est et fides et preteritorum et presentium et futurorum. Credimus enim mortuum Christum, quod iam preteriit; credimus sedere ad dexteram Patris, quod nunc est; credimus venturum ad iudicandum, quod est futurum. Item fides et suarum rerum est et alienarum. Nam et se quisque credit aliquando esse cepisse nec fuisse utique sempiternum, et alia atque alia, nec solum de aliis hominibus multa que ad religionem pertinent, verum etiam de angelis credimus. Spes autem non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum, et ad eum pertinentium qui earum spem gerere perhibetur. Que cum ita sint, propter has causas distinguenda erit fides ab spe, sicut vocabulo, ita et racionabili differentia. Nam quod attinet ad non videre sive que creduntur sive que sperantur, fidei spei que commune est. In epistola quippe ad Hebreos, qua teste usi sunt illustres catholice regule defensores, fides esse dicta est convictio rerum que non videntur. Quamquam quando se quisque non verbis, non testibus, non denique ullis argumentis, sed presentium rerum evidentie credidisse, hoc est fidem accommodasse dicit, non ita videtur absurdus ut recte reprehendatur in verbo eique dicatur: vidisti, ergo non credidisti; unde putari potest non esse consequens ut non videatur res quecumque creditur. Sed melius hanc appellamus fidem quam divina eloquia docuerunt, earum scilicet rerum que non videntur. De spe quoque ait apostolus: Spes que videtur non est spes; quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per pacientiam expectamus. Cum ergo bona nobis futura esse creduntur, nichil aliud quam sperantur. Iam de amore quid dicam, sine quo fides nichil prodest? Spes vero sine amore esse non potest. Denique ait apostolus Iacobus: et demones credunt et contremiscunt; nec tamen sperant vel amant, sed potius quod speramus et amamus credendo venturum esse formidant. Propter quod apostolus Paulus fidem que per dilectionem operatur approbat atque commendat, que utique sine spe non potest esse. Proinde nec amor sine spe est, nec sine amore spes, nec utrumque sine fide.

c. ix

Cum ergo queritur quid credendum sit quod ad religionem pertinet, non rerum natura ita rimanda est quemadmodum ab eis quos phisicos Greci vocant; nec metuendum est ne aliquid de vi et numero elementorum, de motu atque ordine et defectibus siderum, de figura celi, de generibus et naturis animalium, fruticum, lapidum, fontium, fluminum, moncium, de spaciis locorum et temporum, de signis imminentium tempestatum, et alia sexcenta de hiis rebus quas illi invenerunt vel invenisse se existimant christianus ignoret, quia nec ipsi omnia reperierunt tanto excellentes ingenio, flagrantes studio, abundantes ocio, et quedam humana coniectura investigantes, quedam vero historica experiencia perscrutantes, et in eis que se invenisse gloriantur plura opinantes potius quam scientes. Satis est christiano rerum creatarum causam, sive celestium sive terrestrium, sive visibilium sive invisibilium, non nisi bonitatem credere creatoris, qui unus est Deus et verus; nullamque esse naturam que non aut ipse sit aut

ab ipso eumque esse trinitatem patrem et filium [a patre genitum]
et spiritum sanctum ab eodem patre procedentem
sed unum et eundem spiritum et patris et
filii. Ab hac summa equaliter et immuta-
biliter bona trinitate creata sunt omnia nec
summe nec equaliter nec immutabiliter bona
sed tamen bona etiam singula simul vero universa
valde bona quia ex omnibus consistit
universitatis admirabilis pulchri-
tudo. [cap. iiij] In qua etiam illud quod malum dicitur bene
ordinatum et suo loco positum emi-
nentius commendat bona ut magis
placeant et laudabiliora sint dum
comparantur malis. Neque etiam deus
omnipotens quod etiam infideles fatentur
rerum cui summa potestas cum summe bonus
sit ullo modo sineret mali aliquid
esse in operibus suis nisi usque adeo
esset omnipotens et bonus ut bene faceret
et de malo. Quid autem aliud malum
dicitur nisi privatio boni. Nam sicut
corporibus animalium nichil est aliud
morbis et vulneribus affici quam sanita-
te privari. Neque enim id agitur cum
adhibetur curatio ut mala illa que
inerant id est morbi ac vulnera recedant
hinc et alibi sint sed utique ut non
sint. Non enim ulla substantia sed carnalis
substantie est vicium vulnus aut morbus
cumque caro sit ipsa substantia profecto aliquod
bonum est cui accidunt ista mala
id est privationes eius boni quod dicitur
sanitas. Ita et animarum quecumque sunt
vicia naturalium privationes sunt bo-
norum. Que cum sanantur non aliquo transferuntur
sed ea que ibi erant nusquam erunt quando
in illa sanitate non erunt. [cap. quintum]
Nature igitur omnes quoniam naturarum prorsus
omnium conditor summe bonus est bo-
ne sunt. Sed quia sicut non earum con-
ditor summe atque immutabiliter bone sunt
ideo in eis et augeri bonum et minui
potest. Sed bonum minui malum est quam-
vis quantumcumque minuatur remaneat
aliquid necesse est si adhuc natura
est unde natura sit. Neque enim qualiscumque
et quantulacumque est consumi
bonum quod natura est nisi et ipsa consumatur

potest. Merito quippe natura incorrupta lau-
datur. Porro si et incorruptibilis
sit que corrumpi omnino non possit multo est
procul dubio laudabilior. Cum vero
corrumpitur ideo malum est eius corru-
ptio quia eam qualicumque privat bo-
no. Nam si nullo bono privat non
nocet. Nocet autem adimendo bonum [adimendo]
Quamdiu itaque natura corrumpitur inest
ei bonum quo privetur. Ac per hoc si nature
aliquid remanebit quod iam corru-
pi nequeat profecto natura incorruptibi-
lis erit et ad hoc magnum bonum
incorruptione perveniet. Et si corru-
pi non desinet nec bonum habere utique
desinet quo eam privare possit
corruptio. Quam si penitus totam
que consumpserit ideo nullum bonum inerit
quia natura nulla erit. Quocirca bonum
consumere corruptio non potest nisi con-
sumendo naturam. Omnis ergo natura
bonum est magnum si corrumpi non
potest parvum si potest. Negari tamen bonum esse
nisi stulte atque imperite prorsus
non potest. Que si corruptione manebit [consumitur nec ipsa corruptio]
nulla ubi esse possit natura subsistente.
Ac per hoc nullum est quod dicitur malum [cap. vi]
si nullum sit bonum. Sed bonum omni
malo carens integrum bonum est
cui vero inest malum vitiatum vel
vitiosum bonum est. Nec malum um-
quam potest esse ullum ubi est bonum
nullum. Unde res mira conficitur ut quia
omnis in quantum natura est bonum
est nichil aliud dici videatur
cum vitiosa natura mala esse natura
dicitur nisi malum esse quod bonum est
nec malum esse nisi quod bonum est quia
omnis natura bonum est nec res aliqua
mala est natura bonum esset. Non igitur potest [esset nisi res ipsa que mala est natura]
esse malum nisi aliquod bonum. Quod cum
dici videatur absurde connexio tamen
ratiocinationis huius velut inevitabi-
liter nos compellit hoc dicere. Et ca-
vendum est ne incidamus in illam
sententiam propheticam ubi legitur Ve
his qui dicunt quod bonum est ma-
lum et quod malum est bonum qui di-
cunt tenebras lucem et lucem tene-

bras quem dicit dulce amarum et amarum dulce. capitulum 7m

Et tamen dominus ait malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala. Quid autem malus homo nisi mala natura quia homo utique natura est. Porro si homo aliquid bonum est quia natura est, quid est malus homo nisi malum bonum. Tamen cum duo ista distinguimus invenimus nec ideo malum quia homo est, nec ideo bonum quia iniquus est. Quisquis ergo dicit bonum malum hominem esse aut quod bonum est malum esse, ipse incidit in propheticam illam sententiam: Ve hiis qui dicunt quod bonum est malum et quod malum est bonum. Opus enim dei culpat quod est homo, et vitium hominis laudat quod iniquitas est. Omnis itaque natura etsi vitiosa est in quantum natura est bona est, in quantum vitiosa est mala est. Quapropter in hiis contrariis que mala et bona vocantur illa dyalecticorum regula deficit qua dicunt nulli rei duo simul inesse contraria. Nullus enim aer simul est tenebrosus et lucidus, nullus cibus seu potus simul est dulcis et amarus, nullum corpus simul ubi album ibi nigrum, nullum simul ubi deforme ibi formosum. Et in multis ac pene in omnibus contrariis reperitur ut in una re simul esse non possint. Cum autem bona et mala nullus ambigat esse contraria, non solum simul esse possunt, sed mala omnino sine bonis et nisi in bonis esse non possunt, quamvis bona sine malis esse possint. capitulum 8m

Poterat enim homo vel angelus non esse iniustus, iniustus autem non poterat esse nisi homo vel angelus; et bonum quod homo, bonum quod angelus, malum quod iniustus. Et hec duo contraria ita simul sunt ut si bonum non esset in quo esset, prorsus nec malum esse potuisset, quia non modo ubi consisteret sed unde oriretur corruptio non haberet nisi esset quod corrumperetur. Quia nichil est aliud corruptio quam boni exterminatio. Ex bonis ergo mala orta sunt et nisi in aliquibus bonis non sunt. Nec erat unde oriretur ulla mala natura. Nam si esset in quantum natura esset profecto bona esset, et aut incorruptibilis natura magnum esset bonum, aut etiam natura corruptibilis nullo modo esset nisi aliquo bono quod corrumpendo ei posset nocere corruptio. 9m

Sed cum mala ex bonis orta et dicimus, non putetur hoc dominice refragari sententie qua dicit: Non potest arbor bona fructus malos facere. Non potest enim sicut veritas dicit colligi uva de spinis, quia non potest nasci uva de spinis. Sed ex bona terra et vites nasci posse et spinas videmus. Et eodem modo tamquam arbor mala fructus bonos, id est opera bona, non potest facere voluntas mala; sed ex bona hominis natura oriri voluntas et bona potest et mala. Nec fuit prorsus unde primitus oriretur voluntas mala nisi ex angeli et hominis natura bona. Quod et ipse dominus eodem loco ubi de arboribus et fructibus loquebatur apertissime ostendit. Ait enim: Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum, aut facite arborem malam et fructum eius malum; satis admonens ex arbore quidem bona malos aut ex mala bonos nasci fructus non posse, ex ipsa tamen terra cui loquebatur utramque arborem oriri posse. capitulum decimum

Que cum ita sint, cum nobis Maronis ille placet versus: Felix qui potuit rerum cognoscere causas, non nobis videatur ad felicitatem consequendam pertinere si sciamus causas magnarum in mundo corporalium motionum que abditissimis nature finibus occultantur: unde tremor terris, qua vi maria alta tumescunt obicibus ruptis rursumque in se ipsa residant, et cetera huiusmodi. Sed bonarum et malarum rerum causas nosse debemus, et id hactenus quatenus eas homini in hac vita erroribus erumpnisque plenissima ad eosdem errores et erumpnas evadendas nosse conceditur. Ad illam quippe tendendum est felicitatem ubi nulla quatiamur erumpna, nullo errore fallamur. Nam si cause motionum corporalium noscende nobis essent, nullas magis nosse quam nostre valitudinis deberemus. Cum vero eas ignorantes medicos querimus

quis non videat quod deserens celi et
terenos lateat quanta sit patiance
sciendum [illegible]

Quamvis enim error quanta possumus
cura cavendus sit, non solum
in maioribus verum etiam in minoribus
rebus, nec nisi rerum ignorantia possit
errari, non est tamen consequens ut con-
tinuo erret quisquis aliquid
nescit, sed qui se existimat scire quod
nescit. Pro vero quippe approbat falsum, quod erroris
est proprium. Verum tamen in qua re quis-
que erret interest plurimum. Nam in
una et eadem re nescienti sciens
et erranti non errans recta ratione pre-
ponitur. In diversis autem rebus, idem
cum iste sciat alia, ille alia, et iste
utiliora, ille minus utilia vel etiam
noxia, quis non in eis que iste scit
ei preferat nescientem? Sunt enim
quedam que nescire quam scire sit melius.
Item nonnullis errare profuit 12
aliquando, sed in via pedum, non in via
morum. Nam nobis ipsis accidit
ut in quodam bivio falleremur et non
iremus per illum locum ubi opperiens
transitum nostrum donatistarum manus
armata subsederat; atque ita factum est
ut eo quo tendebamus per devium circuitu
venientes, cognitis eorum insidiis, illos
nos gratularemur errasse atque inde
deo gratias ageremus. Quis igitur
viatorem sic errantem sic non errantem
latroni preponere dubitaverit?
Et fortassis ideo apud illum summum po-
etarum loquitur quidam miser a-
mator: ut vidi, ut perii,
ut me malus abstulit error, quoniam
est et error bonus qui non solum
nichil obsit verum etiam prosit aliquid.
Sed diligentius considerata veritate,
cum sit nichil aliud errare
quam verum putare quod falsum est, falsum
quod verum est, vel certum habere pro
incerto, incertum pro certo sive falsum sive
verum, sit [illegible] tam [illegible] deformi-
ce atque indecens quam pulchrum ac
decorum esse sentimus vel in loquendo
vel in assentiendo est est, non non, et

absque dubio propterea etiam vita misera ista qua
vivimus, quod ei nonnumquam ut non capia-
tur error est necessarius. Absit ut
talis sit illa vita ubi ipsa veritas ipsa
vita, ubi nemo fallit nec
fallitur. Hic autem homines falluntur
atque fallunt, miserioresque sunt cum
mentiendo fallunt quam cum menti-
entibus credendo falluntur. Usque adeo
tamen rationalis natura refugit falsita-
tem et quantum potest devitat errorem
ut falli nolint etiam quicumque a-
mant fallere. Non enim sibi qui men-
titur errare videtur, sed alium in errorem
mittere credentem sibi. Et in ea re quidem
non errat quam mendacio conte-
git, si novit quid verum sit ipse, sed
in hoc fallitur quod putat sibi suum non
obesse mendacium, cum magis faci-
enti quam patienti obsit omne peccatum.
Verum hic difficillima et latebrosis-
sima gignitur questio de qua etiam
grandem librum cum videret necessitas
nos urgeret absolvimus, utrum ad offi-
cium hominis iusti pertineat aliquando mentiri.
Nonnulli enim eo usque progrediuntur
ut et peierare et de rebus
ad dei cultum pertinentibus atque de
ipsa dei natura falsum aliquid dicere
nonnumquam bonum piumque opus esse
contendant. Michi autem videtur peccatum vi
quidem esse omne mendacium, sed multum
interesse quo animo et de quibus
rebus quisque mentiatur. Non enim
sic peccat ille qui consulendi quo
iste qui nocendi voluntate men-
titur; aut vero tantum nocet qui via-
torem mentiendo in diversum iter mit-
tit quantum qui viam vite menda-
cio fallente depravat. Nemo sane
mentiens iudicandus est qui dicit
falsum quod putat verum, quoniam quantum in
ipso est non fallit ipse sed fallitur.
Nec ille mendacii sed aliquando temeri-
tatis arguendus est qui falsa in-
caute credita pro veris habet; potius
e contrario quantum in ipso est ipse
mentitur qui dicit verum quod putat
falsum. Quantum enim ad animum eius at-
tinet, quia non quod sentit hoc dicit

non verum dicit quamvis inveniatur
verum esse quod dicit. Nec ullo modo liber
est a mendacio qui ore nesciens
verum loquitur, sciens autem voluntate
mentitur. Non consideratis itaque rebus
ipsis de quibus aliquid dicitur, sed sola
intentione dicentis, melior est qui ne-
sciens falsum dicit, quoniam id verum putat,
quam qui mentiendi animum sciens gerit
nesciens verum esse quod dicit. Ille nam-
que quod animo habet hoc dicit; iste
vero, qualecumque ipsum sit quod ab eo
dicitur, aliud tamen clausum in pectore,
aliud in lingua promptum habet, quod ma-
lum est proprium mentientis. xv

Impar autem quae dicuntur considerans
rebus, tantum interest quid in re quisque
fallatur sive mentiatur, ut tamen falli
quam mentiri minus sit malum quantum
pertinet ad hominis voluntatem, tamen sit longe
tolerabilius in his quae a reli-
gione sunt seiuncta mentiri, quam in
eis sine quorum fide vel notitia
deus coli non potest falli. xvi

Quod ut illustretur exemplis
intueamur quale sit si quisquam
ipse annuntiet vivere aliquem mortuum, et alius fallendo
credat iterum Christum post quaelibet longa
tempora moriturum: nonne illo modo mentiri
incomparabiliter praestat
quam isto modo falli, multoque minoris mali est in illum erro-
rem aliquem inducere quam in istum
ab aliquo induci? xvii

In quibusdam ergo rebus magno, in
quibusdam parvo, in quibusdam nullo
malo, in quibusdam etiam nonnullo bono
fallimur. Nam magno malo fallitur
homo cum hoc non credit quod ad vitam
perducit aeternam, vel quod ad mortem perducit aeternam credit. Parvo autem malo
fallitur qui falsum pro vero approbando
incidit in aliquas molestias
temporales, quibus tamen adhibita
fideli patientia convertit eas in bonum
usum, veluti si quisquam bonum hominem
putando qui malus est aliquid
ab eo patiatur mali. Qui vero malum
hominem ita bonum credit ut nihil
ab eo mali patiatur, nullo malo fallitur, nec in
illum cadit illa prophetica detestatio:
Vae his qui dicunt malum bonum.
De rebus enim ipsis quibus homines
mali sunt, non de ipsis hominibus dictum intel-
ligendum est. Unde qui dicit bonum
adulterium recte arguitur illa voce
prophetica. Qui vero ipsum hominem dicit
bonum quem putat castum, nescitque ad-
ulterum, non in doctrina rerum bona-
rum et malarum, sed in occultis huma-
norum fallitur morum, nominans homi-
nem bonum in quo putat esse quod esse non
dubitat bonum, dicens malum adulterum
et bonum castum, sed istum dicens bonum
nesciendo adulterum esse non castum.
Porro si per errorem evadit quisque
perniciem, sicut supra dixi nobis
in itinere contigisse, etiam boni ali-
quid homini errore confertur. Sed cum
dico in quibusdam rebus nullo malo
aliquem vel nonnullo etiam bono falli,
non ipsum errorem dico nullum malum
vel nonnullum bonum, sed malum quo non per-
venitur vel bonum quo pervenitur errando,
id est quid ex ipso errore non eveniat
vel quid eveniat. Nam ipse per se
error aut magnum in re magna
aut parvum in re parva, tamen semper est ma-
lum. Quis enim nisi errans ma-
lum neget approbare falsa pro veris
aut improbare vera pro falsis aut
habere incerta pro certis vel incerta pro certis?
Sed aliud est malum hominem putare
quod bonus est, quod est erroris, et aliud
est ex hoc malo aliud malum non
pati, si nihil nocet homo malus qui
est putatus bonus. Itemque aliud est
ipsam viam putare quae non est ipsa,
et aliud est ex hoc erroris malo
aliquid boni consequi, sicut est ab insi-
diis malorum hominum liberari. xviii

Nescio sane utrum et huiusmodi
errores, cum homo de malo homine
bene sentit, qualis sit nesciens, aut
cum pro his quae per sensus corporis capimus
occurrunt similia quae spiritu tamquam
corpore aut corpore tamquam spiritu
sentimus, quale putabat esse apostolus

petrus qui se existimabat visum videre repente declinatus et vinctis per angelum liberatus. sicut in ipsis rebus corporis leve putare esse quod asperum est aut dulce quod amarum est aut bene olere quod putidum aut tonare cum reda transit aut illum esse illum cum alius sit quando duo similes sunt quod in geminis saepe contingit unde ait ille gratusque parentibus error et cetera talia peccata dicenda sint. Nec eos nodosissimam quae homines acutissimos achademicos torsit nunc adenodanda est suscepta utrum aliquid sapiens debeat approbare ne incidat in errorem si pro veris approbaverit falsa cum omnia sicut affirmant vel occulta sint vel incerta. Unde tria confecta volumina initio conversionis meae ne impedimento nobis esset quae tanquam in hostio contradicebat. Et utique fuerat removenda inveniendae desperatio veritatis quae illorum videtur argumentationibus roborari. Apud illos ergo error omnis putatur esse peccatum quod vitari non posse contendunt nisi omnis suspendatur assensio. Errare quippe dicunt eum quisquis assentitur incertis nihilque certum esse in hominum visis propter indiscretam similitudinem falsi etiam si quod videtur forte verum sit. Acutissime quidem sed impudentissime conflictationibus disputant. Apud nos autem iustus ex fide vivit. At si tollatur assensus fides tollitur quia sine assensione nihil creditur. Et sunt vera quamvis non videantur quae nisi credantur ad vitam beatam quae non nisi aeterna est non potest perveniri. Cum istis vero utrum loqui debeamus ignoro qui non victuros se in aeternum sed in praesentia se vivere nesciunt immo nescire se dicunt quod nescire non possunt. Neque enim quisquam sinitur nescire se vivere quandoquidem si non vivit non potest aliquid vel nescire quando non solum scire verum etiam nescire non nisi viventis est. Sed videlicet non assentiendo quod vivant cavere sibi videntur errorem cum etiam errando convincantur vivere quoniam non potest qui non vivit errare. Sicut ergo non solum verum sed etiam certum est quod vivimus ita vera et certa sunt multa quibus non assentiri absit ut sapientia potius quam dementia nominanda sit. In quibus autem rebus nihil interest ad capessendum regnum dei utrum credantur an non vel vera sint vel putentur an falsa in his errare id est aliud pro alio putare non arbitrandum est esse peccatum aut si est minimum esse atque levissimum. Postremo qualecumque et quantumcumque sit ad illam viam non pertinet qua imus ad deum quae via fides est Christi quae per dilectionem operatur.

xix Neque enim ab hac via deviabat parentibus qui se in geminis filiis gratus illis erat error aut ab hac via deviabat apostolus petrus qui se estimans visum videre aliud pro alio sic putabat ut a corporum imaginibus inter quas se esse arbitrabatur vera in quibus erat corpora non discerneret nisi cum ab illo angelus per quem fuerat liberatus abscessisset aut ab hac via deviabat iacob patriarcha quando viventem filium a bestia credebat occisum. In his atque huiusmodi falsitatibus salva fide quae in deum est fallimur et via non relicta quae nos ducit ad eum erramus. Qui errores etiam si peccata non sunt tamen in malis huius vitae deputandi sunt quae sic subiecta est vanitati ut approbentur haec falsa pro veris respuantur vera pro falsis teneantur incerta pro certis. Quamvis enim haec absint a fide qua veram et certam ad aeternam beatitudinem tendimus ab hac tamen miseria non absunt in qua adhuc sumus in corpore. Nullo modo quippe falleremur in aliquo vel animi vel corporis sensu si iam vera illa felicitate frueremur atque perfecta. Porro autem omne mendacium dicendum est esse peccatum quia homo non solum quando scit ipse quid verum sit sed etiam si quando errat et fallitur sicut homo hoc debet loqui quod animo

gerit sive id verum sit sive putetur
et non sit. Omnis autem qui mentitur
contra id quod animo sentit loquitur
voluntate fallendi. Et utique verba propterea
sunt instituta non per que se invicem
homines fallant sed per que in alterius
quisque notitiam cogitationes suas
perferat. Verbis ergo uti ad fallaciam
non ad id quod sunt instituta peccatum est.
xx Nec ideo nullum mendacium puta-
dum est non esse peccatum quia
possumus aliquando alicui prodesse men-
tiendo. Possumus enim et furando
alicui prodesse si pauper cui palam
datur sentit commodum et dives
cui clam tollitur non sentit incom-
modum nec ideo tale furtum quisquam
dixerit non esse peccatum. Possumus etiam
adulterando si aliqua nisi ad hoc ei consen-
tiatur appareat amando moritura
et si vixerit penitendo purgando nec
ideo peccatum negabitur tale adulterium.
Si autem merito placet nobis castitas
quid offendit veritas ut pro aliena
utilitate illa non violetur adulteran-
do et violetur ista mentiendo. Plurimum
quidem ad bonum profecisse homines qui
non nisi pro salute hominis mentiuntur
non est negandum sed in tali profectu
merito laudatur vel etiam temporaliter remu-
neratur benivolentia non fallacia
que ut ignoscatur satis est non ut
predicetur maxime in heredibus testamenti
novi quibus dicitur Sit in ore vestro
est est non non quod enim amplius est a
malo est propter quod malum quia subrepere
in hac mortalitate non desinit
etiam coheredes ipsi Christi dicunt debita
nostra dimitte nobis. Hec itaque pro
huius brevitate nostri tractatus cum
tractata sint que cause cognoscende sunt rerum bonarum
et malarum quantum vie satis est
que nos perducat ad regnum ubi
erit vita sine morte sine errore
vitae sine perturbatione felicitas
nequaquam dubitare debemus
rerum que ad nos pertinent bonarum
causam non esse nisi bonitatem
dei malarum vero nisi ab immutabili
bono deficientem boni mutabilis
voluntatem prius angeli hominis postea.
Hoc primum est creature rationalis
malum id est privatio boni. Deinde etiam
nolentibus subintravit ignorantia
rerum agendarum et concupiscentia noxiarum
quibus comites subinferuntur error
et dolor que duo mala quando in
imminentia sentiuntur eorum fugitans ani-
mi motus vocatur metus. Porro cum animus
adipiscitur concupita quamvis perniciosa
vel inania quoniam id errore
non sentit vel delectatione morbida
vincitur vel vana etiam letitia ventila-
tur. Ex his morborum non ubertatis
sed indigentie tamquam fontibus om-
nis miseria nature rationalis emanat. xxi
Que tamen natura in malis suis non
potuit amittere beatitudinis ap-
petitum. Verum hec communia mala sunt
et hominum et angelorum pro sua malicia
domini iustitia dampnatorum. Sed homo
habet et penam propriam qua etiam corporis
morte punitus est. Mortis ei quippe
supplicium deus comminatus fuerat si peccaret
sic eum munerans sic libero
arbitrio ut tamen regeret imperio
terreret exitio atque in paradisi felicitate
tamquam in umbra vite unde iustitia
custodita in meliora conscenderet
collocavit. Hinc post peccatum exul
effectus stirpem quoque suam quam
peccando in se tamquam in radice vi-
ciaverat pena mortis et dampna-
tionis obstrinxit ut quidquid
prolis ex illo et simul dampnata per quam
peccaverat coniuge per carnalem con-
cupiscentiam qua inobedientie pena
similis retributa est nasceretur traheret .:
per errores doloresque diversos ad illud
extremum cum desertoribus angelis
corruptoribus possessoribus et consor-
tibus suis sine fine supplicium. Sic ergo
per unum hominem peccatum intravit
in mundum et per peccatum mors et ita
in omnes homines pertransiit in quo
omnes peccaverunt. Mundum quippe
appellavit eo loco apostolus universum
genus humanum. Ita ergo se res habebat
iacebat in malis vel etiam volvebatur

.: originale peccatum quo traheretur

et de malo in malum precipitabat
totius humani generis massa dampna
ta et adiuncta parti eorum qui preva
ricati erant angelorum luebat impie de
sertionis dignissimas penas ad iram
quippe dei pertinet quidquid ce
ca et indomita concupiscentia fa
ciunt libenter mali et quidquid ma
nifeste aperteque pene patiuntur
inviti non sane creatoris deserente
bonitate et malis angelis submi
nistrare vitam vivacemque potentiam submi
nistrans si auferatur intercidit et homi
nibus quamvis de propagine viciata dampnataque
nascentibus formare semina et animare
et ordinare membra per temporum eta
tes per locorum spatia vegetare sensus
alimenta donare melius enim
iudicavit de malis benefacere quam
mala nulla esse permittere et si quidem
in melius esse hominum reformatorem
nullam prorsus hominum esse voluisset
sicut impiorum nulla est angelorum non
ne merito fieret ut natura que deum
deseruit que preceptum sui creatoris
quod custodire facillime posset suo
male utens potestate calcavit atque
transgressa est que in se sui creatoris
abiecit ymaginem eius contumaciter
eius lumine avertens salubrem ser
vitutem ab eius legibus male li
bero abrupto arbitrio recusavit
universa in eternum desereretur ab eo
et pro suo merito penam penderet sempiter
nam plane itaque faceret si tantum iustus
non etiam misericors esset suamque inde
bitam misericordiam multo evidencius in
dignorum potius liberatione monstraret

Angelis igitur aliquibus impia super
bia deserentibus deum et in huius
aeris ymam caliginem de superna ce
lesti habitatione deiectis residuus
numerus angelorum in eterna cum deo beatitudine
et sanctitate permansit neque enim ex
uno angelo lapso atque dampnato ce
teri propagati sunt ut eos sicut ho
mines originale malum obnoxie
successionis vinculis obliga
ret atque universos traheret ad debitas
penas sed eo qui dyabolus factus est cum
sociis impietatis elato et ipsa cum
eis elatione prostrato ceteri pia obe
dientia deo coheserunt accipientes
etiam quod illi non habuerunt certam scienciam
qua essent de sua sempiterna et
numquam casura stabilitate securi
placuit itaque universitatis creatori atque
moderatori deo ut quoniam non tota
multitudo angelorum deum deserendo
perierat ea que perierat in perpetua
perditione remaneret que autem
cum deo illa deserente perstiterat
de sua certissime cognita semper
futura felicitate gauderet
Alia vero creatura rationalis que
in hominibus erat quoniam peccatis atque
suppliciis et originalibus et propriis
tota perierat ex eius reparata quod
angelice societati ruina illa
dyabolica minuerat suppleret hoc enim
promissum est sanctis resurgentibus quod
erunt equales angelis dei Ita super
na Ierusalem mater nostra civitas dei nulla
civium suorum numerositate fraudabitur
aut etiam uberiori copia fortasse
regnabit etc. xxiiii

Neque enim numerus aut sanctorum hominum
aut immundorum demonum novimus
in quorum locum succedentes filii sancte matris
que sterilis apparebat in terris in ea pa
ce de qua illi ceciderunt sine ullo
temporis spatio permanebunt Sed illorum ci
vium numerus sive qui est sive qui futurus
est in contemplatione eius est artificis
qui vocat ea que non sunt tamquam
sint atque in mensura et pondere et
numero cuncta disponit Verum etiam haec pars generis
humani cui deus liberationem regnumque
promisit eternum numquid meritis operum
suorum reparari potest Absit Quid enim
boni operatur perditus nisi quantum
fuerit a perditione liberatus Numquid
voluntatis arbitrio et hoc absit
Nam libero arbitrio xxv
male utens homo et se perdidit et se
et ipsum Sicut enim qui se occidit
utique vivendo se occidit sed se occidendo

non invenit unde se ipsum possit resuscitare
cum occidit. Itaque cum libero pecca-
retur arbitrio victore peccato amissum
est et liberum arbitrium. A quo enim
quisque devictus est huic et servus
addictus est. Petri certe apostoli est ista
sententia. Que cum vera sit qualis queso potest
servi addicti esse libertas nisi quando eum pec-
catore [delectat] liberaliter enim servit qui sui
domini voluntatem libenter facit. Ac per hoc
ad peccandum liber est qui peccati ser-
vus est. Unde ad iuste faciendum
liber non erit nisi a peccato liberatus
esse iusticie ceperit servus. Ipsa est vera
libertas propter recti facti leticiam simul
et pia servitus propter precepti obedientiam.
Sed ad bene faciendum ista libertas unde
erit homini addicto et vendito nisi
redimat cuius illa vox est: Si vos
filius liberaverit tunc vere liberi
eritis. Quod antequam fieri in homine
incipiat quomodo quisque libero arbi-
trio in bono gloriabitur opere qui non-
dum est liber ad operandum bene
nisi se vana superbia inflatus
extollat. Quam cohibet apostolus dicens:
Gratia salvi facti estis per fidem. Et ne
saltem sibi altem fidem sic arro-
garent ut non intelligerent divinitus
esse donatam sicut idem apostolus alio
loco se dicit ut fidelis esset miseri-
cordiam consecutus sit. Hic quoque adiunxit atque
ait: Et hoc non ex vobis est sed dei
donum est [non] ex operibus ne forte
quis extollatur. Et ne putaretur
fidelibus bona defutura opera ad-
iecit: Ipsius enim sumus figmentum
creati in Christo Iesu in operibus bonis
que preparavit deus ut in illis am-
bulemus. Tunc ergo efficimur vere
liberi cum deus nos fingit id est
format et creat non ut homines quod
iam fecit sed ut boni homines simus
quod nunc gratia sua facit ut simus
in Christo nova creatura secundum quod est dictum:
Cor mundum crea in me deus.
Neque cor eius quantum pertinet
ad naturam cordis humani non iam

creaverat deus.

Item ne quisquam etsi non de operi-
bus de ipso glorietur libero volunta-
tis arbitrio tamquam ab ipso incipi-
at meritum cui tamquam debitum reddatur
premium bene operandi ipsa libertas au-
diat eundem gratie preconem dicente:
Deus est enim qui operatur in nobis et
velle et operari pro bona voluntate. Et
alio loco: Igitur non volentis neque cur-
rentis sed miserentis est dei. Cum procul
dubio si homo eius etatis est
ut ratione iam utatur non possit credere
sperare diligere nisi vellet nec pervenire
ad palmam superne vocationis
dei nisi voluntate cucurrerit. Quomodo
ergo nolentis neque currentis nisi quia et
ipsa voluntas sicut scriptum est a domino
preparatur. Alioquin si propterea dictum est non
volentis neque currentis sed miserentis
est dei tamquam diceretur non suffi-
cit sola voluntas hominis si non sit etiam
misericordia dei non ergo sufficit et sola miseri-
cordia dei si non sit etiam voluntas hominis.
Ac per hoc si recte dictum est non volentis
hominis sed miserentis est dei quia illa
voluntas hominis sola non implet cur
non e contrario recte dicitur non miserentis
est dei sed voluntatis hominis est quia
id misericordia dei sola non implet. Porro
si nullus dicere christianus audebit non
miserentis dei sed volentis est hominis
ne apostolo apertissime contradicat
restat ut propterea recte dictum intelligatur
non volentis neque currentis sed miserentis
est dei ut totum detur deo qui hominis
voluntatem bonam preparat adiuvandam
et adiuvat preparatam. Precedit
enim bona voluntas hominis multa
dei dona sed non omnia. Que autem
non precedit ipsa in eis est et ipsa est.
Nam utrumque legitur in sanctis eloquiis
et misericordia eius preveniet me et
misericordia eius subsequetur me. Nolente
prevenit ut velit volentem subsequitur
ne frustra velit. Cur enim admo-
nemur orare pro inimicis nostris
utique nolentibus pie vivere nisi ut

quia ex utroque fit id est voluntate hominis et misericordia dei ut
sic dictum accipiamus non volentis neque currentis sed
miserentis est dei

deus in illis operatur et velle. Itaque cum admonemur petere ut et accipiamus, nisi ut ab illo fiat quod volumus a quo factum est ut velimus. oramus ergo pro inimicis nostris ut misericordia dei preveniat eos sicut prevenit et nos. oramus autem pro nobis ut misericordia dei eius subsequatur et nos.

xxvii Tenebatur itaque iusta dampnatione genus humanum ut omnes essent filii ire. de qua ira scriptum est: Quoniam omnes dies nostri defecerunt, et in ira tua defecimus; anni nostri sicut aranea meditabuntur. de qua ira dicit et Iob: homo natus ex muliere brevis vite et plenus ire. de qua ira dicit et dominus Iesus: Qui credit in filium habet vitam eternam, qui autem non credit filio non habebit vitam eternam sed ira dei manet super eum. non ait veniet sed manet super eum. cum hac quippe omnis homo nascitur. propterea quod dicit apostolus: Fuimus enim et nos natura filii ire sicut et ceteri. in hac ira cum essent homines per originale peccatum tanto gravius et perniciosius quanto maiora vel plura insuper addiderunt, necessarius erat mediator, hoc est reconciliator, qui hanc iram sacrificii singularis, cuius erant umbre omnia sacrificia legis et prophetarum, oblatione placaret. unde dicit apostolus: Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati nunc iustificati in sanguine eius salvi erimus ab ira per ipsum. Cum autem deus irasci dicitur, non eius significatur perturbatio qualis est in animo irascentis hominis, sed ex humanis motibus translato vocabulo vindicta eius, que non nisi iusta est, ire nomen accepit. Quod ergo per mediatorem reconciliamur deo et accipimus spiritum sanctum ut ex inimicis efficiamur filii — quotquot enim spiritu dei aguntur hii filii sunt dei — hec est gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. 28

De quo mediatore longum est ut quanta digna sunt dicantur, quamvis ab homine digne dici non possunt. quis enim hoc solum congruentibus explicet verbis quod verbum caro factum est et habitavit in nobis, ut crederemus in dei patris omnipotentis unicum filium natum de spiritu sancto et Maria virgine. Ita quippe verbum caro factum est a divinitate carne suscepta, non in carnem divinitate mutata. carnem quippe hic hominem debemus accipere, a parte totum significante locutione, sicut dictum est: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, id est omnis homo. nichil tamen nature humane in illa susceptione fas est dicere defuisse, sed nature ab omni peccati nexu omnimodo libere; non qualis de utroque sexu nascitur per concupiscentiam carnis cum obligatione delicti, cuius reatus regeneratione diluitur, sed qualem de virgine nasci oportebat, quem fides matris non libido conceperat. Quod si vel nascente corrumperetur eius integritas, non iam ille de virgine nasceretur, eumque falso natum de virgine Maria tota confiteretur ecclesia, que imitans eius matrem cotidie parit membra eius et virgo est. lege si placet de virginitate sancte Marie meas litteras ad illustrem virum quem cum honore ac dilectione nomino Volusianum. 29

Proinde Christus Iesus dei filius est et deus et homo. deus ante omnia secula, homo in nostro seculo. deus quia dei verbum — deus enim erat verbum —, homo autem quia in unitate persone accessit verbo anima rationalis et caro. Quocirca in quantum deus est ipse et pater unum sunt; in quantum autem homo est pater maior est illo. Cum enim esset unicus filius dei non gratia sed natura, ut esset plenus etiam gratia factus est et hominis filius, idemque ipse utrumque ex utroque unus Christus. qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est quod natura erat, id est esse deo equalis. semetipsum autem exinanivit formam servi accipiens, non amittens vel minuens formam dei. ac per hoc et minor est factus et mansit equalis, utrumque unus sicut dictum est; sed aliud propter verbum aliud propter hominem: propter verbum equalis patri, propter hominem minor. unus dei filius idemque hominis filius, unus hominis filius

Ita

Deinde dei filius non duo dei filii
Deus et homo sed unus dei filius
Deus sine inicio homo a certo inicio dominus
noster ihesus christus

30

Hic omnino granditer et evidenter
gracia dei commendatur. Quid enim
humana natura in homine christo meruit
ut est assumpta. Sed bona voluntas
cuius boni propositi studium que bona
opera precesserunt quibus mereretur iste homo
ut una fieret persona cum deo. Numquid
antea fuit homo et hoc ei singulare
beneficium constitutum est ut singulariter
deum promereretur. Nempe ex quo homo
cepit esse non aliud cepit homo
esse quam dei filius et hoc unicus
et hoc propter verbum dei quo illo suscepto
caro factum est utique deus ut quemadmodum
est una persona quilibet
homo anima rationalis et caro ita sit
christus una persona verbum et homo. Unde
nature humane tanta gloria nullis precedentibus
meritis sine dubitatione
gratuita nisi quia magna hic et
sola dei gracia fideliter et sobrie con
siderantibus evidenter ostenditur ut in
telligant homines per eandem graciam
se iustificari a peccatis per quam factum est
ut homo christus nullum posset habere peccatum.
Sic etiam eius matrem angelus
salutavit cum ei futurum annunciaret
hunc partum. Ave inquit gracia plena
et paulo post ait invenisti graciam
apud deum. Dicitur ut non domini sui
immo omnium domini esset. De ipso autem
christo Iohannes ewangelista cum diceret et verbum
caro factum est et habitavit in nobis
et vidimus inquit gloriam eius gloriam quasi
unigeniti a patre plenum gracia et veri
tate. Quod autem ait verbum caro factum est
hoc est plenum gracie quod ait gloriam
unigeniti a patre hoc est plenum veri
tatis. Veritas quippe ipsa unigenitus dei
filius non gracia sed natura gracia suscepit
hominem tanta unitate persone ut
idem ipse esset etiam hominis filius.

(margin: et hec quidem gracia plena et invenisse graciam apud deum)

31

Idem namque ihesus christus filius dei
unigenitus id est unicus dominus noster
natus est de spiritu sancto ex maria vir
gine. Et utique spiritus sanctus dei donum est
quod quidem et ipsum est equale donanti
et ideo deus est et etiam spiritus sanctus
patre filioque non minor. Et hoc ergo quod de
spiritu sancto secundum hominem est nativitas
christi quid aliud quam ipsa gracia divina
demonstratur. Cum enim virgo quesisset ab angelo quomodo
fieret quod ei nunciabat quoniam illa virum non
cognovisset respondit angelus Spiritus sanctus
superveniet in te et virtus altissimi
obumbrabit tibi ideo et quod nascetur ex te
sanctum vocabitur filius dei. Et Ioseph
cum vellet eam dimittere suspicatus
adulteram quam sciebat non de se gravidam
tale responsum ab angelo accepit.
Noli timere accipere mariam coniugem
tuam quod enim in ea natum est de spiritu
sancto est id est quod tu de alio viro suspicaris
de spiritu sancto est. Numquid tamen ideo dicturi sumus
patrem hominis christi esse spiritum sanctum ut deus
pater verbum genuerit spiritus sanctus hominem
ex qua utraque substancia christus unus esset
et dei patris filius secundum verbum spiritus sancti fi
lius secundum hominem quasi enim
spiritus sanctus tamquam pater eius de matre
virgine genuisset. Quis hoc dicere aude
bit. Nec opus est ostendere disputando quanta
alia sequantur absurda cum hoc
ipsum iam sit absurdum ut nulle fide
lium aures id valeant sustinere.
Proinde sicut confitemur dominus noster ihesus
christus qui de deo deus est homo autem natus
est de spiritu sancto et de virgine maria utraque
substancia divina atque humana filius est
unicus dei patris omnipotentis de quo pro
cedit spiritus sanctus. Quomodo ergo dicimus
christum natum de spiritu sancto si non eum
genuit spiritus sanctus an quia fecit
eum quia dominus noster ihesus christus in
quantum deus est omnia per ipsum facta sunt
in quantum autem homo est et ipse factus
est sicut dicit apostolus factus est ex semine
david secundum carnem. Sed cum illam
creaturam quam virgo concepit et peperit
quamvis ad solam filii personam pertinentem
tota trinitas fecerit neque enim
separabilia sunt opera trinitatis

aut mea facienda solius spiritus nomina-
tus est. Nam sicut unius hominis aliquod
opere nominat universa operari trinitas
intelligitur, ita non est, ut exemplis
doceri potest. Sed non est diutius immoran-
dum in hoc. ¶ 32 ¶
Illud enim movet quomodo dictum sit
de spiritu sancto cum nullo modo filius sit
spiritus sancti. Neque enim quia istum mundum
fecit deus dici eum possibile est dei
filium aut eum natum de deo, sed factum
vel creatum vel conditum vel institutum
ab illo vel si quid aliud huiusmodi recte possumus
dicere. Hic ergo cum confiteamur natum de
spiritu sancto et Maria virgine, quomodo
non sit filius spiritus sancti et sit filius
virginis Marie, cum et de illo et
de illa sit natus, explicare diffici-
le est. Procul dubio non sic de illo ut
de patre, sic autem de illa ut de matre natus
est. Non igitur concedendum est quidquid
de aliqua re nascitur continuo
eiusdem rei filium nuncupandum. Ut
enim omittam aliter de homine
nasci filium, aliter capillum, pediculum,
lumbricum, quorum nichil est filius, ut
ergo omittam hec que tante rei deformiter
comparantur, certe qui nascuntur ex aqua
et spiritu sancto non aque filios eos dixerit
recte quispiam, sed plane dicuntur
filii dei patris et matris ecclesie. Sic ergo de spiritu
sancto natus filius dei patris, non spiritus
sancti. Nam et illud quod de capillo et de
ceteris diximus ad hoc tantum valet ut
admoneamur non omne quod de aliquo
nascitur et filium eius de quo nascitur
posse dici, sicut non omnes
qui dicuntur alicuius filii consequens est
ut etiam de illo nati esse dicantur,
sicut sunt qui adoptantur. Dicuntur
etiam filii gehenne non ex illa nati
sed in illam preparati, sicut filii regni qui pre-
parantur in regnum. Cum itaque de aliquo
nascatur aliquid etiam non eo modo
ut sit filius, et de Maria virgine sicut
filius insinuat nobis gratiam
dei qua homo nullis precedentibus
meritis in ipso exordio nature sue
quo esse cepit verbo dei copularetur

---

nec rursus omnis qui dicitur filius de illo sit natus
cuius dicitur filius, profecto modus iste quo natus est
Christus de spiritu sancto non sit filius.

in tantam unitatem persone ut idem ipse
esset filius dei qui filius hominis [homo qui filius]
et filius dei, ac sic in nature humane
susceptione fieret quodammodo ipsa
gratia illi homini naturalis que nullum
peccatum posset committere. Que gratia propterea
fuerat per spiritum sanctum significanda quia
ipse proprie sic est deus ut dicatur etiam
dei donum. Unde ut sufficienter eloqui,
si tamen id fieri potest, valde pro-
lixe disputationis est. ¶ 33
Nulla igitur voluptate carnalis con-
cupiscentie seminatus sive conceptus
et ideo nullum peccatum originaliter trahens,
dei gratia quoque verbo patris unigenito
non gratia filio sed natura in unitate per-
sone modo mirabili et ineffabili ad-
iunctus atque concretus, et ideo nullum
et ipse committens, tamen propter similitudinem
carnis peccati in qua venerat dictus est [venerat]
et ipse peccatum sacrificandum ad diluenda
peccata. In veteri quippe lege peccata vocabantur
sacrificia pro peccatis, quod vere iste factus est,
cuius umbre erant ille. Hinc apostolus
cum dixisset: obsecramus pro Christo reconci-
liari deo, continuo subiunxit atque ait:
eum qui non noverat peccatum pro nobis
peccatum fecit deus ut nos simus iusti- [peccatum]
cia dei in illo. Non ait ut in quibusdam
mendosis codicibus legitur:
is qui non noverat peccatum pro nobis
peccatum fecit, tamquam pro nobis Christus
ipse peccaverit, sed ait: eum qui non no-
verat peccatum, id est Christum, pro nobis peccatum fecit
deus cui reconciliandi sumus, hoc est
sacrificium pro peccatis per quod reconciliari va-
leremus. Ipse ergo peccatum ut nos iusti-
cia, non nostra sed dei, nec in nobis sed in ipso, sicut
ipse peccatum non suum sed nostrum, nec in se
sed in nobis constitutum similitudine
carnis peccati in qua crucifixus est
demonstravit, ut quoniam peccatum ei non
inerat ita quodammodo peccato moreretur,
dum moritur carni in qua erat simili-
tudo peccati, et cum secundum vetustatem
peccati ipse numquam vixisset, sua resur-
rectione ex vetere qua in peccato mortui fue-
ramus reviviscentem vitam novam

sua resurrectione figuraret ipsum quod in nobis celebratur magnum baptismi sacramentum ut quicumque ad istam pertinet gratiam moriatur peccato sicut ipse peccato mortuus dicitur quia mortuus carni hoc est peccati similitudini et vivat a lavacro renascendo sicut ipse a sepulcro resurgendo quamlibet etatem corporis gerat.

34 A parvulo enim recens nato usque ad decrepitum senem sicut nullus est prohibendus a baptismo ita nullus est qui non peccato moriatur in baptismo sed parvuli tantum originali maiores autem etiam illis omnibus moriuntur peccatis quecumque male vivendo addiderunt ad id quod nascendo traxerunt. Sed ideo et ipsi peccato mori plerumque dicuntur cum procul dubio non uni sed multis peccatis omnibusque moriantur quecumque iam propria commiserunt vel cogitatione vel locutione vel opere quia et per singularem numerum pluralis numerus significari solet sicut ait ille: uterumque armato milite complent quamvis hoc illic multis militibus fecerint. Et in nostris litteris legitur: Ora ergo ad dominum ut auferat a nobis serpentem non ait serpentes quos patiebatur populus ut hoc diceret et innumerabilia talia. Cum vero et illud originale unum pluraliter numero significatur cum dicimus in remissionem peccatorum baptizari parvulos nec dicimus in remissionem peccati illa est e contrario locutio qua per pluralem singularis numerus significatur sicut in evangelio mortuo Herode dictum est: mortui sunt enim qui querebant animam pueri non dictum est mortuus est. Et in Exodo: fecerunt inquit sibi deos aureos cum unum vitulum fecerint de quo dixerunt: hi sunt dii tui Israel qui te eduxerunt de terra Egypti et hic pluralem ponentes pro singulari.

35 Quamvis et in illo peccato uno quod per unum hominem intravit in mundum et in omnes homines pertransiit propter quod etiam parvuli baptizantur possint intelligi plura peccata si unum ipsum in sua quasi membra singula dividatur. Nam et superbia est illic quia homo in sua potius esse quam in dei potestate dilexit et sacrilegium quia deo non credidit et homicidium quia se ipsum precipitavit in mortem et fornicatio spiritualis quia integritas mentis humane serpentina suasione corrupta est et furtum quia cibus prohibitus usurpatus est et avaritia quia plus quam illi sufficere debuit appetivit et si quid aliud in hoc uno admisso diligenti consideratione inveniri potest.

36 Parentum quoque peccatis parvulos obligari non solum primorum hominum sed etiam suorum de quibus ipsi nati sunt non improbabiliter dicitur. Illa quippe divina sententia: reddam peccata patrum in filios tenet eos utique antequam per regenerationem ad testamentum novum incipiant pertinere. Quod testamentum prophetabatur cum diceretur per Ezechielem non accepturos filios peccata patrum suorum nec amplius futuram in Israel parabolam illam: patres manducaverunt uvam acerbam et dentes filiorum obstupuerunt. Ideo enim quisque renascitur ut solvatur in eo quicquid peccati est cum quo nascitur. Nam peccata que male postea agendo committuntur possunt et penitendo sanari sicut et post baptismum fieri videmus. vide Ac per hoc non est instituta regeneratio nisi quia vitiosa est generatio usque adeo ut etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat: in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis mater mea me in utero aluit. Neque hic dixit in iniquitate vel peccato cum et hoc recte dici posset sed iniquitates et peccata dicere maluit. Et quia in illo uno quod in omnes homines pertransiit atque tam magnum est ut eo mutaretur et converteretur in necessitatem mortis humana natura reperiuntur sicut supra disserui plura peccata et alia parentum que etsi non ita possunt mutare naturam reatu tamen obligant filios nisi gratuita gratia et misericordia divina subveniat.

37 Sed de peccatis aliorum parentum quibus ab ipso Adam usque ad patrem suum progeneratoribus quisque succedit non immerito disceptari potest utrum omnium malis actibus et multiplicatis delictis originalibus qui nascitur implicetur ut tanto peius quanto posterius quisque nascatur an propterea

Deus tertiam et quartam generationem de peccatis eorum parentum posteris comminetur quia iram suam quantum ad progenitorum culpas non extendit ulterius moderatione miserationis sue ne illi quibus regenerationis gratia non confertur nimia sarcina in ipsa sua eterna dampnatione premerentur si cogerentur ab initio generis humani omnium precedentium parentum suorum originaliter peccata contrahere et penas pro eis debitas pendere an aliud aliquid de re tanta in scripturis sanctis diligentius perscrutatis atque tractatis valeat vel non valeat reperiri temere affirmare non audeo. Illud tamen unum peccatum quod tam magnum in loco et habitu tante felicitatis admissum est ut in uno homine originaliter atque ut ita dixerim radicaliter totum genus humanum dampnaretur non solvitur ac diluitur nisi per unum mediatorem dei et hominum hominem Ihesum Christum qui solus potuit ita nasci ut ei non opus esset renasci.

38 Non enim renascebantur qui baptismate Iohannis baptizabantur a quo et ipse baptizatus est sed quodam precursorio illius ministerio cum dicebat parate
Iohan. viam domino huic uni in quo solo renasci poterant parabantur. Huius enim baptisma est non in aqua tantum sicut fuit Iohannis verum etiam de spiritu sancto ut de illo spiritu regeneretur quisquis in Christum credit de quo Christus generatus regeneratione non eguit. Unde vox illa patris que super baptizatum facta est ego hodie genui te non illud temporis diem quo baptizatus est sed immutabilis eternitatis ostendit ut illum hominem ad unigeniti personam pertinere monstraret. Ubi enim dies nec hesterni fine inchoatur nec initio crastini terminatur semper hodiernus est. Quia ergo baptizari voluit ab Iohanne non ut eius iniquitas ulla dilueretur sed ut magna commendaretur humilitas. Ita quippe nichil in eo baptismus invenit quod ablueret sicut mors nichil quod puniret

invenit ut dyabolus veritate iusticie non violentia potestatis oppressus et victus cum ipsum sine ullo peccato iniquissime occiderat per ipsum iustissime amitteret quos peccati merito detinebat. Utrumque itaque ab illo idem et baptisma et mors certe dispensationis causa non miseranda necessitate sed miserante potius voluntate susceptum ut unus peccatum tolleret mundi sicut unus peccatum misit in mundum hoc est in universum genus humanum. Nisi quod ille unus unum peccatum misit
in mundum iste autem unus non solum illud unum sed cuncta simul abstulit que addita invenit. Unum
Unde dicit apostolus non sicut per unum peccantem ita est et donum. Nam iudicium quidem ex uno in condempnationem gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Quia utique illud unum quod originaliter trahitur etiam si solum sit obnoxios dampnationi facit gratia vero ex multis delictis iustificat hominem Gratia ex multis delictis iustificat hominem qui preter illud unum quod cum omnibus communiter originaliter traxit sua quoque propria multa commisit. Verum tamen quod paulo post dicit sicut per unius delictum in omnes homines ad condempnationem ita et per unius iusticiam in omnes homines ad iustificationem vite satis indicat ex Adam neminem natum nisi dampnatione detineri et neminem nisi in Christo renatum dampnatione liberari. De qua re id est per unum hominem pena et per unum hominem gratia cum locutus fuisset quantum ille loco epistole sufficere iudicavit deinde sancti baptismatis in cruce Christi grande misterium commendavit et eo modo ut intelligamus nichil aliud in Christo esse baptisma nisi mortis Christi similitudinem nichil aliud autem mortem Christi crucifixi nisi remissionis peccati similitudinem ut quemadmodum in illo vera mors facta est sic in nobis vera remissio peccatorum et quemadmodum in illo vera resurrectio ita in nobis vera iustificatio. Ait enim quid ergo dicemus permanebimus in peccato ut gratia abundet. Dixerat enim superius ubi abundavit peccatum superabundavit gratia et ideo sibi ipse proposuit utrum sit permanendum. Sed respondit absit atque subicit si mortui sumus peccato quomodo vivemus in illo. Deinde ut mortuos

ostendit esse peccato cum ignoratis quia quicumque
baptizati sumus in Christo Ihesu in
morte ipsius baptizati sumus.
39 Si ergo hinc ostenditur mortuos esse
peccato quia in morte Christi baptizati sumus
profecto et parvuli qui baptizantur in Christo
peccato moriuntur quia in morte ipsius
et ipsi baptizantur. Nullo enim excepto dictum
est Quicumque baptizati sumus in Christo
Ihesu in morte ipsius baptizati sumus
et ideo dictum est ut probaret nos esse mortuos
peccato. Cui autem peccato parvuli renascendo
moriuntur nisi quod nascendo traxerunt
ac per hoc etiam ad ipsos pertinet quod sequitur
dicens Consepulti enim sumus illi per baptismum
in mortem ut quemadmodum surrexit Christus
a mortuis per gloriam patris ita et nos in novitate
vite ambulemus. Si enim complantati
facti sumus similitudini mortis eius
simul et resurrectionis erimus hoc scientes
quia vetus homo noster simul crucifixus est ut evacuetur
corpus peccati ut ultra non serviamus
peccato. Qui enim mortuus est iustificatus
est a peccato. Si autem mortui sumus cum
Christo credimus quia simul vivemus cum
illo scientes quia Christus resurgens
a mortuis iam non moritur mors ei
ultra non dominabitur. Quod enim mortuus
est peccato mortuus est semel
quod autem vivit vivit Deo
et nos ita existimate nosmetipsos
mortuos quidem esse peccato viventes
autem Deo in Christo Ihesu. Hinc enim probare
ceperat non esse nobis permanendum in
peccato ut gratia abundet et dixerat Qui
mortui sumus peccato quomodo vivemus in
eo atque ut ostenderet nos mortuos
esse peccato subiecerat An ignoratis
quia quicumque baptizati sumus in Christo Ihesu
in morte ipsius baptizati sumus. Sic
itaque totum locum istum clausit ut cepit.
Mortem quippe Christi sic insinuavit
ut etiam ipsum mortuum diceret esse
peccato. Cui peccato nisi carni in qua non
erat peccatum sed similitudo peccati et ideo
nomine appellata est peccati. Baptizatis itaque
in morte Christi in qua non solum maiores
verum etiam parvuli baptizantur ait Sic et
et vos id est quemadmodum Christus sic et vos
existimate vos mortuos esse peccato viventes

autem Deo in Christo Ihesu.
Quicquid igitur gestum est in cruce xc
Christi in sepultura in resurrectione tertia
die in ascensione in celum in sede
ad dexteram patris ita gestum est ut hiis
rebus non mistice tantum dictis sed etiam
gestis configuraretur vita christiana que
hic geritur. Nam propter eius crucem
dictum est Qui autem Ihesu Christi sunt carnem suam
crucifixerunt cum viciis et concupiscentiis.
Propter sepulturam Consepulti sumus
enim Christo per baptismum in mortem. Propter resurrectionem
Ut quemadmodum Christus resurrexit a mortuis
per gloriam patris ita et nos in novitate
vite ambulemus. Propter ascensionem
in celum et sedem ad dexteram patris Si autem
resurrexistis cum Christo que sursum sunt
querite ubi est Christus sedens ad
dexteram Dei. Sedes que sursum sunt
sapite non que super terram. Mortui enim
estis et vita vestra abscondita est cum Christo.
Iam vero quod de Christo confitemur in Deo xci
futurum quoniam de celo venturus
est vivos iudicaturus et mortuos
non pertinet ad vitam nostram que
hic geritur quia nec in rebus gestis
eius est sed in fine seculi gerendis. Ad hoc
pertinet quod apostolus secutus adiunxit
Cum Christus apparuerit vita vestra tunc et
vos apparebitis cum illo in gloria. Duobus
autem modis accipi potest quod vivos
et mortuos iudicabit sive ut vivos
intelligamus quos hic nondum mortuos
sed adhuc in ista carne viventes
inventurus est eius adventus mortuos autem
qui de corpore priusquam veniat exierunt vel exituri
sunt sive vivos iustos mortuos
autem iniustos quoniam iusti quoque
iudicabuntur. Aliquando enim iudicium ponitur Dei in malo
unde illud est Qui autem
mala egerunt in resurrectionem iudicii
aliquando in bono secundum quod dictum est Deus
in nomine tuo salvum me fac et in virtute
tua libera me et iudica me.
Per iudicium quippe Dei fit ipsa malorum
bonorumque discretio ut liberandi a
malo non perdendi cum malis boni

ad dexteram sedet patris propter quod iste
clamabat Iudica me deus et quod
dixit velud exponens etiam disting-
uendo causam meam de gente non sancta

Cum autem de Iesu christo filio dei uni-
co domino nostro quod ad brevitatem con-
fessionis pertinet diximus adiungimus
sicut credimus et in spiritum sanctum ut illa
trinitas compleatur que deus est de-
inde sancta commemoratur ecclesia unde
datur intelligi rationalem creaturam ad (rationale)
ierusalem pertinentem liberam post comme-
morationem creatoris id est summe illius tri-
nitatis fuisse subdendam quoniam quid-
quid de homine christo dictum est ad
unitatem persone unigeniti pertinet
Rectus itaque confessionis ordo pos-
cebat ut trinitati subiungeretur ecclesia
tamquam habitatori domus sua et
deo templum suum et conditori civi-
tas sua que tota hic accipienda est
non solum ex parte qua peregrinatur in terris
a solis ortu usque ad occasum laudans
nomen domini et post captivitatem
vetustatis cantans canticum novum
verum et ex illa que in celis semper ex quo
condita est cohesit deo nec ullum
sui casus experta est malum in sanctis an-
gelis persistit et sue parti peregrinanti
sicut oportet opitulatur
quia utraque una erit consortio et-
ernitatis et nunc una est vinculo cari-
tatis que tota instituta est ad co-
lendum deum unum unde nec tota nec ulla
pars eius vult se coli pro deo nec cuiquam
esse deus pertinenti ad templum dei quod e-
dificatur ex diis quos facit non
factus deus ac per hoc spiritus sanctus si creatura
non creator esset profecto creatura ratona-
lis esset ipsa est enim summa creatura
et ideo in regula fidei non poneretur
ante ecclesiam quia et ipse ad ecclesiam
pertineret in illa eius parte que in celo
est nec haberet templum sed etiam ipse
templum esset templum autem habet
de quo dicit apostolus nescitis quia cor-
pora vestra templum est spiritus sancti qui
in nobis est quem habetis a deo de
quibus alio loco dicit nescitis quia
corpora vestra membra christi sunt quomodo

a templum dei estis quod ut probaret adiecit et spiritus
dei habitat in

ergo deus non est qui templum habet neque
enim aliud templum eius et aliud tem-
plum dei est apostolus cum idem dicat
nescitis quia vos[^] deus ergo habitat
in templo suo non solum spiritus sanctus
sed et pater et filius qui etiam de corpore
suo per quod factus est caput ecclesie et in
hominibus est ut sit in omnibus ipse
primatum tenens ait solvite templum
hoc et in triduo suscitabo illud

Templum ergo dei hoc est totius
summe trinitatis sancta est ecclesia
scilicet universa in celo et terra sed de que in
celo est affirmare quid possumus
nisi quod nullus in ea malus est nec
quisquam deinceps inde cecidit aut
casurus est ex quo deus angelis
peccantibus non pepercit sicut scribit
apostolus petrus sed carceribus ca-
liginis inferi retrudens tradidit
in iudicio puniendos reservari

Quomodo autem se habeat illa beatissima
et superna societas que ibi sint
differentie prepositorum ut cum omnes tamquam
generali nomine angeli nuncupentur sicut in epistola
ad hebreos legimus Cui enim angelorum
deus dixit aliquando sede ad dexteram meam
hoc hic quippe modo significavit omnes
universaliter angelos dici sint tamen illic
archangeli et utrum iidem archangeli appellentur virtutes atque (2 vel de archangeli)
ita dictum est sit laudate eum omnes
angeli laudate eum omnes virtutes
eius ac si diceretur laudate eum
omnes angeli laudate eum omnes
archangeli et quid inter se distent
illa quatuor vocabula quibus univer-
sam ipsam celestem societatem videtur
apostolus esse complexus dicendo sive sedes
sive dominationes sive principatus
sive potestates dicant qui possunt si
tamen possunt probare quod dicunt ego me
ignorare ista confiteor sed nec illud
quidem certum habeo utrum ad eandem (societate)
pertineant sol et luna et cuncta sidera
quamvis non nullis lucida esse cor-
pora non cum sensu et intelligentia videantur
Item quis explicet cum
qualibus corporibus apparuerint hominibus

ut non solum cernantur verum etiam tangantur et rursus non solida corpulentia sed spirituali potencia quasdam visiones non oculis corporis sed spiritualibus et mentibus ingerant vel dicant aliquid non ad aurem forinsecus sed intus in animo hominis etiam ipsi ibidem constituti sicut scriptum est in prophetarum libro Et dixit michi angelus qui loquebatur in me non enim dixit loquebatur ad me sed in me et appareant et in sompnis et colloquantur more sompniorum habemus quippe in ewangelio Ecce angelus domini apparuit illi in sompnis dicens. His enim modis velud indicant se angeli contrectabilia corpora non habere faciuntque difficillimam questionem quomodo patres pedes laverint eis quomodo Iacob cum angelo tam solida contrectacione luctatus sit cum ista queruntur et ea sicut potest quisque coniectat non exercentur ingenia si adhibeatur disceptatio moderata et absit error opinancium se scire quod nesciunt. Quid enim opus est ut hec atque huiusmodi affirmentur vel negentur vel diffiniantur

cum discrimine quando sine crimine nesciuntur Magis opus est

diiudicare atque dinoscere cum se sathanas velud transfigurat in angelum lucis ne fallendo ad aliqua perniciosa seducat. Nam quando sensus corporis fallit mentem vero non movet a vera rectaque sententia qua quisque vitam fidelem gerit nullum est in religione periculum vel cum se bonum fingens ea facit sive dicit que bonis angelis congruunt etiam si credatur bonus non est error fidei christiane periculosus aut morbidus. Cum vero per hec aliena ad sua incipit ducere tunc eum dinoscere nec ei post ire magna et necessaria vigilancia est. Sed quotus quisque hominum ydoneus est omnes mortiferos dolos eius evadere nisi regat atque tueatur deus et ipsa huius rei difficultas ad hoc est utilis ne sit spes sibi quisque aut homo alter alteri sed deus suis omnibus. Id enim nobis potius expedire piis omnino dubitandum non est.

Hec ergo que in sanctis angelis et virtutibus dei est ecclesia tunc nobis sicuti est innotescet cum eis coniuncti fuerimus ad simul obtinendam beatitudinem sempiternam. Ista vero que ab illa peregrinatur in terris eo nobis notior est quod in illa sumus et quia hominum est quod et nos sumus. Hec quam sanguine mediatoris nullum habentis peccatum ab omni est redempta peccato eiusque vox est Si deus pro nobis quis contra nos qui filio suo proprio non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum. Non enim pro angelis mortuus est Christus sed ideo pro angelis fit quidquid hominum per eius mortem redimitur et liberatur a malo quoniam cum eis quodammodo redit in graciam post inimicicias quas inter homines et sanctos angelos peccata fecerunt et ex ipsa hominum redempcione ruine illius angelice detrimenta reparantur. Et utique noverunt sancti angeli docti de deo cuius veritatis eterna contemplatione beati sunt quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius civitatis expectet. Propter hoc ait apostolus instaurari omnia in Christo que in celis sunt et que in terris in ipso. Instaurantur quippe que in celis sunt cum id quod inde in angelis lapsum est ex hominibus redditur; instaurantur autem que in terris sunt cum ipsi homines qui predestinati sunt ad eternam vitam a corrupcionis vetustate renovantur. Ac sic illo singulari sacrificio in quo mediator est immolatus quod unum multe in lege victime figurabant pacificantur celestia cum terrestribus et terrestria cum celestibus quoniam sicut idem apostolus dicit In ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare et per eum reconciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius sive que in celis sunt sive que in terris. Pax ista excellit sicut scriptum est omnem intellectum nec sciri a nobis nisi cum ad eam venerimus potest. Quo enim pacificantur celestia nisi nobis id est concordando nobiscum nam semper ibi est pax et inter se universis intellectualibus creaturis et cum suo creatore que pax excellit ut dictum est omnem intellectum

regnat

vox

qui predestinati sunt

Et utique mirum non est eorum qui semper vident faciem patris, nos autem quamdiu sit in nobis intellectus quamvis ex parte sumus et videmus nunc per speculum in enigmate. Cum vero equales angelis dei fuerimus tunc quemadmodum et ipsi videbimus facie ad faciem tantamque pacem habebimus erga eos quantam et ipsi erga nos, quia quantum tantum diligemus eos quantum ab eis diligimur. Itaque pax eorum nota nobis erit [quia et nostra talis ac tanta erit] nec excedet tunc intellectum nostrum. Dei vero pax que illic est erga nos erit procul dubio nostrum et illorum [dubitacione] illum sine dubitacione precellit. De ipso quippe rationalis beata est creatura que cumque beata est, non ipse de illa. Unde secundum hoc melius accipitur quod scriptum est: pax que precellit omnem intellectum, ut in eo quod dixit omnem, nec ipse intellectus sanctorum angelorum esse possit exceptus sed dei solius. Neque enim et ipsius intellectum pax eius excellit. Concordant enim nobiscum angeli etiam nunc cum remittuntur peccata nostra. Ideo post commemorationem sancte ecclesie in ordine confessionis ponitur remissio peccatorum. Per hanc enim stat ecclesia que in terris est. Per hanc non perit quod perierat et inventum est. Excepto quippe baptismatis [munere] munere quod contra peccatum originale donatum est, ut quod generatione attractum est regeneratione detrahatur, et tamen activa peccata quecumque corde ore opere commissa invenerit tollit. Hac ergo magna excepta indulgentia unde incipit hominis renovatio in qua solvitur omnis reatus et ingeneratus et additus, ipsa cetera vita iam ratione utentis etatis quantalibet prepolleat fecunditate iusticie sine peccatorum remissione non agitur, quoniam filii dei quamdiu mortaliter vivunt cum morte confligunt. Et quamvis de illis veraciter dictum sit: quotquot spiritu dei aguntur hii filii dei sunt, sed sicut spiritu dei excitantur et tamquam filii dei proficiunt ad deum, ut etiam spiritu suo maxime aggravante corruptibili corpore tamquam filii hominum quibusdam humanis motibus deficiant ad se ipsos et ideo peccent. Interest quidem quantum; neque enim quia peccatum est omne crimen, ideo crimen est etiam omne peccatum. Itaque sanctorum hominum vitam quamdiu in hac mortali vivitur inveniri posse dicimus sine crimine; peccatum autem si dixerimus quia non habemus, ut ait apostolus, et veritas in nobis non est. Sed neque de ipsis criminibus qualibet magnis remittendis in sancta ecclesia misericordia dei desperanda est agentibus penitentiam secundum modum sui cuiusque peccati. In actione autem penitencie ubi tale commissum est ut is qui commisit a Christi etiam corpore separetur, non tam consideranda est mensura temporis quam doloris. Cor enim contritum et humiliatum deus non despicit. Verum quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, neque in aliorum notitiam per verba vel quecumque alia signa procedit, cum sit coram illo cui dicitur: gemitus meus a te non est absconditus, recte constituuntur ab hiis qui presunt ecclesie tempora penitencie, ut fiat satis etiam ecclesie in qua [ecclesia] remittuntur ipsa peccata; extra eam quippe non remittuntur. Ipsa enim proprie spiritum sanctum pignus accepit sine quo non remittuntur ulla peccata, ita ut quibus remittuntur vitam consequantur eternam. Magis enim propter futurum iudicium fit remissio peccatorum. Hic autem vita usque adeo valet quod scriptum est: grave iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum usque ad diem sepulture in matrem [omnium] omnium, ut etiam parvulos videamus post lavacrum regenerationis diversorum malorum afflictione cruciari, ut intelligamus totum quod salutaribus agitur sacramentis [agitur] magis ad spem futurorum bonorum quam ad retentionem vel adeptionem presentium pertinere. Multa etiam hic videntur ignosci et nullis suppliciis vindicari, sed eorum pene reservantur in posterum; neque enim frustra ille proprie dicitur dies iudicii quando venturus est iudex vivorum et mortuorum, sicut e contrario vindicantur hic aliqua, et tamen si remittuntur profecto in futuro seculo non nocebunt.

Propterea de quibusdam temporalibus penis que in hac vita peccantibus irrogantur eis quorum peccata delentur ne reseruentur in fine ait apostolus Si enim nosmetipsos iudicaremus a domino non iudicaremur dum iudicamur autem a domino corripimur ne cum hoc mundo dampnemur. xlvii c

Creduntur autem a quibusdam etiam hii qui nomen Christi non relinquunt et eius lauacro in ecclesia baptizantur nec ab eo ullo scismate uel heresi preciduntur in quantislibet sceleribus viuant que nec diluant penitendo nec elemosinis redimant sed in eis usque ad huius vite ultimum diem pertinacissime perseuerent saluos futuros per ignem licet pro magnitudine facinorum flagiciorumque diuturno non tamen eterno igne puniendos Sed qui hoc credunt et tamen catholici sunt humana quadam beniuolencia mihi falli videntur Nam diuina scriptura aliud consulta respondet librum autem de hac questione conscripsi cuius titulus est de fide et de operibus ubi secundum scripturas sanctas quantum deo adiuuante [margin: saluos] potui demonstraui eam fidem saluos facere quam satis evidenter expressit paulus apostolus dicens in Christo enim ihesu neque circumcisio quicquam valet neque preputium sed fides que per dilectionem operatur Si autem male et non bene operatur procul dubio secundum apostolum iacobum mortua est in semetipsa qui rursus ait si fidem dicat se quis habere opera autem non habeat numquid [margin: potit] fides saluare eum Porro autem si homo sceleratus propter fidem solam per ignem saluabitur et sic est accipiendum quod ait beatus apostolus paulus Ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem poterit ergo saluare sine operibus fides et falsum erit quod eius coapostolus iacobus dixit falsum erit et illud quod idem ipse paulus apostolus sit ait Nolite inquit errare neque fornicatores neque ydolis [margin: seruientes neque adulteri neque molles] neque masculorum concubitores neque fures neque auari neque maledici neque ebriosi neque rapaces regnum dei possidebunt Si enim in istis perseuerantes criminibus tamen propter fidem Christi salui erunt quomodo in regno dei non erunt Sed quia hec apostolica manifestissima et apertissima testimonia falsa esse non possunt illud quod obscure dictum est de hiis qui superedificant super fundamentum quod est Christus

non aurum argentum lapides preciosos sed ligna fenum stipulam de hiis enim dictum est quod per ignem salui erunt quoniam fundamenti merito non peribunt sic est intelligendum ut hiis manifestis non inveniatur esse contrarium ligna quippe et fenum et stipula non absurde accipi possunt rerum secularium quamuis licite concessarum tales cupiditates ut amitti sine dolore non possint cum autem iste dolor urit si Christus in corde fundamenti habet locum id est ut ei nichil anteponatur [margin: cum] et mauult homo qui tali dolore uritur rebus quas ita diligit magis carere quam Christo per ignem fit saluus Si autem res huiusmodi temporales atque seculares tempore temptacionis maluerit tenere quam Christum in fundamento eum non habuit in edificio [margin: quia hec priore loco posuit] prius non sit aliquid fundamento ignis enim de quo eo loco est locutus paulus apostolus talis debet intelligi ut ambo per eum transeant id est qui edificat super hoc fundamentum aurum argentum lapides preciosos et qui edificat ligna fenum stipulam Cum enim hoc dixisset adiunxit uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit si cuius opus permanserit quod superedificauit mercedem accipiet si cuius autem opus exustum fuerit dampnum patietur ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem non ergo unius eorum sed utriusque opus ignis probabit est ergo quidam ignis temptacio tribulacionis de quo [margin: alio] aperte loco scriptum est vasa figuli probat fornax et homines iustos temptacio tribulacionis Iste ignis in hac tamen vita facit [margin: in terra] quod apostolus dicit si accidat diebus [margin: duobus] fidelibus uni scilicet cogitanti que sunt dei quomodo placeat deo hoc est edificanti super fundamentum Christi aurum argentum lapides preciosos alteri autem cogitanti ea que sunt mundi quomodo placeat uxori id est edificanti super idem fundamentum ligna fenum stipulam illius enim opus non exuritur quia non ea dilexit quorum amissione crucietur exuritur autem huius quoniam sine dolore non pereunt que cum amore possessa sunt Sed quoniam alteram condicionem [margin: utra] utra proposita est eius potius carere mallet quam Christo nec timore amittendi

talia desit xpus quamuis doleat dum
amittit saluus est quidem sic tamen quasi
per ignem quia urit eum dolor rerum
quas dilexerat amissarum sed non subuer
tit neque consumit fundamenti stabilitate
atque incorruptione munitum tale aliquid
etiam post hanc vitam fieri incre
dibile non est et utrum ita sit queri
potest et aut inveniri aut latere non
nullos fideles per ignem quendam purgato
rium quanto magis minusue ne bona
perituria dilexerunt tanto tardius
citiusque saluari non tamen tales de
quibus dictum est quod regnum dei non
possidebunt nisi convenienter peni
tentibus eadem crimina remittantur
Convenienter autem dixi ut steriles
in elemosinis non sint quibus
tantum tribuit scriptura diuina ut ex
earum tantummodo fructu se imputaturum
predicet dominus dexteris earum tum
sterilitatem sinistris quando hiis dic
turus est Venite benedicti patris
mei percipite regnum dei Cavenda
nendum ne quisquam existimet ne
pharanda illa crimina qualia qui agunt
regnum dei non possidebunt cottidie perpetran
da et elemosinis redimenda cottidie
in melius est quippe vita mutanda
Et per elemosinas de peccatis preteritis est
propiciandus deus non ad hoc est emen
dus quodammodo ut ea semper liceat impune
committere nemini tamen dedit laxamentum
peccandi quamuis miserando deleat
iam facta peccata Sed non satisfaccio eo
quia negligatur de cottidianis autem
breuibus leuibusque peccatis sine quibus
hec vita non ducitur cottidiana oracio
fidelium satisfacit eorum est enim dicere
pater noster qui es in celis qui iam patri tali
regenerati sunt ex aqua et spiritu sancto
delet tamen hec oracio minima cottidiana
peccata delet et illa a quibus vita fide
lium scelerate gesta sed penitendo
in melius mutata discedit si quemad
modum veraciter dicitur dimitte nobis
debita nostra quia non desunt que
dimittantur ita veraciter dicatur si
cut et nos dimittimus debitoribus nostris id est fiat

quod dicitur et ipsa elemosina est veniam
petenti homini ignoscere ac per hoc ad omnia
genera vtilitatum sunt valet quod dominus ait
date elemosinam et ecce omnia munda
sunt vobis non solum ergo qui dat esurienti
cibum sicienti potum nudo vestitum
peregrinanti hospicium fugienti latibulum
egro vel incluso visitacionem debili sub
vectionem ceco deductionem tristi consola
cionem non sano medelam erranti viam
deliberanti consilium et quod cuique necesse
est indigenti verum etiam qui dat veniam
peccanti elemosinam dat et qui
emendat verbere in quo potestas datur
uel coercet aliqua disciplina et tamen
peccatum eius quod ab illo lesus aut offen
sus est dimittit ex corde uel orat ut
ei dimittatur non solum in eo quod dimittit
aut orat verum et in eo quod corripit et
aliqua emendatoria pena plectit e
lemosinam dat quia misericordiam prestat mul
ta enim bona prestantur invitis cum eorum
consulitur utilitati non voluntati quia
ipsi sibi inveniuntur inimici esse amici
vero illorum pocius illi quos inimicos
putant et reddunt errando mala
pro bonis cum reddere mala christianus
non debeat nec malis mortalis ¶
Multa itaque sunt genera elemosinarum
que cum facimus adiuvamur ut
dimittantur nobis nostra peccata sed ea nichil
est maius qua ex corde dimittimus
quod in nos quisque peccavit minus enim
magnum sanum est erga eum esse benivo
lum siue et beneficum qui tibi nichil
male fecit illud multo grandius et
magnificentissime bonitatis est ut
tuum inimicum diligas et ei qui tibi
male vult et si potest facit tu bonum semper
velis facias quod quod possis audiens
dicentem christum diligite inimicos
vestros benefacite qui vos oderunt
et orate pro eis qui vos persequuntur
Sed quoniam perfectorum sunt ista filiorum dei
quo quidem se debet omnis fidelis
extendere et humanum animum ad hunc
affectum orando deum secumque agen
do luctando que perducere tamen quia hoc tantum
tam magnum bonum tante multitudinis

non est quanta eorum exaudiri qui in
oratione dicunt Dimitte nobis debita nostra
sicut et nos dimittimus debitoribus
nostris procul dubio verba sponsionis huius
implent si homo qui nondum sic profecit ita
ut iam diligat inimicum eum quando
rogatur ab homine qui in eum peccavit
ut ei dimittat dimittit ex corde
quia etiam sibi rogari vult utique di
mitti cum orat et dicit sicut et
nos dimittimus debitoribus nostris id est
sic dimitte debita rogantibus nobis
sicut nos dimittimus rogantibus
debitoribus nostris. Iam non qui eum
in quem peccavit hominem rogat si
peccato suo movetur ut roget non est
adhuc deputandus inimicus ut eum
diligere sit difficile sicut difficile e
rat quando inimicicias exercebat. Quis
quis autem roganti et peccati sui pe
nitentiam agenti non ex corde dimittit
nullo modo existimet a domino sua peccata
dimitti. Quoniam mentiri veritas non potest.
Quem vero ewangelii auditorem sive lectorem
latet quis dixit Ego sum veritas qui
cum docuisset orationem hanc in ea posi
tam sententiam vehementer commendavit
dicens. Si enim dimiseritis hominibus peccata
eorum dimittet vobis pater vester celestis
peccata vestra. Si autem non dimiseritis
hominibus nec pater vester dimittet vobis
peccata vestra. Ad tam magnum tonitruum
qui non expergiscitur non dormit sed
mortuus est. Et tamen potens est ille etiam
mortuos suscitare. Sane qui scele
ratissime vivunt nec tamen tales suam
vitam moresque corrigunt et inter
ipsa facinora et flagicia sua
elemosinas frequentare non cessant
frustra sibi ideo blandiuntur quia dominus ait
Date elemosinam et ecce omnia munda
sunt vobis. Hoc enim quam late pateat
non intelligunt. Sed ut intelligant
attendant quibus dixit. Nempe in ewangelio
scriptum est Cum loqueretur rogavit eum
quidam phariseus ut pranderet apud
se et ingressus recubuit. Phariseus
autem cepit intra se reputans dicere
quare non baptizatus est ante prandium.
Et ait dominus ad illum Nunc vos pharisei
quod deforis est calicis et catini mundatis
quod autem intus est vestrum plenum est
rapina et iniquitate. Stulti nonne qui fe
cit illud quod deforis est etiam aliud quod in
tus est fecit. Verumtamen illud quod superest
date elemosinam et ecce omnia munda
sunt vobis. Ita sane ne intelligamus
ut phariseis non habentibus fidem Christi et
si non in eum crediderint nec renati fuerint
ex aqua et spiritu munda sint tamen si ele
mosinas dederint sicut isti eas
dandas putant cum sint immundi omnes
quos non mundat fides Christi de
qua scriptum est Mundans corda fide
eorum et dicat apostolus Immundis autem
et infidelibus nichil est mundum sed
polluta sunt eorum et mens et consciencia.
Quomodo ergo phariseis omnia munda essent
si elemosinas darent et fideles
non essent. Aut quomodo fideles essent
si in Christum credere atque in eius gratiam
renasci noluissent. Et tamen verum est quod
audierunt Date elemosinam et ecce
omnia munda sunt vobis. Qui
enim vult ordinate dare elemosinam
a se ipso debet incipere et eam sibi primum
dare. Est enim elemosina opus miseri
cordie verissimeque dictum est Miserere anime
tue placens deo. Propter hoc renascimur
ut deo placeamus cui merito displicet
quod nascendo contraximus. Hec est prima
elemosina quam nobis debemus ut nos
ipsos miseros per misericordiam dei miserantis
inquiramus et iustum iudicium eius con
fitentes quo miseri effecti sumus de quo
dicit apostolus Iudicium quidem ex uno
in condempnationem et magne caritati
eius gratias agentes de qua idem ipse
dicit gratie predicator Commendat autem
caritatem suam deus in nobis quoniam cum
adhuc peccatores essemus Christus pro nobis
mortuus est ut et nos veraciter de nostra
miseria iudicantes et deum caritate
qua donavit ipse diligentes pie recteque
vivamus. Quod iudicium et caritatem
dei cum pharisei preterirent decimabant
propter elemosinas quas faciebant quecumque
fructuum suorum minutissima ideo non
dabant elemosinam a se incipientes
eique prius misericordiam facientes. Propter quem dilectionis
ordinem dictum est Diliges proximum

tum sicut tempore cum quo mo passus est
et foris se laudabant, intus
autem rapina et iniquitate pleni
erant, admoneret quamdam elemosinam
quam sibi homo primitus debet dare
interiora mundari. Verum quod superest
date elemosinam et ecce omnia
munda sunt vobis. Deinde ut ostenderet
quid admonuisset et quid ipsi facere non
curarent, ne illum putarent eorum elemosinas
ignorare: Sed ve vobis, inquit,
phariseis; tamquam diceret: Ego quidem
commonui vos elemosinam dandam,
per quam vobis munda essent omnia. Sed ve
vobis qui decimatis mentam et rutam
et omne olus: has enim novi elemosinas
vestras, ut de illis me nunc admonuisse
vos arbitremini; et preteritis iudicium
et caritatem dei, qua elemosina
possetis ab omni inquinamento interiori mundari,
ut vobis munda essent et corpora que lavatis.
Hoc est enim omnia et interiora scilicet et exteriora,
que foris sunt munda erunt. Sed ne istas
elemosinas que fiunt de fructibus terre
respuisse videretur: Hec, inquit, oportebat
facere, id est iudicium et caritatem dei,
et illa non omittere, id est elemosinas fructuum
terrenorum. Non ergo se fallant qui per
elemosinas quaslibet largissimas fructuum
suorum vel cuiuscumque pecunie impunitatem
se emere existimant in facinorum
immanitate ac flagitiorum nequitia
permanendi. Non solum enim faciunt ista, sed
ita diligunt ut in eis semper optent
tantum si possint impune versari.
Qui autem diligit iniquitatem, odit animam
suam; et qui odit animam suam non est
in eam misericors sed crudelis. Diligendo eam
quippe secundum seculum odit eam secundum deum.
Si ergo vellet dare elemosinam per quam
illi essent munda omnia, odisset eam secundum seculum,
et diligeret eam secundum deum. Nemo
autem dat elemosinam quamlibet
nisi unde det ab illo accipiat qui non
eget. Ideo dictum est: Misericordia eius preveniet me.

Que autem sint levia, que gravia peccata,
non humano sed divino
sunt pensanda iudicio. Videmus
enim quedam ab apostolo ipso

ostendendo fuisse concessa, qualia illa sunt quod
venerit Paulus coniugibus: Nolite
invicem fraudare, nisi forte ex consensu ad
tempus ut vacetis orationi, et iterum ad idipsum
estote, ne vos temptet sathanas
propter incontinentiam vestram. Quod putari
posset non esse peccatum, misceri scilicet cum coniuge
non filiorum procreandorum causa, quod bonum
est nuptiale, sed etiam carnalis voluptatis,
ut fornicationis sive
adulterii sive cuiuscumque alterius immunditie
mortiferum malum, quod turpe est etiam
dicere, quo potest temptante sathana libido
pertrahere, sic incontinentes debilitet infirmitas.
Posset ergo, ut dixi, putari non esse peccatum nisi
addidisset: Hoc autem dico secundum veniam,
non secundum imperium. Quis autem iam neget
peccatum esse, cum dari veniam facientibus
apostolica auctoritate fateatur? Tale quidem
est ubi dicit: Audet quisquam vestrum
negotium habens adversus alterum iudicari ab
iniquis et non apud sanctos? Et paulo
post: Secularia igitur iudicia si habueritis,
qui contemptibiles sunt in ecclesia,
hos collocate ad iudicandum. Ad reverentiam vobis
dico. Sic non est inter vos quisquam
sapiens qui possit inter fratrem suum
iudicare? Sed frater cum fratre iudicio contendit,
et hoc apud infideles? Hic
et hic posset putari iudicium habere adversus
alterum non esse peccatum, sed tantummodo
si extra ecclesiam vellet iudicari, nisi
secutus adiungeret: Iam quidem omnino
delictum est quia iudicia habetis vobiscum.
Et ne hoc quisquam ita excusaret ut diceret
se iustum negotium habere, sed iniquitatem
se pati quam vellet sibi iudicum sententia
removeri, continuo talibus cogitationibus
vel excusationibus occurrit atque ait: Quare non
magis iniquitatem patimini? Quare
non potius fraudamini? ut ad illud redeatur
quod dominus ait: Si quis voluerit tunicam
tuam tollere et iudicio tecum contendere,
dimitte illi et pallium; et
alio loco: Qui abstulerit tua, noli repetere.
Prohibuit itaque suos de secularibus
rebus cum aliis iudicium habere, ex qua
doctrina apostolus dicit esse delictum.
Cum tamen sinit in ecclesia talia iudicia

finire nisi fratribus maledicentibus.
extra etiam non tribulis. neque enim manife-
stum est etiam in hoc quod secundum veniam concedantur
infirmis propter hoc etiam huius peccati et ala-
libus huius mora que sunt illorum ecco-
gitationum offensionibus apostolus Jacobus
testatur et dicens In multis enim offen-
dimus omnes oportet cotidie crebro
que oremus dominum atque dicamus Dimit-
te nobis debita nostra nec in hoc quod sequitur
mentiamur sicut et nos dimittimus debi-
toribus nostris. Sunt autem que levis-
sima putarentur nisi in scripturis demon-
strarentur opinione graviora. Quis enim
dicentem fratri suo fatue reum gehenne
putaret nisi veritas diceret. Cui tamen
vulneri subiecit continuo medica-
men fraterne reconciliationis adiungens
mox preceptum. Si ergo offers mu-
nus tuum ad altare et ibi recorda-
tus fueris quod frater tuus habet aliquid ad-
versum te etc. Item quis estimaret quam
magnum peccatum sit dies observare et
menses et annos et tempora sicut observant
qui certis diebus sive mensibus sive an-
nis volunt vel nolunt aliquid
inchoare eo quod secundum vanas doctrinas
hominum vel infausta existiment tempora
nisi huius mali magnitudinem ex ti-
more apostoli pensaremus qui talibus
ait Timeo vos ne forte sine causa
laboraverim in vobis. Huc accedit
quod peccata quamvis magna et horrenda
cum in consuetudinem venerint aut
parva aut nulla esse creduntur usque adeo ut
non solum non occultanda verum etiam
predicanda diffamandaque videantur
quando sicut scriptum est laudatur peccator in
desideriis anime sue et qui iniqua
gerit benedicitur. Talis in divinis
libris iniquitas clamor vocatur
sicut habes apud ysayam prophetam de
vinea mala Expectavi ut faceret iudi-
cium fecit autem iniquitatem
et non iustitiam sed clamorem. Unde est
illud et illud in genesi Clamor so-
domorum et gomorreorum multiplicatus
est quia non solum iam non apud eos
puniebantur illa flagicia verum etiam
publice velut lege frequentabantur.

Hic nostris temporibus multa mala et si non
talia in apertam consuetudinem
iam venerunt et magis non solum ex-
communicare aliquem laicum non audeamus
sed nec clericum degradare. Unde cum expo-
nerem ante aliquot annos epistolam ad Ga-
latas in eo ipso loco ubi ait apostolus
Timeo vos ne forte sine causa labo-
raverim in vobis exclamare compulsus
sum Ve peccatis hominum que sola inusita-
ta exhorrescimus usitata vero pro quibus
abluendis filii dei sanguis effusus est
quamvis tam magna sint ut omnino
claudi contra se faciant regnum dei sepe vi-
dendo omnia tollerare non nulla et
facere cogimur. Atque utinam potuimus domine
non omnia que prohibere debemus faciamus sed
videbo utrum me immoderatus dolor im-
pulerit aliquid incaute dicere. Hoc nunc
dicam quod et in aliis opusculorum
nostrorum locis sepe dixi duabus ex causis
peccamus aut nondum videndo quid facere
debeamus aut non faciendo quod debere
fieri iam videmus quorum duorum illud
ignorantie malum est hoc infirmitatis.
Contra que quidem nos pugnare conve-
nit sed profecto vincimur nisi divinitus adiuve-
mur ut non solum videamus quid faciendum
sit sed etiam accedente sanitate
delectatio iustitie vincat in nobis earum
rerum delectationes quas vel habere cupien-
do vel amittere metuendo scientes viden-
tes peccamus ut iam non solum peccatores
simus quod eramus etiam cum per ignoranciam
peccabamus sed etiam lege prevaricato-
res simus cum id non facimus quod faciendum
vel facimus quod non faciendum esse
scimus. Proinde non solum si peccavimus ut ignoscat
propter quod dicimus Dimitte nobis debita
nostra sicut et nos dimittimus debitoribus
nostris verum etiam ne peccemus ut regat
propter quod dicimus Ne nos inducas in temptatio-
nem ille rogandus est cui dicitur in psalmo
Dominus illuminatio mea et salus mea ut
illuminatio detrahat ignorantiam salus
infirmitatem. Penitentia ipsa quando causa est
digna cur est secundum morem ecclesie
agatur plerumque infirmitate non
agitur quia et pudor est timor
displicendi dum plus delectat
hominum existimatio quam iustitia qua

qua quisque humiliatur penitendo sive non solum cum agitur penitentia verum etiam ut agatur dei misericordia necessaria est. Alioquin non diceret apostolus de quibusdam ne forte det illis deus penitentiam. Et in petro amare flevit premisit ewangelista et ait respexit eum dominus. Qui autem non credens in ecclesia remitti peccata contempnit tantam divini muneris largitatem et in hac obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est illo irremissibili peccato in spiritum sanctum in quo christus peccata dimittit. De qua difficili questione in quodam libro hoc solo conscripto quam dilucidissime potui disputavi.

reus est

Iam vero de resurrectione carnis non sicut quidam revixerunt iterumque sunt mortui sed in eternam vitam sicut christi caro ipsa resurrexit, quemadmodum possim breviter disputare et omnibus questionibus que de hac re moveri solent satisfacere omnino non invenio. Resurrecturam tamen carnem omnium quicumque nati sunt hominum atque nascentur et mortui sunt atque morientur nullo modo dubitare debet christianus. Unde primo occurrit de abortivis fetibus questio qui iam nati sunt in uteris matrum sed non iam ita ut possint renasci. Si enim resurrecturos eos esse dixerimus de his qui iam formati sunt tolerari potest utcumque quod dicitur. Informes vero abortus quis non pronius arbitretur perire sicut semina que concepta non fuerint. Sed quis negare audeat, etsi affirmare non audeat, id acturam resurrectionem ut quidquid forme defuit impleatur atque ita non desit perfectio que accessura erat tempore quemadmodum non erunt vitia que accesserant tempore, ut nec id quod aptum et congruum dies allaturi fuerant natura fraudetur, neque id quod adversum atque contrarium dies attulerant natura turpetur, sed integretur quod nondum erat integrum sicut instaurabitur quod fuerat vitiatum. Ac per hoc scrupulosissime quidem inter doctissimos disputari potest et nescio utrum ab homine inveniri possit quando incipiat homo in utero vivere, utrum sit quedam vita et occulta que nondum motibus viventis appareat. Nam negare vixisse puerperia que propterea membratim exsecantur et eiciuntur ex uteris pregnantium ne matres quoque si mortua relinquantur occidant impudentia nimia est. Ex quo autem incipit homo vivere ex illo utique iam mori potest. Mortuus vero ubicumque illi mors potuerit evenire quomodo ad resurrectionem non pertineat mortuorum reperire non possum.

Neque enim et monstra que nascuntur et vivunt quamlibet cito moriantur aut resurrectura negabuntur aut ita resurrectura credenda sunt ac non potius correcta emendataque natura. Absit enim ut illum bimembrem qui nuper natus est in oriente de quo fratres fidelissimi qui eum viderunt retulerunt et sancte memorie Ieronimus presbyter scriptum reliquit, absit inquam ut unum hominem duplicem ac non potius duos quod futurum erat si gemini nascerentur resurrecturos existimemus. Ita cetera que singulis partibus vel amplius vel minus habendo vel quadam nimia deformitate monstra dicuntur ad humane nature figuram resurrectione revocabuntur ita ut unaqueque anima suum corpus obtineat nullis coherentibus etiam que coherentia nata fuerant sed seorsum sibi singulis sua membra gestantibus quibus humani corporis completur integritas.

Non perit autem deo terrena materies de qua mortalium creatur caro sed in quemlibet pulverem cineremve solvatur, in quoslibet halitus aurasque diffugiat, in quamcumque aliorum corporum substantiam vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcumque animalium etiam hominum cibum cedat carnemque mutetur, illi anime humane puncto temporis redditur que illam primitus ut homo fieret cresceret viveret animavit. Ipsa itaque terrena materies que discedente anima fit cadaver non ita resurrectione reparabitur ut ea que dilabuntur et in alias atque alias aliarum rerum species vertuntur quamvis ad corpus redeant unde dilapse sunt ad easdem quoque corporis partes ubi fuerunt redire necesse sit. Alioquin si capillis redit quod tam crebra tonsura detraxit si unguibus quod totiens dempsit exsectio immoderata et indecens cogitantibus et ideo resurrectionem carnis non credentibus occurrit informitas etc.

Marginal notes: mori; fieri; coherentia; creatur; aura; mutetur; crescit; inde; alioquin; immoderata et indecens cogitantibus, ideo; gemini; facere; etsi affirmare non audeat; carnis non credentibus

corruptio et post dixit regnum dei hic postea

Sed quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli aut igne liquesceret, aut contereretur in pulverem, aut confunderetur in massam, et eam vellet artifex rursus ex illius materie quantitate reparare, nichil interesset ad eius integritatem que particula materie cui membro statue redderetur, dum tamen totum ex quo constituta fuerat restituta resumeret: ita deus mirabiliter et ineffabiliter artifex de toto quo caro nostra constiterat eam mirabili atque ineffabili celeritate restituet. Et aliquid attinebit ad eius integrationem utrum capilli ad capillos redeant et ungues ad ungues, an quicquid eorum perierat mutetur in carnem et in partes corporis revocetur, curante artificis providentia ne quid indecens fiat.

Nec aliquid est consequens ut ideo diversa statura sit reviviscentium singulorum, quia fuerat diversa viventium, aut macri cum eadem macie aut pingues cum eadem pinguedine reviviscant. Sed si hoc est in consilio creatoris ut in effigie sua cuiusque proprietas et discernibilis similitudo servetur, in ceteris autem bonis corporis equalia cuncta reddantur, ita modificabitur illa in unoquoque materia ut nec aliquid inde pereat, et quod alicui defuerit ille suppleat qui etiam de nichilo potuit operari quod voluit. Si autem in corporibus resurgentium rationabilis inequalitas erit, sicut est vocum quibus cantus impletur, hoc fiet unicuique de materia corporis sui quod et hominem reddat angelicis cetibus, et nichil importet eorum sensibus indecorum. Quod quippe aliquid ibi non erit decens, id quod futurum est hic debebit; sive non futurum est, si non decebit. Resurgent igitur sanctorum corpora sine ullo vicio, sine ulla deformitate, sicut sine ulla corruptione, onere, difficultate, in quibus tanta facilitas quanta felicitas erit. Propter quod et spiritualia dicta sunt, cum procul dubio corpora sint futura, non spiritus. Sed sicut nunc corpus animale dicitur quod tamen corpus non anima est, ita tunc spirituale corpus erit, corpus tamen non spiritus erit. Proinde quantum ad corruptionem pertinet que nunc aggravat animam, et vicia quibus adversus spiritum caro concupiscit, tunc non erit caro sed corpus, quia et celestia corpora perhibentur. Propter quod dictum est: Caro et sanguis regnum dei non possidebunt; et tamquam exponens quod dixit: Neque corruptio incorruptionem possidebit. Quod prius dixit carnem et sanguinem, hoc postea dixit corruptionem; et quod prius regnum dei, hoc postea incorruptionem. Quantum autem attinet ad substantiam, etiam tunc caro erit. Propter quod et post resurrectionem corpus Christi caro appellata est. Sed ideo apostolus dicit: Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale, quoniam tanta erit tunc concordia carnis et spiritus, vivificante spiritu sine sustentaculi alicuius indigentia subditam carnem, ut nichil nobis repugnet ex nobis; sed sicut foris neminem, ita nec intus nos patiamur inimicos.

Quicumque vero ab illa perditionis massa que facta est per hominem primum non liberantur per unum mediatorem dei et hominum, resurgent quidem etiam ipsi unusquisque cum sua carne, sed ut cum dyabolo et angelis eius puniantur. Utrum sane isti cum viciis et deformitatibus suorum corporum resurgant, quecumque in eis membra viciosa et deformia gestaverunt, inquirendo laborare quid opus est? Neque enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulchritudo, quorum erit certa et sempiterna dampnatio. Nec moveat quomodo erit in eis corpus incorruptibile si dolere poterit, aut quomodo corruptibile si mori non poterit. Non est enim vera vita nisi ubi feliciter vivitur, nec vera incorruptio nisi ubi salus nullo dolore corrumpitur. Ubi autem infelix mori non sinitur, ut ita dixerim, mors ipsa non moritur; et ubi dolor perpetuus non interimit sed affligit, ipsa corruptio non finitur. Hec in sanctis scripturis secunda mors dicitur. Nec prima tamen, qua relinquere corpus suum anima cogitur, nec secunda, qua penale corpus anima relinquere non permittitur, homini accidisset si nemo peccasset. Mitissima sane omnium pena erit eorum qui preter peccatum originale quod traxerunt nullum insuper addiderunt; et in ceteris qui addiderunt, tanto quisque ibi tollerabiliorem habebit dampnationem quanto hic minorem habuit iniquitatem. Remanentibus itaque angelis et hominibus reprobis in eterna pena, tunc sancti scient plenius quid boni eis contulerit gratia. Tunc rebus ipsis evidentius apparebit quod in psalmo scriptum est: Misericordiam et iudicium tibi cantabo domine.

quia nisi per indebitam misericordiam nemo et nisi per debitum iudicium nemo dampnatur non latebit quod nunc latet cum de duobus parvulis esset assumendus per misericordiam alius per iudicium relinquendus in quo is qui assumeretur agnosceret quid sibi per iudicium deberetur nisi misericordia subveniret cur ille potius quam ille fuerit assumptus cum causa una esset ambobus cur aut quosdam non facte sint virtutes que si facte fuissent egissent illi homines penitenciam et facte sunt apud eos qui non fuerant credituri apertissime namque dicit dominus Ve tibi corozaym ve tibi bethsayda quia si in tyro et sydone facte fuissent virtutes que facte sunt in vobis olim in cilicio et cinere penitenciam egissent nec utique deus iniuste eos salvos fieri noluit cum possent salvi esse si vellent tunc in clarissima sapientie luce videbitur quod nunc piorum fides habet antequam manifesta cognitione videatur quam certa et immutabilis et efficacissima sit voluntas dei quam multa possit et non velit nichil autem velit quod non possit quamque sit verum quod in psalmo canit deus autem noster in celo sursum et in terra omnia quecumque voluit fecit quod utique non est verum si aliqua voluit et non fecit quod est indignius ideo non fecit quoniam ne fieret quod volebat omnipotentis voluntatem hominis voluntas impedivit.

Non ergo fit aliquid nisi omnipotens fieri velit vel sinendo ut fiat vel ipse faciendo nec dubitandum est deum facere bene etiam sinendo fieri quecumque fiunt male non enim hoc nisi iusto iudicio sinit et profecto bonum est omne quod iustum est quamvis ergo ea que mala sunt in quantum mala sunt non sint bona tamen ut non sola bona sed et sint et mala bonum est nam si esset hoc bonum non esset et mala nullo modo esse sinerentur ab omnipotenti bono cui procul dubio quam facile quod vult facere tam facile est quod non vult esse non sinere hoc nisi credamus periclitatur ipsum nostre confessionis inicium qua nos in deum patrem omnipotentem credere confitemur neque enim ad aliud veraciter vocatur omnipotens nisi quoniam quicquid vult potest nec voluntate cuiuspiam creature voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Quocirca videndum est quemadmodum sit dictum de deo quod et verissime apostolus

dixit qui omnes homines vult salvos fieri cum enim non omnes sed multo plures non fiant salvi videtur utique non fieri quod deus vult fieri humana scilicet voluntate impediente voluntatem dei nam quando causa queritur cur non omnes salvi fiant responderi solet quia ipsi noluerunt quod quidem de parvulis dici non potest quorum non est adhuc velle vel nolle nam quod infantili motu faciunt si eorum voluntati deputaretur etiam tribuendum quando baptizantur cum resistunt quantum possunt etiam nolentes eos salvos fieri diceremus sed apertius dominus in evangelio increpans impiam civitatem quociens inquit volui congregare filios tuos sicut gallina pullos suos et noluisti tanquam dei voluntas superata sit hominum voluntate et infirmissimis nolendo impedientibus non potuit potentissimus quod volebat et ubi est illa potentia qua in celo et in terra omnia que cumque voluit fecit si colligere filios ierusalem voluit et non fecit an potius illa quidem filios suos ab illo colligi noluit sed ea nolente etiam filios suos collegit ipse quos voluit quia in celo et in terra non quedam voluit et fecit quedam voluit et non fecit sed omnia quecumque voluit fecit quis porro tam impie desipiat ut dicat deum malas voluntates hominum quas voluit quando voluit ubi voluit in bonum non posse convertere sed cum facit per misericordiam facit cum autem non facit per iudicium non facit quoniam cuius vult miseretur et quem vult obdurat neque enim hoc dicit apostolus gratiam commendabat ad cuius commendationem de illis in tellecte non dum natis sed iam locutus quibus non dum natis nec agentibus bonum aut malum ut secundum electionem propositum dei maneret non ex operibus sed ex vocante dictum est quia maior serviet minori propter quod adhibuit alterum propheticum testimonium ubi scriptum est iacob dilexi esau autem odio habui sentiens quemadmodum posset hoc quod dixit movere eos qui penetrare intellectu non possunt huius altitudinem gratie quid ergo dicemus ait numquid iniquitas est apud deum absit videtur enim ut sine ullis bonorum malorumve operum meritis unum deus diligat alterum oderit quod si futura opera vel bona huius vel mala illius

que deus utique presciebat vellet in-
telligi nequaquam diceret non ex operibus sed
ex futuris operibus diceret eodem modo
solveret istam questionem in modo vellet quam
solvi operis esse fecerit questionem. Mox vero
cum iudicasset absit, id est absit ut sit iniqui-
tas apud deum, mox ut probaret nulla
hoc iniquitate dei fieri Moysi enim idem
dicit: Miserebor cuius misertus ero et
misericordiam prestabo cui misericors fuero. Quis
enim nisi insipiens deum iniquum putet
sive iudicium penale inferat digno
sive misericordiam prestet indigno. Deinceps
infert: Igitur non volentis neque currentis
sed miserentis est dei. Ambo itaque gemi-
ni natura filii ire nascebantur nullis quidem operibus
propriis sed originaliter ex Adam vinculo
damnationis obstricti. Sed qui dixit:
Miserebor cuius misertus ero, Iacob di-
lexit per misericordiam gratuitam, Esau autem odio
habuit per iudicium debitum. Quod cum debeatur
ambobus, in altero agnovit alter non de distan-
tibus meritis sibi esse gloriandum cum in
eandem causam, id est supplicium, non currit
sed divine gratie largitate quia non vo-
lentis neque currentis sed miserentis est dei.
Altissimo quippe atque saluberrimo sacra-
mento universa facies atque ut ita
dicam vultus sanctarum scripturarum bene intuen-
tes illud admonere invenitur ut qui
gloriatur in domino glorietur.

Cum autem dei misericordiam commendasset
in eo quod dictum est non volentis neque
currentis sed miserentis est dei, deinde
ut etiam iudicium commendaret quippe in
quo non fit misericordia non iniquitas sit
sed iudicium, quippe non est iniquitas
apud deum, continuo adiunxit atque
ait: Dicit enim scriptura Pharaoni: Quia ad
hoc te excitavi ut ostendam in te pa-
cienciam meam et annuntietur nomen meum
in universa terra. Deinde utrumque conclu-
dens, id est ad misericordiam et ad iudicium: Ergo
inquit cuius vult miseretur et quem vult
obdurat. Miseretur scilicet magna bonitate,
obdurat nulla iniquitate, ut nec libe-
ratus de suis meritis glorietur nec dam-
natus de pena iustissima damnatione
conqueratur. Sola enim gratia redemptos
discernit a perditis quos in unam perditio-
nis concreverat massa ab origine duc-
ta causa communis. Hoc autem qui sic au-
dit et dicit: Quid adhuc conqueritur?
Nam voluntati eius quis resistit? tamquam
ideo malus videatur esse culpandus quia
deus cuius vult miseretur et quem vult
obdurat. Absit ut pudeat nos respondere
quod respondisse videmus apostolum: O homo tu quis
es qui respondeas deo? Numquid dicit figmen-
tum ei qui se finxit: Quare sic me fe-
cisti? An non habet potestatem figulus luti
ex eadem massa facere quidem illud
vas in honorem, aliud vero in contumeliam?
Hoc loco enim quidam stulti putant apostolum
in responsione defecisse et inopia reddende
rationis repressisse contradicentis
audaciam. Sed magnum pondus habet quod dictum
est: O homo tu quis es, et in talibus
questionibus ad sue capacitatis modum
revocat hominem verbo quidem brevi sed
re ipsa magna est reddita ratio.
Si enim hoc non capit, quis est qui
respondeat deo? Si autem capit, magis non
invenit quid respondeat. Videt enim si capit
universum genus humanum tam iusto
iudicio divino in sua(?) radice damna-
tum ut etiam si nullus inde liberaretur
nemo recte posset dei iustitiam vitu-
perare. Et qui liberantur sic oportuisse li-
berari, et ex pluribus non liberatis
atque in damnatione iustissima derelictis
ostenderetur quid meruisset universa
conspersio et quo istos debitum iudicium
dei duceret nisi indebita misericordia subve-
niret, ut volentium de suis meritis glo-
riari os obstruatur, ut qui gloriatur
in domino glorietur.

Hec sunt magna opera domini exquisi-
ta in omnes voluntates eius et
tam sapienter exquisita ut cum angelica
et humana creatura peccasset, id est non quod
ille sed quod voluit ipsa fecisset, et per eandem
creature voluntatem qua factum est quod
creator noluit, ipse impleret
quod voluit bene utens malis tamquam
summe bonus ad eorum damnationem quos
iuste predestinavit ad penam et ad eorum
salutem quos benigne predestinavit
ad gratiam. Quantum enim ad ipsos attinet
quod deus noluit fecerunt, quantum vero
ad omnipotentiam eius nullo modo
illud efficere valuerunt. Hoc quippe ipso quod
contra voluntatem eius fecerunt, de ipsis

facta est voluntas. Hec sunt magna
opera domini exquisita in omnes voluntates
eius ut miro et ineffabili modo non
fiat preter voluntatem eius quod etiam fit contra eius voluntatem quia non fieret si
non sineret nec utique nolens sinit. Bonus
fieri male nisi omnipotens de malo facere
posset bene.

Aliquando bona voluntate homo vult
aliquid quod deus non vult etiam ipse bona
multo amplius multoque certius voluntate
nam illius mala voluntas nunquam esse
potest tanquam si filius bonus patrem vel
let vivere quem deus bona voluntate
vult mori et rursus fieri potest ut hoc
velit homo voluntate mala quod deus vult
bona velut si malus filius velle
patrem mori velit et deus. Nempe
ille quod non vult deus iste vero id
vult quod vult et deus et tamen bone
dei voluntati pietas illius potius
consonat quamvis aliud volentis quam
huius idem volentis impietas. Tantum interest
quid velle homini quid deo con
gruat et ad quem finem suam quisque re
ferat voluntatem ut approbetur aut improbetur.

Nam deus quasdam voluntates suas utique
bonas implet per malorum hominum voluntates ma
las sicut per iudeos malivolos bona
voluntate patris pro nobis Christus occisus est quod
tanto bono factum est ut etiam apostolus Petrus
quando id fieri nolebat sathanas
ab ipso qui occidi venerat diceretur. Quam
bone apparebant voluntates piorum fide
lium qui nolebant apostolum Paulum Iherusalem pergere
ne ibi mala pateretur que Agabus propheta
predixerat et tamen illum deus pati vole
bat pro annuntiatione fidei Christi neque istam
bonam voluntatem suam implevit per Christia
norum bonas voluntates sed per iude
orum voluntates malas et ad eum
potius pertinebant qui nolebant quod volebat
quam illi per quos volentes factum est quod vole
bat. Quia idem ipsum quidem ipse per eos
bona illi autem mala voluntate fece
runt. Sed quantelibet sint voluntates vel an
gelorum vel hominum vel bonorum vel malorum
vel illud quod deus vel aliud volentes quam
deus omnipotentis voluntas semper invicta est
que mala nunquam esse potest quia etiam cum

mala irrogat iusta est et profecto que
iusta est mala non est. Deus igitur
omnipotens sive per misericordiam cuius vult miseretur
sive per iudicium quem vult obdurat nec
inique aliquid facit et omnia que
cumque vult facit. Ac per hoc cum audimus
et in sacris litteris legimus quod velit
omnes homines salvos fieri non tamen
ideo debemus omnipotentissime dei vo
luntati aliquid derogare sed ita
intelligere quod scriptum est qui omnes vult
salvos fieri tanquam diceret nullum ho
minem fieri salvum nisi quem salvum fieri velit sed quod
nullus fiat nisi quem voluit et ideo sit
rogandus ut velit quia necesse est
fieri si voluerit. De orando deo quippe
agebat apostolus ut hoc diceret.
Sic enim intelligimus et quod scriptum est in
evangelio qui illuminat omnem hominem
non quia nullus est hominum qui non illuminetur
sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Aut certe sic dictum est qui omnes homines
vult salvos fieri non quod nullus hominum esset quem salvum fieri
nollet qui virtutes miraculorum facere
noluit apud eos quos dicit actu
ros fuisse penitentiam si fecisset sed ut
omnes homines omne genus humanum per quascumque
differentias distributum reges privatos
nobiles ignobiles sublimes humiles
doctos indoctos integri corporis de
biles ingeniosos tardicordes fatu
os divites pauperes mediocres
mares feminas infantes pueros ado
lescentes iuvenes seniores senes
in linguis omnibus in moribus omnibus
in artibus omnibus in professionibus
omnibus in voluntatum et scientiarum vari
etate innumerabili constitutos et si quid
aliud differentiarum est in hominibus. Quid est enim
unde non deus per unigenitum dominum
nostrum in omnibus gentibus salvos homines
fieri velit et ideo faciet quia omnipotens
velle inaniter non potest quodcumque voluit.

Preceperat enim apostolus ut
oraretur pro omnibus hominibus
et specialiter addiderat pro regibus et
his qui in sublimitate sunt qui
putari poterant fastu et superbia
seculari a fidei christiane humilitate ab
horrere. Proinde dicens hoc enim bonum est
coram salvatore nostro deo id est ut

etiam pro talibus oretur statim ut de-
sperationem tolleret addidit qui omnes
homines salvos vult fieri et ad agnitionem
veritatis venire. Hoc quippe deus voluit
indicavit ut orationibus humilium digna-
retur salutem prestare sublimium quod utique
iam videmus impletum. Isto locutionis
modo usus est dominus in evangelio ubi ait
eis decimatis mentam et omne olus
neque enim pharisei et quecumque aliena
omnium gentium alienigenarum omnia
olera decimabant. Sicut ergo hic omne
olus omne olerum genus intelligere possumus
in quocumque alio modo intelligi. Dum-
modo credere non cogamur aliquid omnipo-
tentem voluisse fieri factumque non esse qui
sine ambiguitate sicut in celo et in terra
sicut veritas cantat omnia quecumque vo-
luit fecit profecto facere noluit quecumque non
fecit.

Quapropter primum hominem
deus in ea salute in qua conditus
erat custodire voluisset eumque opportuno
tempore post genitos filios sine inter-
positione mortis ad meliora perduceret
ubi iam non solum peccatum non committere
sed nec voluntatem posset habere peccandi si
ad permanendum sine peccato sicut factus erat
perpetua voluntate habiturum esse sciret.
Quia vero eum male usurum libero arbitrio
hoc est peccaturum esse presciebat ad hoc
potius preparavit voluntatem suam ut bene
faceret ipse et male facienti sic ut si
hominis voluntate mala non evacuaretur
sed nihilominus impleretur omnipotentis
dei bona. Sic enim oportebat hominem
prius fieri ut et velle bene posset et male
nec gratis si bene nec impune si male.
Postea vero sic erit ut male velle non
possit nec ideo libero arbitrio carebit. Mul-
to quippe liberius erit arbitrium
quod omnino non poterit servire peccato. Neque enim
culpanda est voluntas aut voluntas
non est aut libera est dicenda non qua beati
sic esse volumus ut esse miseri non
solum nolimus sed nequaquam velle prorsus
possimus. Sicut ergo anima nostra etiam
nunc nolle felicitatem ita nolle iniqui-
tatem semper habitura est. Sed ordo pretermit-
tendus non fuit in quo deus voluit

ostendere quam bonum est animal rationale quod
etiam non peccare possit quamvis sit
melius quod peccare non possit. Sicut
minor fuit immortalitas sed tamen fuit
in qua posset etiam non mori quamvis
maior futura sit in qua non possit mori
illa natura humana perdidit per liberum arbi-
trium hec autem accepta per gratiam quam
fuerat accepta per meritum si non peccasset
quamvis sine gratia nec tunc ullum meritum
esse potuisset quia et si peccatum in solo
erat libero arbitrio constitutum non tamen
iustitie retinende sufficiebat liberum ar-
bitrium nisi participatione immutabilis
boni divinum adiutorium preberetur. Sicut
enim mori est in hominis potestate cum ve-
lit nemo est enim qui non se ipsum ut
nichil aliud dicam vel non edendo
possit occidere ad tenendam vitam volun-
tas non satis est si adiutoria sive ci-
borum sive quorumlibet tutaminum desint
sic homo in paradiso ad se occidendum
relinquendo iustitiam ydoneus erat
per voluntatem ut autem ab eo teneretur iusti-
tie vita parum erat velle nisi ille eum qui
fecerat adiuvaret. Sed post illam et
ruinam maior est misericordia dei qua et ipsum
arbitrium liberandum a servitute cui dominatur
cum morte peccatum nec omnino per se ipsum sed
per solam dei gratiam que in fide Christi posita
est liberatur ut voluntas ipsa sicut scriptum est
a domino preparetur qua cetera munera dei
capiantur per que veniatur ad munus
eternum. Unde et ipsam vitam que eterna
est quod utique merces est operum bonorum gratiam dei appellat
apostolus stipendium inquit peccati mors
gratia autem dei vita eterna in Christo Ihesu domino
nostro. Stipendium pro opere militie debitum
redditur non donatur. Ideo dixit stipendium
peccati mors ut mortem peccato non im-
meritam illatam sed debitam demon-
straret. Gratia vero nisi gratis est gratia
est non. Intelligendum est igitur etiam ipsa hominis
bona merita esse dei munera quibus
cum vita eterna redditur quid nisi gratia
pro gratia redditur.

Sic ergo factus est rectus homo ut et ma-
nere in ea rectitudine posset non
sine divino adiutorio et suo fieri pra-
vus arbitrio utrumlibet horum elegisset dei

voluntas fiet aut etiam ab illo aut certe
de illo nullo modo quippe inde qui sua maluit facere
quam dei de illo facta est voluntas dei qui
ex eadem massa perditionis que de illius
stirpe profluxit facit aliud vas in hono-
rem et aliud in contumeliam in honorem
per misericordiam in contumeliam per iudicium ut
nemo glorietur in homine ac per hoc nec in se
neque enim nec per ipsum liberari possumus unum media-
torem dei et hominum hominem Christum Iesum
nisi esset deus sed cum factus est
Adam scilicet rectus mediatore non
opus erat cum vero genus humanum
peccata longe separaverunt a deo per media-
torem qui solus sine peccato natus est
et vixit et occisus est reconciliari
nos oportebat deo usque ad carnis resur-
rectionem in vitam eternam ut et humana
superbia per humilitatem dei argueretur
ac sanaretur et demonstraretur homini quam
longe a deo recesserat cum per incarnatum
deum revocaretur et exemplum per hominem obedien-
tie deus homo preberet unigenito hominem su-
sceptum per unigenitum suscipiente formam servi
formam que ante nichil meruerat fons
gratie panderetur et carnis etiam resurrectio
redemptoribus promissa in ipso redemptore
premonstraretur et per eandem naturam
quam se decepisse letabatur vinceretur
dyabolus nec tamen homo gloriaretur ne iterum su-
perbia nasceretur et si quid aliud de tanto
mediatoris sacramento a proficientibus
videri et dici potest aut tantum videri et si dici

Tempus autem quod inter hominis mortem et
ultimam resurrectionem interpositum
est animas abditis receptaculis con-
tinet sicut unaquaeque est digna vel
requie vel erumpna pro eo quod sortita
in carne cum viveret neque negandum
est defunctorum animas pietate suorum
viventium relevari cum pro illis sacrificium
mediatoris offertur vel elemosine
in ecclesia fiunt sed eis hec prosunt
qui cum viverent ut hec sibi ut postea
possent prodesse meruerunt est enim
quidam vivendi modus nec tam bonus
ut non requirat ista post mortem
nec tam malus ut non prosint ista
post mortem est vero talis in bono
ut non requirat ista est rursus talis
in malo ut nec his valeat cum ex hac
vita transierit adiuvari quocirca hic
hic omne meritum comparatur quo possit
post hanc vitam relevari quispiam vel
gravari nemo se autem speret quod
hic neglexerit cum obierit apud deum prome-
reri non igitur ista que pro defunctis
commendandis frequentat ecclesia illi apostolice
sententie sunt adversa qua dictum est omnes
enim astabimus ante tribunal Christi ut re-
ferat unusquisque secundum ea que per corpus
gessit sive bonum sive malum quia et
hoc meritum sibi quisque cum in corpore viveret
comparavit ut ei non possent vel possint
prodesse non enim omnibus prosunt et quare
non omnibus prosunt nisi propter differentiam vite
quam quisque gessit in corpore cum ergo
ergo sacrificia sive altaris sive quarumcumque
elemosinarum pro baptizatis defunctis
omnibus offeruntur pro valde bonis gratiarum
actiones sunt pro non valde malis
etiam si nulla sunt adiumenta
mortuorum qualescumque vivorum consola-
tiones sunt quibus autem prosunt aut
ad hoc prosunt ut sit plena remissio
aut certe ut tollerabilior fiat dap-
natio et cetera

Post vero resurrectionem facto universo
completo iudicio suos fines habebunt
civitates due una scilicet Christi altera
dyaboli una bonorum altera malorum
utraque tamen et angelorum et hominum istis
voluntas illis facultas non poterit
esse ulla peccandi nec ulla conditio mo-
riendi istis in eterna vita vere feliciter
viventibus illis in eterna morte sine
moriendi potestate durantibus quoniam utrique
sine fine et in beatitudine isti in miseria
non illi alius alio tollerabilius per-

Frustra itaque non nulli immo quam plurimi eternam
dampnatorum penam et cruciatus
sine intermissione perpetuos humano
miserantur affectu atque ita futurum
esse non credunt non quidem scripturis
adversando divinis sed pro suo motu dura
quaeque molliendo et in leniorem
flectendo sententiam que putant in his
terribilius esse dicta quam verius

malo

sic

fons

quarumcumque pro valde malis

moriendi

alius alio

rum obliviscetur inquit misereri deus
aut continebit in ira sua miserationes
suas hoc quidem in psalmo legitur sed de
hiis sine ulla scrupulositate in
telligitur quos vasa misericordie nuncupavit quia
et ipsi non pro meritis suis sed deo
miserante de miseria liberantur
aut si hoc hic ad omnes existimat
pertinere non ideo necesse est ut dampna
cionem opinetur posse finiri eorum de qui
bus dictum est et ibunt hii in supplicium
eternum ne isto modo putetur habitura
finem quandoque felicitas etiam eorum de
quibus e contrario dictum est iusti autem
in vitam eternam sed penas dampna
torum certis temporum intervallis existimet
si hoc ei placet aliquatenus miti
gari etiam sic quippe intelligi potest
manere in illis ira dei hoc est
dampnacio hec enim vocatur ira dei non divini
animi perturbacio ut in ira sua
hoc est manente ira sua non tamen conti
neat miseraciones suas non eterno
supplicio finem dando sed levamen ad
hibendo cruciatibus quia nec psalmus ait
ad finiendam iram suam vel post iram suam sed in ira sua
que si sola esset quanta ibi minima cogitari
potest perire a regno dei alienari a vita
dei carere tam magna multitudine
dulcedinis dei quam abscondit time
ntibus se perfecit autem sperantibus in se
tam grandis est pena ut ei nulla
possint tormenta que novimus comparari
si ista sit eterna ista autem sint quamlibet
multis seculis longa manebit ergo sine
dubio illa mors perpetua dampnatorum
id est alienacio a vita dei et omnibus
erit ipsa communis quaslibet homines de varietate
penarum et de dolorum relaxacione vel intermissione pro
suis humanis motibus suspicentur
sicut manebit communiter omnium vita eterna sanctorum
quamlibet bonorum distancia concorditer
fulgeant Ex ista fidei confessione
que breviter symbolo continetur carnaliter
cogitata lac est parvulorum spiritualiter
autem considerata atque tractata cibus
est fortium nascitur spes bona Spes bona
fidelium cui caritas sancta comitatur
Sed de hiis omnibus que fideliter
sunt credenda ea tantum ad spem

que oratione dominica continentur
Maledictus enim omnis sicut divina testatur
eloquia qui spem ponit in homine
ac per hoc et in se ipso qui spem ponit
huius maledictionis vinculo innectitur
Ideo non nisi a domino deo petere debemus
quidquid speramus nos vel bene operatu
ros vel pro bonis operibus adepturos
Proinde apud evangelistam mattheum septem
petitiones continere dominica videtur
oratio quarum tribus eterna poscuntur aliquis
alia temporalia que tamen propter eterna
consequenda sunt necessaria Nam quod dicimus
Sanctificetur nomen tuum adveniat regnum
tuum fiat voluntas tua sicut in celo
et in terra quod non absurde quidam in
tellexerunt in spiritu et corpore omnino sine
fine tenenda sunt et hic inchoata
quantumcumque proficimus augentur in no
bis perfecta non quod in alia vita sperandum
est semper possidebuntur Quod vero in illo di
cimus Panem nostrum cottidianum da nobis
hodie et dimitte nobis debita
nostra sicut et nos dimittimus debito
ribus nostris et ne nos inducas in temp
tationem sed libera nos a malo quis non
videat ad presentis vite indi
gentiam pertinere In illa itaque vita eterna
ubi nos semper speramus futuros et nominis
dei sanctificacio regnum eius et
voluntas eius in nostro spiritu et corpore
perfecte et immortaliter permanebunt Panis
non ideo cottidianus dictus est quia
necessarius est quantum anime carnique
tribuendus est sive spiritualiter sive carnaliter
sive utroque intelligatur modo hic est et quam
poscimus remissio ubi est omnis com
missio peccatorum hic temptaciones que
nos ad peccandum vel alliciunt vel im
pellunt hic denique malum unde cupimus
liberari illic autem istorum nichil est
Evangelista vero lucas in oratione dominica pe
ticiones non septem sed quinque complexus
nec ab illo utique discrepavit sed quomodo
ista septem sint intelligenda ipsa brevitate
commonuit nomen quippe dei sanctificatur
in spiritu dei autem regnum in carnis resur
rectione futurum est ostendens autem
lucas tertiam peticionem duarum superiorum
esse quodammodo repeticionem magis eam

sed misericordia fecit intelligi. Deinde etiam alias admonet de prece cottidiana de remissione peccatorum de temptatione vitanda. Ubi vero quod ille ultimo posuit sed libera nos a malo amen iste non posuit ut intelligeremus ad illud superius quod de temptatione dictum est pertinere. Ideo quippe ait sed libera non ait et libera tamquam unam petitionem esse demonstrans noli hoc sed hoc ut sciat unusquisque in eo se liberari a malo quod non infertur in temptationem.

Iam porro caritas quam duabus istis id est fide et spe maiorem dixit apostolus quanto in quocumque maior est tanto melior est in quo est. Cum enim queritur utrum quisque sit bonus homo non quid credat aut speret sed quid amet. Nam qui recte amat procul dubio recte credit et sperat. Qui vero non amat inaniter credit etiam si sunt vera que credit. Inaniter sperat etiam si ad veram felicitatem doceantur pertinere que sperat nisi et hoc credat et speret quod sibi petenti donari possit ut amet. Quamvis enim sperare sine amore non possit fieri tamen potest ut illud non amet sine quo ad illud quod sperat non potest pervenire tamquam si speret vitam eternam quam quis non amat et non amet iustitiam sine qua nemo ad illam pervenit. Ipsa est autem fides Christi quam commendat apostolus que per dilectionem operatur et quod in dilectione nondum habet petit ut accipiat querit ut inveniat pulsat ut aperiatur ei. Fides namque impetrat quod lex imperat.

49 Nam sine dei dono id est sine spiritu sancto per quem diffunditur caritas in cordibus nostris iubere lex potest non iuvare et prevaricatorem insuper facere qui de ignorantia se excusare non possit. Regnat enim carnalis cupiditas ubi non est dei caritas. Sed cum in altissimis ignorantie tenebris nulla resistente ratione secundum carnem vivitur hec sunt prima hominis. Deinde cum per legem fuerit facta cognitio peccati si nondum adiuvat spiritus divinus secundum legem volens vivere vincitur et sciens peccat et subditus fit peccato a quo enim quis devictus est huic et servus addictus est id agente sua mandati ut peccatum operetur in homine omnem concupiscentiam cumulo prevaricationis addito atque ita quod scriptum est impleatur lex subintravit ut abundaret delictum. Hec sunt hominis secunda. Si autem respexerit deus ut adimplenda que mandat ipse adiuvare credatur et agi homo ceperit dei spiritu concupiscit adversus carnem fortiore robore caritatis ut quamvis adhuc sit quod homini repugnet ex homine nondum tota infirmitate sanata ex fide tamen iustus vivat iusteque vivat in quantum non cedit male concupiscentie vincente delectatione iustitie. Hec sunt tertia bone fidei hominis in quibus si pia perseverantia quisque proficiat postrema pax restat que post hanc vitam in requie spiritus deinde etiam in resurrectione carnis implebitur. Horum quattuor differentiarum prima est ante legem secunda post legem tertia sub gratia quarta in pace plena atque perfecta. Sic enim et dei populus ordinatus est per intervalla temporum sicut deo placuit qui omnia in mensura et numero et pondere disposuit. Nam fuit primitus ante legem secundo sub lege que data est per Moysen deinde sub gratia que revelata est per primum mediatoris adventum. Que quidem gratia nec antea defuit quibus eam oportuit impertiri quamvis pro temporis dispensatione velata et occultata. Neque enim ulli antiquorum iustorum preter Christi fidem salutem potuit invenire aut vero nisi ab illis cognitus esset potuisset nobis per eorum ministerium alias apertius alias occultius prophetari. In quacumque autem istarum quasi etatum quattuor hominem gratia regenerationis invenerit ibi ei remittuntur preterita universa peccata et reatus ille nascendo contractus renascendo dissolvitur. Tantumque valet quod spiritus ubi vult spirat ut quidam secundam illam sub lege servitutem non noverint sed cum mandato incipiant habere divinum adiutorium. Antequam autem homo

fortiore

sub lege

est

vel etatum quattuor quecumque hominem gratia

possit capax esse mandati quoniam carnem
vivit necesse est. Si autem sacramento
regeneracionis imbutus est nichil ei
oberit si continuo exhinc migraverit
quia ideo christus mortuus est et resur-
rexit ut et vivorum et mortuorum do-
minetur nec tenebit regnum mortis
eum pro quo gratis mortuus est. Iste li-
ber in mortuis. Omnia ergo precepta
divina referuntur ad caritatem de qua
dicit apostolus. Finis autem precepti est
caritas de corde puro et consciencia bona
et fide non ficta.

Omnis itaque precepti finis caritas
est, i. ad caritatem refertur omne preceptum.
Quod vero ita fit aut timore pene
vel aliqua intencione carnali ut
non referatur ad illam caritatem quam
diffundit spiritus sanctus in cordibus
nostris nondum fit quemadmodum fieri
oportet quamvis fieri videatur. Cari-
tas quippe dei est et proximi et
utique in hiis duobus preceptis tota
lex pendet et prophete. Adde ewangelium
adde apostolos. Non enim aliunde vox
ista est. Finis precepti est caritas
et deus est caritas. Quecumque ergo
mandat deus ex quibus unum est non
mechaberis et quecumque non iubentur sed
spirituali consilio monentur ex quibus unum
est bonum est homini mulierem non
tangere tunc recte fiunt cum referuntur
ad diligendum deum et proximum propter deum
per fidem non enim cognoscimus mortales cor-
da mortalium tunc autem illuminabit dominus
occulta tenebrarum et manifestabit
cogitaciones cordis et tunc laus
erit unicuique a deo quia laudabitur
et diligetur a proximo in proximo quod ne
lateat ab ipso illuminabit. Porro minuitur
autem cupiditas caritate crescente do-
nec veniat ad eam magnitu-
dinem qua maior esse non possit. Ma-
iorem enim caritatem nemo habet quam
ut animam suam ponat pro amicis suis.
Ubi autem quis explicet quanta caritas erit
ubi cupiditas quam vel cohercendo
superet nulla erit quia sanitas
erit plena a contencione mortis nulla

(margin: referuntur; de corde; et in seculo et in futuro; nunc deum per speciem nunc proximum per fidem; deo)

erit. Sed iam huius voluminis finis
quod ipse videris utrum enchiridion vel
appellare debeas vel habere. Ego tamen tuum
(spernendum) tuum in christo studium non puta-
vi bona de te credens in adiu-
torio nostri redemptoris ut speramus
teque in eius membris plurimum diligens
librum ad te sicut volui utinam tam
commodum quam prolixum de fide
et spe et caritate conscripsi. Deo gracias. Amen

Explicit Enchiridion liber sancti Augustini

